

Octalogie de la Compagnie de Jésus
M. ANTO¹⁷⁸⁵
NII FLAMINII IN LI.
BRVM PSALMORVM BRE-
VIS EXPLANATIO AD
Alexandrum Farnesium
Cardinalem am-
plissimum.

Adiectæ sunt in studiosorum usum
ciusdem authoris in Psalmos aliquot,
suo quæque ordine & loco, Para-
phrases.

Item adiectæ sunt in triginta Psalmos
Paraphrases, carmine ab eodem con-
scriptæ, & suo loco p. sitæ.

P A R I S I S.

Apud Poncetum le Preux, in via S. Iacobi, pale-
o inter signio Lupi, è regione Mathurinorum.

1550.



Dicitur de la cuneg. B. p. Granda B.
SAM. ANTO¹⁷⁸⁵
NII FLAMINII IN LI.
BRVM PSALMORVM BRE-
VIS EXPLANATIO AD
Alexandrum Farnesium
Cardinalem am-
plissimum.

Adiectæ sunt in studiosorum vsum
eiusdem authoris in Psalmos aliquot,
suo quæque ordine & loco, Para-
phrases.

Item adiectæ sunt in triginta Psalmos
Paraphrases, carmine ab eodem con-
scriptæ, & suo loco p. sitæ.

P A R I S I S.

Apud Poncetum le Preux, in via S. Tacoli,
inter signo Lupi, è regione Mathurinorum.

1550.



ALEXANDRO
Farnesio, Cardinali Am-
plissimo, M. Anto-
nius Flaminius.
S. P. D.



Elim ita ratio meæ valetudinis tulisset, vt eam paraphrasim absoluere possem, quam superioribus annis in diuina Davidis carmina instituerã, & sanctissimo aucto-
rino Paulo I I. I. Pontif. Max. dicaram. id ego multis causis adducor ut cupiam, sed in primis, quod eam rem tibi magnæ voluptati futuram, mihi non semel affirmauit Bernardinus Mapheus, quem tu propter elegantiam doctrinæ, summamque fidem, & probitatem meritissimum habes. quid autem mihi accidere posse, opribilius, quam ut tibi splendidissimo, atque ornatissimo viro in re tam pia, grauificeri præsertim cum tanta sit magnitudo tuæ liberalitatis, ut me nouis beneficijs ornare nuaquam intermittas. verum

quando ea est meæ valetudinis infirmitas, vt, quod debo, præstare non valeam: quod possum, hanc breuissimam explanationem ad te mitto: qua omnes quidē psalmos persecutus sum, sed ita, vt quæ satis perspicua videtur, non attigerim, obscura quæque paucis illustrare conatus sum, id ego si effici, nō dubito, quin tibi pro tua pietate gratissimum fecerim: cùm enim quotidie hos hymnos legas, quoq; facilius, & melius eos intelliges, hoc libentius leges, & maiorem ex ipsis frumento capies: cumq; sis publicæ utilitatis amantissimus, latabere, opinor, te causam fuisse, vt ego ea in re præcipue elaborarim, quæ non parum commodi literarum diuinorum amatoribus allatura videatur. si autem, quod mihi proposueram, ob rei difficultatem, minus affectus sum: at certe, quod summiopere opto, consequar, vt, me gratum esse, ac tibi deditissimum, & tu, & ceteri omnes intelligent. sed anteaquam ad ipsam explanationem venias, operæ pretium erit, earum rerum, quæ discutuntur in his sanctissimis hymnis, summam tibi breuiter expondere, vt, formam, & speciem huius pulcherrimæ doctrinæ tanquam in parva tabella adumbratam possis intueri. quam si attento, vt debes, animo spectaueris,

A ij

euæ diuina in ñdole freats audito affirmare, ñlam tam mirabiles amores excitaturam suj, vt hunc aureolum, & cœlestem libellum de manibus nûquam sis depositurus ipsius igitur hæc summa est: Deum ad declarandam infinitâ bonitatem suam cœlum, & terram, & reliqua omnia, quæ amplissimo cœli complexu coeretur, creauisse: illius nutu, & potestate mûndum, & res humanas regi, gubernarique: nihil nos agere aut loqui posse, aut cum animo nostro cogitare, quod ille non sentiat: quocirca non solum ab omni maleficio temperandum esse, sed etiam mentem ipsam, & omnem agitationem animi puram, integrâmque seruandam, cum præsertim ad tribunal huius iudicis vnicuique totius vite reddenda sit ratio: evadent homines virtute, ac pietate præcellentes per varios casus plerunque, & per magnas calamitatû angustias ad vitam ducere beatâ, & immortalem: contrâque impiis vita quidem prosperitates, secundâsque res ad breue tempus facile concedere, sed miseras, & penas, quæ scelerâ eorum sequuntur, sempiternas fore. quæ cum ita sint, neque illa, quæ bona fortuna vulgo nominantur, magno astinenda esse, neque nes iacômodas, atque aduersas in malorum numero ponendas. Docet præterea hic libel-

lus, omnes mortales omnium generum iniustos, mendaces, vanos, & ipsa inanitate innoxiores existere, nisi diuini spiritus afflatu renouentur, atque in animis eorum pulchritudo illius imaginis instauretur, qua primus homo decoratus est à Deo, & sua culpa spoliatus: quia vero tali, ac tanto munere affecti, atque ad hunc modum renati sint, illos in corporibus humanis vitâ cœlestem imitari, ac diuinæ bonitatis effigiæ in suis moribus, & factis adumbrare: neq, tamen eorū quenquam tam magnos progressus habere in pietate, & iustitia, quin aliquando grauius offendat: tanta est vis natuæ labis, & corruptio, cuius reliquæ semper in viuis manent: ex qua quidem re fieri, vt nemo tam pie, tam sancte vivat in terris, vt vocatus ad tribunal cœleste suam cuiusam defendere, ac probare possit, si sunmus ille iudex ab eo velit exiger, quod fibi & meritissimo, & optimo iure debetur: sed illum ex animo pœnitentibus misericordiam tribuere, & summa benignitate omnia peccata condonare. quantus autem exigit dolor, & cruciatus hominis pij, si quâdo longius ab oblatione legû diuinariû aberrarit, quâm demissio, ac humili animo peccata sua cōfiteatur, seque vitro ad illa quois supplicio luenda offerat, nunquam

aliquis ita luculenter, vt iste sanctissimus va-
tes, explicauit, nemo omnium mortalium
tanta feliciter, quam ipse in persona sua, ima-
ginem p̄sonentis expressit. idemque terro-
res horrificos conscientia, iudicium Dei, &
iram formidanti, sp̄emq; cum desperatio-
ne, atque inferni decertantem, & durissima
prælia carnis, & spiritus ita describit, vt non
scribere, sed rem oculis subiicere videatur.
quis vero aliis ardentes amores excitat
rerum cœlestium, cunctarumque virtutum?
quis diuiniore orationis copia, & varietate
perseguitur, quam iucundi, quam uberes ac
diurni fructus capiantur ex vero Dei cul-
tu, & perpetua in recta viuendi ratione con-
stantia? quis deniq; aliis laudes summi re-
ctoris, atq; omnium rerum domini tam ad-
mirabili magniloquentia canit, illasque tot,
ac tantis verborum, & sententiarum lumi-
nibus illustrat? quam iuvat videre, vt rex do-
mi, bellique præstantissimus omnes suas vo-
luptates, & delectationes in Deo positas, &
constitutas habeat: vt eum placabilem, beni-
gnum, suauem amabilissimumque depin-
git: vt rerum omnium affluentibus copiis,
tanquam inops, & rerum omnium egentis-
simus, misericordiam illius semper implo-
ret: vt rebus afflictis, & capite, ac fortunis

vndique oppugnatus, nulli calamitatū oneri
succumbat, sed coelesti præsidio confidens
audacter exclamet, Dominus & lux, & salus
mea est, quē igitur meruam? Dominus firma-
mētum, ac robur est vita mea, quis ergo me
perterreat? si me hostiū castra circūsedeant,
non trepidabit animus meus. si præliorū in
me vis, & furor inuidat, placida & tranqui-
lla mēte consistam. Itaque vir diuinus in sin-
gulis ferè versibus exemplo suo demon-
strat, in rebus angustis, atque apseris ad no-
men sanctissimum Dei tanquam ad arcem
tutissimam summa cum fiducia confugien-
dum esse: ab illo certissimam opera expe-
standam, qui nullius spem fallere potest:
reliqua omnia præsidia, & adiumenta ina-
nia existere, & pro nihilo ducenda, re-
bus autem prosperis, atque ad nostram vo-
luptatem fluentibus, monet, importunita-
tem, & superbi am maximopere vitandam
esse: quicquid domi, vel militiē fœliciter ad-
ministratur, quicquid honestē cogitamus, &
gerimus, id omne attribuendum misericor-
diæ diuinæ, nihil viribus nostris temere arro-
gandum, semper de se ipso demissè, abieci-
tè, atque humiliter cuique sentiendum, sem-
per gratias benignissimo numini agendas,

A iiiij

& laudes illius in ore, atque animo nunquam non habendas. Hæc, & alia multa hu-
ius generis, ad piam, & rectam viræ institu-
tionem utilissima, continentur his hymnis:
in quibus etiam multa prædicuntur apertis-
simè de Iesu Christo domino, ac deo nostro,
de ipsius acerbissima nece, de reditu ad vi-
tam, de ascensu ad cœlum deque sacerdotio
eius, & regno sempiterno. quorū altero nos
Deo reconciliauit, se ipsum in cruce immo-
lans, & omnia peccata nostra suo purissimo
sanguine delēs: altero nos defendit, ac tue-
tur ab hoste sempiterno generis humani, &
spiritu suo regens, & gubernans ad vitam
perducit beatam, & immortalem. Proinde
inservunt etiam prædictiones de vera co-
gnitione Dei, per valueras terrarum oras
longè, latèque propaganda, deque piorum
Ecclesia ex cunctis gentibus in unum pul-
cherrimū corpus à spiritu sancto coagmen-
tanda: cuius corporis caput est Iesus Chri-
stus Optimus, & Maximus, verus Deus, &
verus homo: cuius sanctissimum numen vti-
nam vniuersi mortales ad omnes seculorum
reates auguste, sanctèque venerantur &
colant.

M. ANTONII FLAMINII
IN PARAPHRASES
PRAEFATIO.

Hymnos Davidis, qui non satis diligenter ex-
presi fuerant de Hebreos, alibiuta summa
diligentia corremus, vñi consilio & opera homi-
num doctissimorum: sed ita corremus, ut multa
non immutaremus, quatenus prima specie male
conuersa videntur ex ea lingua, tamen si paulò di-
ligentius utteidas, sententiam tibi fideliter exprimere
quātus verbum pro verbo non reddant. quod
prof. Elio ne quo requirendum est, neque ab omnibus
e. iudicis vñq. iam fuit approbatum. Reliquum est,
ut obscuritatem huius excellentissimi poematis, quā-
tam efficeret ac consequi possumus, b. eui ac dilucida
explanatione illustreremus. Sed antequam ad eam
rem aggrediamur, nonnulla breviter strictimque
attingenda esse videntur, que tanquam viam atque
aditum aperiant ijs, qui peruenire cupiunt ad sien-
tiam rerum pulcherrimarum, que hoc aureolo &
caelesti Davidis libro continentur. Princípio illud scire
oportet, ad libros diuinos plura adhiberi interpretan-
di genera. cùmque unum genus, quod historicum
Theologi vocant, ab apertiore orationis argumento
non reedat, reliqua vero sententias interiores san-
ctimèque persequuntur, q. ias Graci tum & ñn yco-
pias, tum ἀναγνωρίzūt appellant, animaduertimus

Theologos veteres, cùm libros sanctorum vatum explanarent, in his reconditis generibus diligenter elaborasse, in communis & populari parum esse versatos. quam tamen interpretandi rationem non esse leui momento estimandam, vel id unum apertissime demonstrat, quod si disputatio de rebus diuinis ac religione instituatur, nullam ferè vim habent litteræ sancte, neque ad confirmandam veritatem, neque ad falsas opiniones refutandas: si à simplici & vista verborum interpretatione seruo ad arcanas illas sententias traducatur. Et sancè si verum fateri volumus, quòd fieri potest, ut ad istam rectioriem abditamq; scientiam penetres, si tibi vulgaris intelligendi ratio non pateat? Iam vero si quis ab huius rite te nebris, & trahicatione verum humanarum ad literas sanctas se se conferat, non hic statim mea q; idem sententia cogendus sit in splendorem illum ingenitum mysteriorum celestium aciem mentis intendere, ne forte nimio fulgore perstringatur, & nihil intueri valens referat oculos ad ea, que iam reliquit, res diuinæ aut i; telligi posse desperans, aut certe (quod non nullis accidit) reverenter doleo) res commentitias, & iranæ fabulas existimans. Itaque affuevit iste primum in aperto orationis argumento, & sententia, tanquam in purissimo fine, imaginem veritatis intueri: deinde paulatim sibi adiutum aperiit ad eam intelligendi rationem, quam Theologi moralem vocant, per quam motus animi turbulentis compo-

nat, & res aternas atque mortales existimare, suò que illas momento ponderare confuescat. Postremò ians animo corroborato, iam mentis acie diligenter etiam atque etiam purgata, oculos ad celum tollat, & divina illa mysteria sole ipso splendidiora tutus compleetur, & dimisso lacte, solido cibo & ambrosia caelesti iam rescutitur animum ad eternitatem aleans, solum Deum intuens, atque sufficiens, humana omnia contemnens, ac pro nihilo putans: tales denique ac tantas v: lupicantes percipiens, quiles & quantas nemo præter ipsum cogitare posset. Hec cum ego mecum sepe multumque cogitasse, atque ea vera esse indicarem, cùmque Cibertus Pont. Veronensis, homo literarum diuinarum amansissimus, à me summo studio contendebat, ut hymnos Davidis breuiter ac dilucide interpretarer, studiosè eum laborem suscepit, ut omnibus ferè optimis eius libri unum in locum coactis Commentarijs, ex varijs ingenij ea libarem, quæ ad illam explanandi rationem maxime accommodata viderentur, quām Theologi veteres Historicam appellant, vulgus hodie literalem vocat. Quod si quantum studium in eligendis optimis quibusque sententijs adhibebimus, tantum quæque iudicium à nobis adh. bitum fuerit, profectò aliquam spem habeo fore, ut neque nos, neque alii huius nostri laboris atque industria paeniteat. Non negamus tamen nos ex nostro quoque permulta in communione

IN PARAPHRASES

cellaturos. illud certe profitemur, quorundam hominum iudicium non probare, qui in hoc scribendi genere usque eō sese opinionibus iudeorum addixerūt, & quasi confescarunt, ut nihil fore unquam approbarint, nisi quod ex illorum turbidis fītibus huiusmodi essent: que quidem res tantum abest à sanctissima profissione Christiani, ut nihil magis ei profissioni videatur esse contrarium: chm presertim nemo de nos non sciat, Davidem honoris entitatem, ratus non ne ob eam rem precipue affectum esse, quod de Iesu deo, déique eius cultus ribus multa predixerit quorum bona pars a illud explanandi genus, quod nobis propositum, sine vnu dubitati, ne referat, sit: uinius nodi sunt etiam permulta apud Esagiam, & ceteros eiusdem generis rates. At Hebrei huiusmodi explanationes erideantur: quasi vero id multum referat, aut de nostra existenti natione actum sit, si genus hominum fidelis, & mānū, nos nostraq; nos probet. Egoē ut placcam genti perditae, atque myie, omniam, ut ea vel senti, ut, vel scribam, quae Christo Deo, & hominibus p̄ijs sanctisque despiceant? Quod si me iudei rident, nō David s hymnis mysteria sanctissimae religionis praedicantem: ego contra eorum misericordiam, & ipsa viam rebūm inter deplo: abo, quod in tanta opimiarum frugum copia, siliquis porcorum reūc malint, que illis neque famam extinxunt, neque vires animi aluit, se l exauriunt funditus, & corruptunt. Verum ut ad propositum revertatur ora-

to, nam hoc interpretandi negotium usi est, et sumus tamen magna ex parte explicationem inscriptionum, quod neque ingenio nostro quicquam reperiebamus quod placeat, neque nō bis inter pretes Latinis eo in ge: ere satis probabantur, neque iudeis ad eam rem aliud quicquam afferebant, praterquam se sacrificari, q̄s vocabulis significari partim instruimus: ta musicē partim numeros & modos, & variis canendi s: nos, quibus sacerdotes hymnorū verba modulabantur. Præque ea re si Ebūm est, vi in ipsis inscriptionibus sepe vocabulis Hebreis veteremur: quod tamen antea factum erat etiam ab ijs hominibus, qui statim nostra hoc opusculum de Hebrewis magna cum laute conuerterunt. Et quoniam lingua Iulerū præangusta est, ac præ insinibus orationis abundat (que quidem res mirabilē dictu est, quā magna afferat difficultates ad intelligendum) præterea visum est nō bis esse faciendum, ut vñ nihil de nostro nomine in locis adderemus, quo fieret oratio lena, atque perfecta. Que vero verba ad hunc modum adiecta fuerint, ea ferre omnia lineis sunt inclusa. Meque vero illud nescire oportet, que ve horum voces tempus præteritum, aut instans, aut futurum indicant, eas voces apud Davidem ita vim, & notionem inter se communicae, ut presentia verbis etiam tempus veniens aut prete itum significant his exprimantur: & qua res essentia predicantrur, earum rerum tempora, si for-

mani ipsarum vocum species, nonnunquam preterisse videatur. Quid? quod etiam huc verbum. Quoniam, magnas aliquad tenebras offundit orationis, nisi premonitus sis, eundem scriptorem hoc vocabulo non solum ad expositionem causarum, sed etiam ad orationis ornatum, aut rem assueranter affirmandam rati confusse: eum modis sunt apud Latinos, quidem, me hercule, profecto. Iam vero mutatis personarum loque: itum, usque eò cibra est in variis sanctis, ut aliquando res in scena agi videatur: ita vero latens, ac diffisi: illis est ad obscurandum, ut vel acutum & perfficacem fullere possit, nisi diligenter animum aduertas. Illud præter cetera dicendum videtur, eos libros summa diligentia legendos esse, in quibus res à Saule, & Davide, ac ceteris Hebreorum regibus gestæ continentur: que quidem historia non vtilis modo ad intelligentiam huius opusculi, sed necessaria est: in primis vero ad perceptionem rerum diuinarum nihil aquò opportunum, nihil tam necessarium existimari debet, quam animi preparatio diligens, vt maxima cum reverentia & castimonia ad hanc celestem disciplinam adeamus, & meminerimus, libros sanctos, esse montem illum, quo si quis accedat in figura hominis vitam belue gerens, lapidibus interficitur, id est, unde salutem ac beatam vitam petere debuit, inde perniciem ac certam misericordiam refert. Versatus enim deus Opt. Max. in monte illo augustissimo, & præcepta salu-

berrima tradit genti sue. Proinde summum omnium rerum effectum, & Dominum loquenter auditurus, & in caliginem illam splendissimam ingressurus, quam maximè potest, animum abducat a cogitatione rerum fragilium & caducarum, manus, linguam, oculos ab omni intemperantia prohibeat, & sanctissimum, non en aliud precectur, ab illo intelligendi facultatem petens, in prima puritatem assumij: onus animi colat, exploratique habeat his tantum gradibus ase: id ad altissimam cognitionem rerum diuinarum neque enim sapientia mentes impuras, aut superbas, in sua sancta sacraria intromittit. Hæc quidem breviter attingisse & lumen quod ea non parvo usq[ue] f[ac]ile videbantur ad intelligendos Davidis hymnos, non minus ferè difficiles, quam diuinos ac coelestes. Nunc, ne longius oratio progesse videatur, iam ad ipsam interpretationem venendum est: in qua diligenter brevitati seruiemus, qua nihil ab exp[er]iitoribus accidere potest optabilium, sed ita seruiemus, vt quoad ingenij nostris facilias fe: et, nihil auerredunt, aut desit: ne se nimium angusti ieunius, simus, oratio, que lumonis adhibendi causa instituta est, ea obscuritatem affrat, & hymnos Davidis non explanauisse, sed simpliciter ex Hebreo convertisse videumur.

Non sic impij, sed tanquam puluis, quam
projicit ventus.

Ideo non resurgent impij in iudicio, ne-
que peccatores in consilio iustorum.

Quoniam nouit dominus viam iustorum,
& iter impiorum peribit.

EXPLANATIO.

Beatus vir. Monet ad beatā vitā in primis per-
timere, ut eorū cōsilīa fugiamus, quia nos à recto dei-
culti, & honesta viuēdi ratione conātur abducere

Et in via peccatorū. Ratiōne viuēndi turpē, &
rūsum appellat viam peccatorū: et enim vita est
via imp̄ ob̄, & flagitiōis ad inferos, & miseriis
sempiternis. Tunc verò in via peccatorum non sta-
mūs, cum peccante, statim resipicimus, & ad re-
lētū vite cursum redimus.

Et in cathedra derisorū nō sedit. His verbis
monet, amictiis, & consuetudines hominū perdi-
torū de linandū esse: sedendi enī im nomine congrega-
sum, & familiaritatē significari, satis indī:ant ver-
ba illa psal. 26. Non sedi cum cōclito vanitatis, &
cū iniqua gerentibus non intrabo: odi cœtum ma-
lignantium, & cum impīis non sedeo. Irrisores autē
vocat homines celebratos, & nefarios, qui ad id
furoris, & misericordiā perdūcti sunt, ut homines vir-
tutem, & pietatem colentes derideant, & pro nihilo
potent. Homini sera, & inutilis penitentia pul-
cherrimè describitur in libro Sappacie.

B

MARIA

M. ANTONII FLAMINII.
IN LIBRVM PSALMORVM
brevis explanatio.

ARGUMENT. PSAL. I.

OMNES quidem natura trahimur & du-
cimur ad vita beatæ appetitionem, sed
plerique mortalium ignorant, in quo illa
certisstat. Eam rem explicat elegantissimè
vir sanctus, vt intelligamus, quem ad finem
omnes curæ, & actiones nostræ referendæ
sunt. Deinde piorū impiorum que facta a col-
latione demonstrat, quanta supplicia vitiis,
quanta virtuti præmia fuit constituta.

PSALMVS PRIMVS.

BEATUS vir qui non ambulauit in consi-
lio impiorum, & in via peccatorū non
stetit & in cathedra derisorū non sedit.

Sed in lege domini voluntas eius, & in
lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantarum
est secus decursus aquarum, quod fructum
suum dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet, & omnia qua-
cunque faciet prosperabuntur.

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Ut enim aqua humore suo vitali arborem educat, atque confirmat, illamq; letissimorum copia fructuum exornat, ita piorum animus meditatione rerum diuinarum alitur ad eternitatem, uberrimisque virtutum fructus, et illos quidem tempesiis edit; sapientia enim suo quaque tempore agit. Eleganter autem virum pius, et religiosum comparat arbori facundae: ut enim haec vertebra sua non fibi, sed aliis utilitatem afferat, sic vita illius fructuosa quidem est, sed ita, ut comoditatei suas non querat, tota autem in iuuandis aliis occupata sit, ceteri omnes omnia referre solent ad utilitatem propriam, nec facile animum inducere possunt, ut aliquid gratuito agant.

Et omnis quaecunque faciet prosperabitur. Pulcherrimum certe pietatis præmium: ut scilicet pietas, et bonis omnia vertant in bonum, et quicquid agas, et molares, proferros exitus habeat, atque etiam fructum capias ex iis rebus, quae detimentum, et perniciem aliis offervere solent. Hoc ita esse, et diuinus Paulus in epistola ad Romanos scripta assueverat affirmat, et piorum quisque in se ipso quotidie experitur, ceteri, quo pacto possint hoc fieri, vix suspicari queant.

Sed tanquam puluis. Ut enim puluerem, et paleam dissipat ventus, sic furia scelerum homines, impios, et nefarios exagitant, et quocunque il-

PSAL. CVM PARAPH. 10
los libidinum, et cupiditatum afluxus impulerit, ed miseri precipites ruunt.

Propterea non resurgent impij in iudicio. Vniuersi quidem mortales ad vitam renocabuntur, cum Iesu Opt. Max. a celo descendet ad iudicia exercenda, verum impij ad tribunal ipsius non sistentur, quippe de quibus iam sententia pronunciata sit, ut scriptum est in Evangelio Ioannis: peccatores autem sistentur: illi quidem totius vita rationem reddituri, sed unde cum impius procul a cœtu, et confessu infelorum hominum consistunt. Sic vulgo solent explanare hunc locum. Impios autem interpretantur eos, qui vel falsas religiones colunt, ut Turcae, ac Iudei, vel deum res humanas curare non existimant, vel etiam funditus omnem naturam, et vim diuinam tollunt. Pecatores intelligi volunt eos, qui veram quidem religionem profertur, sed flagitiose, ac turpiter vivunt, cuiusmodi sunt quæplurimi, qui se Christianos numerari volunt, cum tam Christi similes in viviendo esse nolint. Verum illud scire oportet, non enim Hebraicum, quod in hoc psalmo quater impius vocabulo expressum est, Latine improbum sonare, tametsi aliquando præcipuum impietati vitiū significat. Quod autem verbum resurgendi in hoc versiculo positiū est, fortasse rectius, quod ad vim propriam attinet vocis Hebreæ, consistendi, aut stadii verbū poneatur: sed interpres latinus gra-

EXPLANATIO IN LIB.

ea, non Hebreæ convertit, ut quanquid multa desiderentur in hoc genere, ipse tamen extra omniem culpam sit per nos. Hec cum ita se habet aut, haud scio, an melius sit huius versiculi sententia sic explanare. Cum homines improbi, & virtiosi scelerum furris aguntur, profectò non poterunt in iudicio consistere, sed cadent, condemnanturque, & seclusi à cotu, & concilio piorum in perpetuas tenebras relegabuntur, cum summus ille iudex ab iis rationem dicit. rū, factorumque reposcit. Verbum cadendi & consistendi usurpat etiam M. Tullius eo modo, quo nos & surpausimus hoc loco. Apud eum enim causa cadere, est litore amittere & comedere ille Teretianus is cù dicit, se vice statuisse, nihil aliud dicere voluit, nisi fabulas Cœ. lii, quas ipse egreditur, vix populi iudicio probatus fuisset. Hec ergo exemplum a ex scriptoribus elegantissimis ponere vult, ne quis forte existimat, translationem, m, qua nos Davidem vnum sufficiamus, nimis duram, aut insolentem existtere.

Quoniam nouit. Deus bonorum in mocentiam, & vita sanctimoniam singulariter amat, improborum autem vitam, & mortem summopere determinatur, itaque ut illi in perpetuum florente, ac beatitudine erunt, sic ipsi semper enim supplicius afficiuntur.

PARAPHRASIS.

Illæ quidem ad beatam vitam certissimus est aditus, si diligenter eo munere fungamur, cuius colèdi efficiunt que causâ nos Deus sui prestantissimi

P.SALM. C Y M PARAPH. II
nominis similes effinxit, & naturam cōpotem rationis ac cogitationis impetravit. Haec autem in his earum tribus, tamen fuerunt, ut cum cetera animati generare videntur, nos cōlendo deo, rebusque diuinis cōtemplandis animū intenderemus: & cum fidei iustitiae visentes in terra, post incredibili gaudio, & anno sempiterno frueremur in celo. Quæc ita se habeant, recte beatæ vita constitutur in illo, qui ad eam sanctitudinem peruenierit, ut non solum ab omnium maliciose se temperet, sed etiam mente ipsam & agitationem animi, rectâ inviolatamque conservet: & repudiato consilio impius, in recto Dei cultu, puraque religione perseueret. Itaque beatus ille, qui nihil flagitiostum aut impium cogitat, neque unquam recedit ab honesto, initio cōfilio peccandi. Quod siquid aliquando a nobis sit offensum, dum ab honesta vivendi ratione aberramus, certè dāda est enīc opera, ut eō, unde dignissimi sumus quād corrīmē reuertamur. Est enim caput ad bene beatitudinem vivendū, ut ne vitâ improborum ingrediamur: proximum, ne diutius in ea cōsistamus, errare enim & labi (ut quid sapienter monet) cōmuni hinc ministro infirmitati: in errato perseverasse, singulari cuiusque virtus est attributū. Sed totius improbitatis nulla est capitalior, quam eorum, qui non solum ipsi obstinato animo versantur in sceleribus, sed etiam alios postferis institutionibus corrumpti: atque eos derident qui iustitiam & pietatem colunt, & ani-

mūm exercent in optimis rebus.

Veruntamen ad summum bonum adipiscendū, nō satis est existimādū, si declines mala; nisi etiam virtutem ac pietatem colas. Itaque beatum illum iudicamus, qui & se se à virtutis purum & integrum seruat, & praeceptis legum diuinarum studiose paret, & in ea meditatione dies noctesq; consumit, vt intelligat, quid iubet deus, quidve prohibeat, qua breuisima via sit in cœlū quia pēnas improbi pēdat, que pramis boni cōsequuntur.

Qui ita se gerit, itaque vitam instituit suam, is instar fructuē arboris satus ad uberrimos fontes, & flumina sancta literarum diuinarum atque illarum doctrina perpetuō irrigatus, pulcherrimos virtutum fructus, & illos quidem tempestivis feret. Sapiens enim suo quæque tempore agit.

Idēmque semper virerbit, neque ullos vñquam astus formidabit, vni enim sancti, quamvis affidū calamitatibus premantur, tamē ſe bona sustentati, & fonte salutari Spiritus sancti recreati semper vigent ac florent, & (quo nihil aut prestantius, aut optabilius accidere potest) Semper eisdem omnia vertunt in bonum: siquidem res adversas toleranter, secundas modera- teferunt: & siquid ab iis aliquando peccatum est, exfuscat ea cura animos, & maiores ad rē bene gerendam facit, vt quoniam supplicio dignos

patent, niſi culpam admissam maioribus facient benefactis.

Explicauimus breuiter, qualibus & quantis bonis in hac etiam vita fragili miseraque fuerent homines pī, & religiosi. At improborum, perditorū que hominum longē dissimilis est ratio. neque enim q̄ā aut florēnt, aut ullos fructus ferunt, aut pulcherrimus illi muneribus afficiuntur à Deo: sed vt puluerem & paleas dissipat ventus, sic furia scelerum homines impios & nefarios exagitāt, & quoctunque illos libidinum & cupiditatum astus impulerit, eo miseri precipites runt.

Proinde illud scire oportet, cūm ex impuris & profligatis hominibus partim falsas religiones colunt, parum de deo, dēque rebus diuinis reſentiant. utrumque horum hominum genus nouissimi tam poribus vñā cum pīs & sanctis vi- ris ad vitā quidem revocatum iri: sed hoc inter- effe, quid alteri, nempe de deo male ſentientes, non vocabuntur in iudicium, quippe de quibus ſententia iam pronunciata ſit, vt scriptum eſt in Euangelio: alteri autem ad tribunal Christi Dei ſentiantur, illi quidem totius vita rationem rela- turi, ſed vñā cum impiis & sanctorum hominum cœtu ac confusu procul abſent.

Ob eam verò causam boni in perpetuum flo- rentes ac beati erunt: improbi verò quique feri-

pteris suppliciis mactabuntur, quia maximus ille
omnium rerum moderator & dominus, innocentiae
& vite sanctimoniam singulariter amat, charissi-
mamq; habet: contraq; mores perditos profligatoq;
& impia facta summpere detestatur.

P A R A P H R A S I S
carmine.

Dum nigra iucundos per languida membra
sopores
Mox irrigat mortalium,
Tu mecum tacitus hymnos meditare sub um-
bris
Carita Latino barbito
Ieseo quondam heroi modulate, tyranno
Qui siue pulsus a fero
Montibus in solis erraret siue reuersus
In patriam ditissimas
Urbes, & latos populos ditione teneret,
Noctes, dieisque maximo
Caelicolum regi laudes cantare solebat.
At vos beati cœlites,
Est tutela quibus vatum commissa piorum;

Adeste queso dexteris,
Et quæcumque Syros docuit rex optimus o-
lim,
Per te Italas urbes lyra
Dum memorare iuvat, facilem concedite
cantum,
Rebusque dignum maximis.

ALIA PARAPHRASIS
Carmine.

Beatus ille, qui nec audit impios,
Nec persequerat improbus
Peccare, nec latatur irrisoribus
Se peccimus adiungere:
Sed mente pura diligit leges Dei,
Illaq; semper cogitat,
Seu nox sopore amabili seu lumine
Sol candido terram irrigat.
Qualis perennies orta propter riuelos
Arbor feraces ramulos
Ornat quotannis fructum latissima

Pulcherrimorum copia.
 Suumque honorem seruat omni tempore
 Densis amictis frondibus:
 Talis piorum est vita, talis omnium
 Colentium leges Dei.
 Hi quicquid vñquam molientur, exitus
 Illo fauente prosperos
 Habebit, haud sic improbi, sed puluerem
 Vt turbo late disicit,
 Sic iactat illos impetus libidinum,
 Nulloque confitunt loco.
 Ergo supremi iudicis cùm venerint
 Tribunal ad iustissimum,
 Causa cadentes, à bonorum candida
 Turba procul miserrimi
 Tridentur imo in tartara: quoniam Deus
 Mores piorum diligit:
 At turpiter qui vitam agit, cruciatibus
 Hunc sempiternis afficit.

S P A L . C V M P A R V P H . 14
 A R G V M E N T V M
 P S A L . 11.

P Rædicat coniurationem Iudeorum cōtra Iesum Deum, & eius imperium canit & beatam vitam pollicetur iis, qui in eos spes suas reposuerint. Neque vero Petrus Apostolus modo, sed etiam scriptores apud Hebreos magni imprimis, & illustres, hoc carmen ad Christum Deum pertinere confirmat. sed illum Iudei venturū sperat, nos venisse, & salutem humano generi attulisse non ambigimus. Illud ante sciret oportet, nos in explanatione septimi versus securos esse Ioannem Chrysostomū & Theodorum Antiochenū, atque Hilariū Pictauorū pōtificem, theologos summa autoritate, summaq; doctrina, qui eo versu Davidē vaticinatum esse redditum Christi ad vitā, assueranter affirmant, neq; dubitant, quin Paulus Apostolus in eadem fuerit sententia, quē Lucas in Actis Apostolorum sic loquentem facit: Vobis nunciamus, que promissa fuerant maioriis nostris, ea Deum præstítisse posteris eorum, scilicet nobis, Iesu à morte excitato, ut etiā scriptum est in Psalmo secundo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hac Paulus. Christū verò natum esse cùm ab inferis

EXPLANATIO IN LIB.

exurrexit , pulcherrima illa similitudo demonstra,qua vtitur ipsemet in Euāgelio 10 annis, de sua morte & reuecatione ad vitā, ad hūc modū loquens, Mulier(cūm parit) in incestitia est propter maximā vim doloris, ast vbi partū edidit, omnem tristitiam ex animo depositū, ob lætitiae voluptatē, quam ex puro suscepto maximā capit . Et profecto quid aliud est renuiscere , quā renasci? Quod si Christus renuiscens natus est, quis illū genuit? Népe Deus, qui ab inferis illum excitauit Quamobrem Paulus in Epistola, quam scripsit ad Colosenses , eum vocat, ἦρωτος οὐκέ τέπερ νεκρόν, id est , si verbū de verbo exprimere velis, primogenitū ex mortuis. Proinde quod dicitur, Hodie genui te, tempus illud indicat, quo tēpore Iesus ad vitam reuocatus fuit immortalem, atque imperio cælitum atque hominum portitus est. Sed totum hūc locū subtiliter & cōpiosē persequitur Hilarius in suis Commentariis, quem planè legendum censeo.

Psalmus 11.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inanitas . Astiterunt reges terræ, & principes confundit in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

PSALMUS CVM PARAPHR. 15

Dirumpamus vincula eorum, & prolixiāmus à nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitui regem meum super Sion montem sanctum meum. Narrabo decreta.

Dominus dixit ad me filius meus es tu, ergo hodie genui te

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam , & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea , tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligit, eruditini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore, & exultate cū tremore.

Osculatini filium , ne forte irascatur, & percatis de via,

Cum exarserit in breui ira eius. Beati omnes, qui confidunt in eo.

EXPLANATIO.

Quare fremuerunt gentes . Hoc primus versiculus explanat sanctorum hominū cœtus in actu Apostolorū, his verbis : Domine tu es deus

qui fecisti cœlum, & terrā, mare, & omnia, que
in eis sunt, qui per os David pueri tui dixisti,
Quare fremuerūt gētes, & populi meditati sunt
inianas. Aſtiterunt reges terræ, & principes cō-
uenerunt in vñū aduersus dominū, & aduersus
Christū ei⁹. Cōuenerunt enim vere aduersus san-
ctum filium tuum Iesum, quē vnxisti, Herodes si-
mul, & Pontius Pilatus cum gētibus & populis
Iſrael ad faciendum quæcunq; manus tua, & cō-
filium tuum prius decreuerat ut fierent.

Et aduersus Christū ei⁹. Id est filii quē pa-
ter Iudæorū, & cæterarū nationū regē cōſtituit.

Dirūpam⁹. Hac sunt verba impiorū vincula,
& iugū Christi à cervicibus suis repellentium.

Qui habitat. Vaticinatur David, irritos fo-
re conatus Iudæorum.

Tunc loquetur. Significat excisionem Hiero-
folymorum, & innumerabiles calamitates, quæ
Iudæis impendebant.

Ego autē. De⁹ inducitur loquēs. intellige autē
de⁹ Christo, regnū tradidisse, quaten⁹ ille hō est,
naturā enim christi diuina regnū semp̄ obtinuit.

Narrabo decretum. Christum facit narran-
tem, quid de se decreuerit pater.

Dominus dixit ad me, filius. Ioannes Chry-
ſostomus, Theodorus Antiochenus, Hilarius
Pictauorum Pontifex, & ante eos diuinus Paulus
in Actis, Apostolorum affirmant, Davidē hoc

versu prædicere Christi redditum ad vitam. Ita
que hoc verbum hodie, tempus id significat, qua
tempore ille ab infrys exur̄exit, atque imperio
cœl., & terræ potitus est. Verūm hac de re nos fa-
tu copiæ differimus in Paraphrasi, qua ſupe-
rioribus annis edita eſt, vnde affumere licebit,
qua ad hunc locum pertinebunt.

Reges eos in virga ferrea. Eos videlicet,
qui imperium tuum repudiarint, neque dicto au-
dientes tibi eſſe voluerint: virga enim ferrea ſe-
ueritatem imperandi significat. Sed videntur
magis probandi qui verterunt ex Hebræo ad
hunc modum. Conteres eos virga ferrea.

Tāquā vas figuli. Hoc ſimili magnitudo ſu-
plici exprimitur. utaq; Hieremias iuſſus eſt, la-
guncula ſitilem cōterere in cōſpectu populi, &
hęc loqui. Hęc dicit dominus exercitum, ſi cōte-
ram populum iſtum, & cīuitatem iſtā, ut conteri
tur vas figuli, quod amplius refici non poteſt.

Et exultate cum tremore. Hortatur prin-
cipes, & reges, ut letentur ſalutari eius impé-
rio, qui extitit vindex. & parens noſtra libertati,
quique obedientes ſibi ad vitam perducet bea-
tē, & immortalem. Exultandum vero ait cum
tremore, propterea quđ ut ipſius misericordia
confidere conuenit, ita lenitatis cōuenientiam iuſti-
tiam formidare oportet. Quamuis ego libentius
crederim, Davidē de eo loqui timore, quicm̄

EXPLANATIO IN LIB.

parit amor, non culpa& sup. licium: quo magis enim quisque alterum ex animo amat, & colit, eo magis vereri solet, ne qua in re animum illius offendat. Ho. timor genus aduersus Christum, & ipsius patrem ab homine Christiano requiritur in primis.

Osculamini filium Hoc est illū esse vestrum regem agnoscite, illum summa pieate celeste, & reverentia: solemus eum oscularis p̄incipum manus nostram erga eos obseruantiam testificari.

Et pereatis de via. Id est, ne si iustum eius imperium recusaveritis, Dei in vos iam incitatis, & aberrantes a via, que dicit in cœlum, in maximis, & perpetuas miseras vos proicias, id quod breui tempore eveniet, nisi insaniendi, & repugnare finem facitis.

P A R A P H R A S I S.

Quid sibi vult iste fremitus gentium, & insana concitatio populi? quis tantus furor principes & reges precipites agit, ut bellum importunum contra Deum, Deique filium moliantur? & frustra eius vitam, & nomen conentur extinguere? qui tertio die postquam acerbissime neatus fuit ab inferis excurget, atque imperiumcoli acterarum in perpetuum obtinebit.

PSALM. CVM PARAPH. 17

Rumpamus (diunt) vincula legum, quibus nos isti obstringere moluntur, & iugum ipsorum à ceruicibus nostris repellamus. Hæc homines amantisimi petulanter ac temere iactant.

At summus ille Dominus omnium rerum, & moderator Deus, inanes eoram conatus ridet, ac prouihilo putat.

Scilicet tempus video fore, cum ille sceleribus, & impietate Iudeorum grauiter commotus teatæ vrbi & mortua eorum disturbabit, & gentem impiam ferro, fame, ac peste consumet, & reliquias omnium rerum egestato atque exilio perpetuo multabit.

Nimirum dicit Dominus, quem vos impū tamquam perditissimum aliquem latronem in cruce tollere paratis, illum ego vobis regem praeficerem constitui. At Christus:

Exponam, inquit, omnibus, quid de me decreuerit Deus. Ille quidem, cum me ab inferis extaret, hac oratione vobis est: Tu Christe mihi filius es, Ego te ex ipsa eternitate genui, atque item hodie gigno, dum te ad vitam reuoco, ut pie- tam coletibus aditum aperias ad cœlum, & vi- tam beatam & immortalem.

Et quoniam crudelissima tyrannide hostis semipiterni humanum genus liberasti, sub potestatem ac dominem tuam non Iudeos modo, sed omnes nationes terrasque subiungo.

*Imperium tuum repudiantes pœnae severitate
comprimito, & contumaces ac superbos funditus
deleto. His quidem verbis affatus est summus ille
Deus Christum suum.*

*At vos, quicunque imperia terrarum obtine-
tis, hec percipite quæso diligenter, & ea penitus
animis vestris mentibusque mandate, & cùm in-
telligatis Iesum omnium mortaliuum regem consti-
tutum esse, vtrò illi summa fidelitate seruite,
& letamini salutari eius imperio, qui extitit &
vindicet & parés vestre libertatis, vosque ad vi-
tam perducet beatā & sempiternā. Sed vestrum
gaudium ne sit profusum ex immoderatum, sed
reuerentia metuque pio restrictum, ut enim ipsius
misericordiae confidere conuenit, ita lenitati con-
unctam iustitiam formidare oportet.*

*Proinde vos in seruitutem filio Dei libentissimis
animis ducate, illum summa pietate colite et ve-
neramini: ne si iustum eius imperium recusaueri-
tis, Dei in vos iram incitetis: & declinates de via,
que ducit in clœnum, in maximas & perpetuas mi-
serias vos proiciatis, id quod breui tempore eue-
niet, nisi insaniendi ac repugnandi finem facitis.
O beatos & felices illos, qui vtrò se ac sua om-
nia eius potestati fideique commiserint.*

QVeritur de populo, qui ab imperio
suo ad Abalonem defecrat & filiū
simil & hostem, deinde spe diuinī præfidij
animum suum mirabiliter cōfirmat. Ad hūc
hymnum, si quid duri nobis inciderit, tan-
quam ad arcem tutissimam confugiendū est,
atque horum carminum meditatione mens
corroboranda, ne de gradu constantiae di-
moueamur, néve quicquam excellētia præ-
stantiāq; Christiani indignū cōmittamus,
quē metu mortis exanimari, frāgi & debili-
tari dolore turpissimū estētū præsertim onia,
qua mala corporis, & fortunæ nominantur,
etsi falsa visione, ac specie mouēt plerosque
vehementius, brevia sint & perexigua bona
verò qua fortibus, & patiētibus parata sunt
in cœlo, sempiternis seculorū ætatibus ma-
neant, & talia sint actanta, vt nulla hominū
cogitatione queant adumbrari. Itaque cùm
rebus aduersis pars illa animi, qua natura
mollis, & tenera est, se parū fortiter geret,
seq; lamētis turpissimè lachrymisque deder,
præsto sit ratio, qua afflictā, & iacētem eri-
gat, illāmq; vocibus librorū diuinorum cor-
roboret ac cōfirmer, vt omnem ignauiam, &
infraictior ē animi abijectes, & Christi for-
tissimi ducis nostri constantiā imitātes, eius
regno, & immortalitatē digni habeamur.

EX PLANA TIO IN LIB.

*Psalms David, cum fugeret à facie
Absalon filii sui.* III.

Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo.

Tu autem Domine protector meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego cubabo, & dormiam, neque excita bo, quia Dominus sustentat me.

Non timebo millia populi circundantis me. Exurge Domine saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes inimicos meos in maxilla, dentes peccatorum contuisti.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

EX PLANA TIO.

Cum fugeret à facie Absalon. Hæc histo ria scripta est in secundo libro Regum, cap. xv.

Et exaltans corpus meum. Hoc ait quoniam Deus ipsum ex humili, & infimo loco ad altissimum regie dignitatis gradum perduxerat.

Ego cubabo. Ego (inquit) deponam omnem

PSALM. CVM PARAPH. 19

sollicitudinem, & tranquillam, ac quieta mente consistam, propterea quod video, meam salutem Deo cura esse: hoc enim significat, cum dicit, se dormiturum, & sponte sua se excitaturum. Hæc ead. orationis exortatione usus est in Psalmo quarto ad significandam magnam an misericordiam, cum ait, In pace simul cubabo, & dormiam: Et Moses in Levitico: Dabo (inquit) pacem in finibus vestris, dormiet, & non erit, qui exterreat. Quis etiam quod in Latinorum est proverbio, dormire in virnam aurem, id eandem sententiam continet.

Quoniam tu percussisti. Dicit se opem Dei fidenter implorare, propterea quod is sæpe aliis sibi periclitanti auxilio, salutisque fuerat, & vim hominum perditionis infregerat, qui vita ipsius tanquam immanes bellua appetebant.

Domini salus est. Id est, solus ex omnibus Deus salutem dare, & conservare potest: quo cire omniem nostram fiduciam in sola eius misericordia collocare debemus.

Et super populum tuum Benedictio tua. Populum Dei appellat omnes pios, quos significat non modo saluos, & incolumes à Deo conservari, sed etiam bonis omnibus augeri atque ornari: sub hæc enim verbo benedictionis hæc sententia subiecta est.

PARAPHRASIS.

Sümme pater quidnam causæ putem esse, cur tot popularibus meis me bello persequan-

EXPLANATIO IN LIB.

tur? cur inquam tanta vis ciuium coniuratione
facta me capite ac fortunis acerrimè oppugnat,
cùm neminem neque re, neque verbo vnguam
violarim, cum omnes paterna pietate semper
amplexatus fuerim?

Multi Domine, cùm videant me tam subito
eiectum è ciuitate, non verentur affirmare, me
tuo penitus auxilio destitutum esse, neque soldam
regno tum ab inimico; sed etiam vita separari.

Sed licet, quod cuique libet, loquatur, ego
quidem certum habeo, te mihi praesidio, salutis
futurum, id quod pro tua singulari miseri-
cordia nunquam facere desitisti. Tu Domine,
cùm ego propter obscuritatem meam in homi-
num ignoratione versarer, tua benignitate per-
fecisti, ut consequerer magnam nominis celebri-
tatem, et cum admiratione omnium, regno di-
gnissimus iudicarer.

Tu idem caput meum grauiissimis calamitati-
bus afflictum, et depressum exulisti: neque un-
quam supplices manus terendi ad sanctissimum
templum tuum, qui aures atrectas ad clamorem,
et preces meas adhibueris.

Itaque tam firmo praesidio munitus, tamque
salutare, et propitiun nomen expertus, depo-
nam omnem animi curam, et solicitudinem, et
quietam atque tranquilla mente consistam: neque
me vel innumerabiles hostium copiae territa-

PSALM. CVM PARAH. 20

bunt. Huc ades ô maxime calitum, atque homi-
num pater, et rex, et in calamitate supplicis tui
misericordiam adhibe.

Illam ego pater imploro fidenter, propterea
quod periculis meis nunquam defuisti.

Tu Saulem acerbissimum, et perpetuum ho-
stem meum funditus eueristi, tu vim, et furorem
perditorum hominum, qui vitam meam ferro, at-
que insidiis appetebant, infregisti.

Quae cum ita se habeant, vos mortales admo-
ne, nolite confidere vestris ingenij, aut opibus,
aut ulli hominum potentia, sed ad dominum con-
fugite, et omnes spes et cogitationes vestras in
eius infinita misericordia collocate: nam solus Do-
minus seruare, solus omnibus bonis ornare, et cu-
mulare nos potest. Quod si Domine, et salus, et
vita, et omnia bona ab uberrimo fonte benigni-
tatis tue, ad homines permanant, aperi quae il-
las manus tuas munificentissimas, et populum
tuum expte pulcherrimis muneribus tuis.

PARAPHRASIS.

CARMINE.

Pater beate, quid esse cause existimem,

Cur impio bello furens

Me persecutur immerentem ciuitas?

Meam salutem perditam,

Et derelictam populus à tua pater

E X P L A N A T I O I N L I B.

Benignitate prædicat.
 Sed quisque, quod lubet, loquatur, tu decus,
 Certumque præsidium meum es.
 Nunquam fidem tuam pia inuoco prece,
 Quia vocibus dexter meis
 Aures benignas prebebas, & supplici
 Optata dones omnia.
 Ergo quieta mente vtramvis dormiam
 In aurum, & hostium minas
 Ridebo vanas nullus villo tempore
 Belli tumultus, aut ferox
 Me præliorum territabit impetus,
 Non si trecentis militum
 Me valler hostis milibus, & vindique
 Mortem minentur omnia.
 Exurge vindex scelerum, & hostium feram
 Compescere vim crudelium,
 Qui sœpe, sepiusque me grauiſſimus
 Iam liberasti casibus.
 Tu perdidisti Saulem, & omnes impios,
 Qui belluarum immanium
 Instar salutem, & sanguinem mcū hiantibus

P S A L M . C V M P A R A P H . 21

Sæni appetebant faucibus.
 Solus salutem, solus, ô dulcissimi me
 Pater bona omnia sufficis,
 Solus coletibus piè numen tuum
 AEterna donas gaudia.

A R G U M E N T . P S A L . I I I I .

Rædicat misericordiam Dei erga se, &
 P inimicos suos hortatur, vt deponant o-
 dia, & libertani animo se subiiciant eius im-
 perio, quem Deus ipse carissimum habet,
 atque amplissimo regis honore, & nomine
 afferit. Videtur autem hoc carmen initio
 regni sui composuisse.

Victoria Neginth, Psalmus David IIII.
 Nuocâtem me exaudi Deus iustitie meę,
 In tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, & exaudi oratione meam.
 Filij viri vsquequo gloriā meam ad igno-
 miniam! vt quid diligitis vanitatem, & que-
 ritis mendacium?

Et scitote, quod segregauit Dominus san-
 ctum sibi, Dominus exaudiet me, cum cla-
 mauero ad eum.

Contremiscite, & nolite peccare; cogi-
 tate cum corde vestro in cubilibus vestris,
 & tacete.

EXPLANATIO IN LIB.

Sacrificate sacrificia iustitiae, & sperate in Domino. multi dicunt : quis ostendit nobis bonum?

Eleua super nos lumen vultus tui Domine, dedisti laetitiam in corde meo.

Ex quo tempore frumentum eorum, & vinum eorum multiplicata sunt.

In pace simul cubabo & dormiam.

Quoniam tu Domine solus securum habitare fecisti me.

EXPLANATIO.

Victoria in Neginoth. De inscriptionibus hymnorū, & cur in ipsis sēpē vocabulis hebreis vsi simus, explicatum est in ea proemio, quod nostrae paraphrasi prepositum est.

Deus iustitiae meæ. Id est auctor, & custos innocentie mee.

In tribulatione dilatasti mihi. Id est, cum in maximis periculorum angustias adductus essem, tu viam salutis meæ latam effecisti, meque in tuto, & tranquillo collocaisti.

Filij viri. Sic appellare solent Hebrei plurunque homines claros, & insignes. Vanitatem verō & mendacium vocat conatus illorum irritos, & incanos, atque consilia cōtra salutem ipsius frustrā inita. Sic fīcūs, & arcus mendaces in literis sanctis appellantur, quod fallant expectationem; vel potius eos reprehendit, quod post habita-

PSALM. CVM PARAPH.

23

cura rerum diuinarum, falsa & inania bona constentur, & omnes cogitationes suas ab̄ciant in res futile, atque fallaces. Et igitur huius versiculi sententia, vos principes ciuitatis appello, quo usque tandem abutemini patientia mea? Quousque toro animo, & studio omni incumbetis in eam curam, ut mihi vitam, & omnia vita ornamenta exipiat? Quandiu cogitationes vestre versabuntur in rebus viliissimis, tamque contemptis.

Scitote quod. Nolite (inquit) existimare, me humando ope aut consilio, ad regiam dignitatem peruenisse: ipse enim Deus me multis e millibus electum genti sue præfecit: ex quo fit ut qui me repudiet imperium, non mihi, sed Deo repugnet. Vocabulum hebreum, quod interpres latinus ḡra cum secutus sancti verbo exprimere solet, propriè in iis hominibus ponitur, qui sunt animo benefico, & liberali, & ad iuvandos omnes admodum propenso: talem autem decet in primis eum esse, qui regnum administrat.

Contremiscite. Monet illos, ut aliquando tardem metu deani numinis à maleficio fese contineant, nece animo præcipiti, & perturbato quicquam gerant, sed silentio nocti, cum mens soluta, & libera, & ceteris omnibus curis vacua est, diligenter exquirant, & cū animis suis considerent, quid faciendum fugiendumq; sit: quid ve-

E X P L A N A T I O I N L I B.

rum, & ratio præcipiat, in primis, ut omni studio
contineant linguam: quam si quis didicit mode-
rari, maximum certe præsidum sibi ad reliquas
virtutes comparauit.

Sacrificate sacrificia iustitiae. Hortatur
inimicos, ut respiciant, & peccata sua expient.
appellat autem sacrificia iustitiae illa, que cum fi-
de, & vera pietate siebant, vel potius ita vocat
ipsius iustitiae cultum, atque animi exhortationem
in optimis rebus, quo genere sacrificij nihil excel-
lentius, nihil Deo gratius à nobis accidere posset.
sic alio in loco laude sacrificium dixit, cum dice-
re velle hymnos, & studium diuinæ bonitatis
prædicande, & laudibus efferende.

Multi dicunt. Multi quodd viderent Dani-
dem maximis, & abditiis calamitatibus exag-
tari solitus, suspicabantur, eius imperium, reip-
calamitosum fore, itaque cum ille iam adepius
regiam dignitatem ipsos hortaretur ad obedien-
tiā, secum ipsi dicebant, quis præstabit, vtile
nobis fore, ut hic regnum administret? His rebus
permotus vir sanctus Deum precatur ut gētem
Hebræam placidie oculi intucatur, suūmū san-
ctissimum numen tam præsens, tamque propi-
tium exhibeat, ut omnes intelligant, ipso regnante
omnia profera & secunda fore.

Dedisti lætitiam. Lætabatur Dauid, quod
initia regni sui magna fertilitas agrorum conse-

P S A L M . G V M . P A R A P H . 23

enta fore, ea enim res polliceri videbatur, ipsam
dignitatem sua non calamitatem populo, ut multi
suspicabantur, sed prosperitatem potius allatu-
rum. Haud equidem oblitus sum me aliter hos
versiculos interpretatum esse in paraphraſi, sed
vnicuique liberum erit, utram explanationem se-
qui malit.

In pace simul cubabo. Sententia huius ver-
ſiculi in explanatione psalmi superioris explica-
ta est.

P A R A P H R A S I S .

V Oces meas inuocantis exaudi sanctissime
parens, & custos iustitiae mea, & qui vi-
tam meam ex maxima sape angustis & pericu-
lis eripiuit, in reliquum etiam tempus miserere
supplicis tu, & precatiōnem meam audi.

Vos principes ciuitatis appello, quousque tan-
dem abutemini patientia mea? quousque toto ani-
mo, & studio omni incumbetis in eam curam, ut
mihi vitam & omnia vita ornamenta per sum-
mum dedecus, & ignominiam eripiatis? quandiu
cogitationes vestras abyctietis in res inanēs atque
fi allaces?

Animaduertite oro, quod semper euaserint
vestra illa præclara consilia, & conatus: quod
magis enim me opprimere, & meum nomen ob-
fcurare contenditis, ed magis authore Deo fa-
cum est, ut apud omnes clarus, & admiratione

ne dignus haberer. Quod si meum caput in fidis appetere pergitis, sic habetote: qui antea saltem & dignitatem meam semper tutatus est, eundem praestid semper futurum ad eam conseruandam, & paenar vestrae improbitatis, & perfidiae exigendas.

Aliquando tandem metu disini numinis a maleficio vos prohibete, neve animo præcipiti, & perturbato quicquam gerite: sed silentio nostris, cum mens soluta & libera, & ceteris omnibus curis vacua est, diligenter exquirite, & cum animis vestris considerate, quid faciendum fugundumque sit, quid verum & ratio præcipiat: in primis omni studio continere linguam, quam si quis didicit moderari, maximum certe praesidium sibi ad raliquas omnes virtutes comparavit.

Quod si vobis Deum velitis placare, & propitium, virtutem colite ac pietatem, atque animum exercete in optimis rebus, & hoc præstanti genere sacrificiis gratiam vobis sanctissimi numinis facilita conciliabitis, quodam innumerabilium cruento victimarum. castissimus enim Dei cultus, plenissimaque sanctitatis religio est, ut illum pura, & integra mente veneremur, atque eius leges & preceptiones summa diligentia colamus. Hoc agite, neque in posterum fies, & cogitationes vestras in rebus fragilibus, & caducis, sed in

misericordia Dei locatote: oculi enim eius aspiciunt homines pios, & aures ipsius attentæ sunt ad precies eorum.

Ego quidem omnes ad hunc modum adhortor, sed multi de summi dei prouidentia, & benignitate dubitantes, diunt: quis suppeditabit nobis bona?

At ego Domine te suppliciter oro, ut vultu illo tuo splendidissimo nos aspicias: sic enim cōmoditatibus, & bonis omnibus circumfluens, quinim iam experti sumus liberalitatem tuā, iam animū meum incredibili gaudio compleuiſsi, propterea quod ciuibus meis largè ac prolixè ea bona impetravi, quae illi tam vehementer optabant, nam & vino, & frumento, & ceteris omnibus rebus ad vitæ cultum necessariis abundant, & mihi maximis laboribus & periculis defuncto, placidissima pax & securitas tua benignitate concessa est.

ARGUMENT. PSAL. V.

Vit sanctus à Saule importunissimo tyranno vehementer exagitatus, Deum suppliciter implorat, ut vim & furorem im- proborum coerceat, & res piotorum afflitas, & propè facientes recrereat atque sustentet.

Victori ad Neginoth, Psalmus David. V.

Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.

E X P L A N A T I O I N L I B.

Intende vocis orationis meæ Rex meus,
& deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine, mane ex-
audies vocem meam.

Mane instituam ad te (orationem) & su-
spiciam.

Quoniam non Deus volcs iniquitatē tu es.

Neque habitarib; iuxta te malignus, non
permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquita-
tem: perdes omnes, qui loquuntur men-
daciūm.

Virum sanguinum, & dolosum abomina-
bitur Dominus, ego autem in multitudine
misericordia tuae.

Introibo in domū tuam, adorabo ad tem-
plum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter
inimicos meos, dirige in cōspectu tuo viam
meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas,
cor eorum fraudulentum est.

Sepulchrū patens est guttū eorum,
linguis suis dolose blandiuntur, iudica illos
Deus.

Decidant à cogitationibus suis, propter
multitudinem præuaricationum suarum ex-
pelle eos, quoniam rebellauerunt contra te.

P S A L M . C V M P A R A P H . 25

Et lætentur omnes qui sperant in te, in-
ternum exultabant, & proteges eos.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt
nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.

Domine tanquam scuto bona voluntate
tua circundabis eum.

E X P L A N A T I O .

Mane exaudies. *Hoc ait, quoniam matutinū
tempus, & vespertinū lex attribuebat pre-
cationib; & sacris faciendis: matutinū verò in
primis accōmodatum est, quod ea hora magis va-
cui sumus & ceteris curis. hinc illud, Deus, Deus
meus ad te de luce vigilo. & alio loco, mane ora-
tio mea præueniet te.*

Mane instituam ad te (orationem) & su-
spiciam. Quoniam lingua Iudeorum perangu-
sta est, ac præcisionibus orationis abundat. que
quidem res mirabile dicta est, quād magnas af-
ferat difficultates ad intelligendum, propter ea vi-
sum est nobis esse faciendum, ut nonnulli de no-
stro nonnullis in locū adderemus, quo fieret ora-
tio plena atque perfecta. que vero verba ad hūc
modū adiecta fuerint, ea ferè omnia lineis sunt
inclusa, ut in hoc versiculo factum vides.

Et suscipiam. Verbum Hebreum eam vim
haber. vt in iis ponatur, qui oculis obseruant ali-
quid expectantes. itaque verba hæc habent hanc
sententiam. mane assūtam supplex misericordia

EXPLANATIO IN LIE.

tuæ, & sublatis ad cœlum oculis expectabo, dum mihi perdito, & afflito opem aliquam feras: cum enim deseteris n. alacria, & impietate, certissimam spem habeo te diutius non passurum, ut boni exterminentur, & scelerati in tua sancta ciuitate florent.

Virum sanguinum. Hæc omnia quangquam communiter ad improbos referri possunt, tamen in Saulem præcipue dicuntur, quem quidem hominem fuisse barbarum, iniustum, crudelem, & omni scelere cooperatum, legimus in libris Regum. itaque vaticinatur fore, ut deus tandem illius sceleris, & crudelitatem puniat, & omnibus declareret, quantopere detestetur hoc hominum genus perditissimum.

Ego autem. Prædictis, si tandem sublatis iniunctis, salutem, & incolument in sanctam ciuitatem reuersarim.

Domine deduc. Quoniam hostes imminebant semper capiti ipsius, orat Deum ut pro singulari bonitate, qua vti solet erga homines piros, sibi dux, & comes sic in tanti periculis, neque permittat, animum suum villa vi, vel metu inimicorum de recto vita curriculo decinare: viam enim Dei appellat eam viuendi rationem, quam Deus requirit a nobis, quamque ille suis sanctis legis prescrivit.

Sepulchrum patens. Significat iis verbis,

PSALM. CVM PARAPH. 26

existorum ore prodire verba mortifera, ut de salute illius acti sit, qui eorum malitiosas blandicias non caueri. Daudēmitatis Hieremias, pharetræ hostiū nominat sepulchrū patens, quod illorū sagittæ certam perniciem icibus afferant.

Tanquam scuto. Ait, Deum benevolentia sua tanquam scuto firmissimo protegere viros bonos, ac piros, illösque incolumes conferuare ab omnibus telis, & insidius inimicorum.

P A R A P H R A S I S.

Voces meas exaudi misericordiae parés, percipe quoque preces meas attende verba, & clamorē meā Rex meus, & deus meus: tibi enim suplices manus tendo, te solum intenor, in te uno omnem meā spem, & præsidium repono, neque ullum certe intermittam diem, quin te primo dulculo multis cum lachrymis orem, quoad incredibilem misericordiam tuam exorarim.

Aurora vix exoriens, cum mens ab omnibus humanis curis vacua est, animo attento atque humili sanctissimum nūmen tuum venerabor: ex sublatis ad cœlum oculis audibimè expectabo, dum mihi perdito, & afflito opem aliquam feras.

Cum enim tibi nihil nisi rectum, castum, & sanctum plecat, certissimam spem habeo, te diutius non passurum ut boni exterminentur, &

D. q.

EXPLANATIO IN LIB.

malefici natura atque omnibus turpitudinibus notis insignes in tua sancta ciuitate floreant . Projecto nunquam in conspectum tuum venient , qui iustitiam et leges violent , atque alteri nocere non intermittunt .

Odiisti quicunque se vitiis , et sceleribus contumaciam : mendaces , vanos , fraudulentos funditus eueries . homines barbari , immanes , et humano sanguine cruenti seclusi a concilio coelestium semper piteris cruciatibus afficiuntur .

At ego tandem sublatis hominibus cōscelaritis , et nefariis , pro tua misericordia saluis , et incolam in sanctam ciuitatem redi bo , et angustissimum templū tuum pie sancteque venerabo .

Eheu Domine semper hostes imminent capitū meo , vestigia mea semper obseruant . Itaque ne imprudens in eorum insidiis præcipiter , tu queso mihi dux , et comes esto pro iustitia tua , atque effice mihi plandam , et facilius viam , qua peruenitur ad illam beatissimam , et sumpiternam dominum tuum , neque permitte animum meū villa vi , vel metu inimicorum de recta vita curriculo declinare .

Nihil nisi maledicta , fraudes , mendacia in ore viginti istorum hominum perditi sumorum . Animum gerunt insidiis , et effrenatis cupiditatibus redundantem , et quemadmodum ex aperitis sepulchris terribilis odor efflatur , similiter ex

PSALM. CVM PARAPH. 27
ore istorum prodeunt verba saudicitatis , et scelerum plena : et quanquam auersissimo a me animo semper fuerant , speciem tamen praefecerunt amicorum , et mirifice mihi blandiuntur .

Dele funditus illos iustissime Rex , et que de me tollendo inierunt consilia frange , cumque in dies magis magis que sceleribus scelerata cumulent , et sanctissimas leges tuas violent euerstantque , expelle illos de ciuitate tua , atque in sempiternas tenebras precipita , quando ad eam arrogantiam , et furorem iam progrexi sunt , ut a tuo imperio deficere , et tecum bellare non metuant .

Hæc impy penas pendant , boni verò , qui se ac sua omnia misericordiae tuae crediderunt , letitia exultent . Projecto , quod precor , euexi : nam boni letabuntur in perpetuum , et praesidio tuo septi vitam placide , tranquille , leniterque traducent : et qui sanctissimi nominis tui colentes sunt , maximis afficiuntur bonis , atque ob ea rem nunquam desinent gloriari de tua erga se beneficio .

Tu Domine bonum ac pius non quenque benevolentia tua tanquam scuto firmissime proteges , et incolumem conseruabis ab omnibus telis , et insidiis inimicorum .

ARGUMENTVM PSAL. VI.
E xistimant Daudem fecisse hos versus
Ecum in moribū , et grauissimas calamiti-

EXPLANATIO IN LIB.

tates incidisset ob stuprum Bersabeæ illatum,
& maritum eius crudeliter interemptum.
Victori Neglobo super Seminith.

Psalms David VI.

Domine ne in furore tuo arguas me:
nequit in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus
sum: sana me Domine, quoniam conturbata
sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde, sed tu
Domine visquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam
meam, saluum me fac propter misericordia
tuam.

Quoniam non est in morte qui memor fit
tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lauabo per singu-
lares noctes lectum meum, lachrymis meis
stratum meum rigabo.

Caligavit præ amaritudine oculus meus,
inueterauit propter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes, qui operamini ini-
quitatem, quoniam exaudiuit Dominus vo-
cem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationē meā,
Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer.

PSALM. CVM PARAPH. 28

ter omnes inimici mei conuertantur, & eru-
bescant valde velociter.

EXPLANATIO.

Domine ne in furore. Ora! Deum ne nimis
iracundus secum agat, néve ad scelus, quod commi-
misérat, vindicandum acerbitatē adhibeat, sed
paternam seueritatem.

Sed tu Domine usquequo? Quandiu (in-
quit) exercebis irām in supplicium tuum? quo us-
que diffères curationem animi, & corporis mei?

Conuertere Domine. Id est, auertisti fa-
ciē tuam à me propter sceleras, & flagitia mea,
nunc quoq[ue] tandem placatus, oculos tuos ad me
converte, quando animus meus humili, & mœ-
rens totus ad te conuersus est.

Quoniam non est in morte. Propterea (in-
quit) Iudeo, quamprimum à te sanari animam
meam: quoniam certus sum nullam esse reliquam
spem curationis, si vita excedens tecum feram
vulnera delictorum. Scio inquam Domine, homi-
nem sic morientem unde cum vita perdere et tu
memoriam, et confitendi peccati sui facultatem:
quid si animus illius vel tui recordetur, vel pec-
cata sua confiteatur, inanis tunc eius confusio, in-
anis est eiū recordatio, sic ferd veteres explanāt.
Alij verò totum hunc locum interpretantur in
eam sententiam, ut dicant, virum sonum
in maximis periculis versantem, de salute sua

D iiiij

E X P L A N A T I O N I N L I B.

orare, et ostendere, se in vita retinēdum esse et ad eam rem demonstrandam ea ratione ut, qua ipsum r̄sum videmus etiam in psalmo xxx. cum ait, Quae utilitas in sanguine meo si descendero in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciat veritatem tuam? Idem in alio psalmo ait, Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione? Itaque videtur etiam hoc loco moriens deprecari, ut in vita manens, posuit Deum laudibus celebrare, et veram religionem inter mortales longe, latèque propagare; id autem qui facere poterat, si è vita excessiſſet? Itaque illud scire oportet, confessionem in literis sanctis sapienti pro laudatione appellari, et vocabulum Hebreum, quod interpres latinius grecum secutus veritatem infernum proprię sepulchrum significare, tamē si eodem nomine statum quoque mortuorum appellant tam eorum qui iuste, sancte, que vixerunt, quam eorum qui virtus, et sceleribus contaminati à vita discesserunt.

Lauabo per singulas noctes. Lectionum suum adulterij turpissimi fœditate commacularat, eas maculas se abdūis lachrymis deleturum ait, significans his verbis summum animi dolorem, et cruciatum, quem sustinebat ob legem Dei violatam, et turpitudinem sceleris commisi.

Caligavit præ amaritudine. Dicit, se vitā

P S A L M . C V M P A R A P H . 29

viuere amarissimam, ut iam præ continuo lucili, et lachrymis penè oculos amiserit, dum culpam et peccata sua, et acerbas iniurias inimicorum deflere nunquam definiet.

Discedite à me. Solet utrū sanctus, cum defleuit calamitates suas, et misericordiam Dei implorauit, repente animum exhilarare, et voces latitiae plenis emittere, glorians, preces suas à Dominō auditas esse, qua quidem re nos moneret, si ad Deum pura mente accedamus, non esse dubitandum, quin eius clementiam facile exoremus, et propitiū nomen sentiamus.

P A R A P H R A S I S .

D Omne ne nimis iracundē mecum age, né ve ad meum scelus vindicandum acerbitatem adhibe, sed paternam severitatem.

Misereri mei misericordia parens, agere enim et grauiſſimè affectus est animus meus propter sceleris admissi magnitudinem, eius tu vulnera salutaribus fomentis, et remedii tue clementie sanā.

Sana me Domine, quoniā gravitas morbi, et calamitatis, ita vires et animi mei et corporis debilitauit, ut iam nulla mihi spes salutis ostendatur, meque non solum vires, sed vita iam deficiat. Et tu domine quādiu exercebis iram in superlicem misericordie tue? quoisque differes clemētiam animi, et corporis nati⁹

EXPLANATIO IN LIB.

Aueristi pater optime faciem tuam à me propter scelerā, & flagitia mea: nunc queso tandem placatus oculos tuos ad me converte, quando animus meus humili, & mōrens totus ad te conuersus est. Lhera queso illum Domine iam tantis malorumque saluum & incolument serua pro infinita benignitate tua.

Quid iuuat, immatura morte spiritum mihi & hoc iucundum cœlum eripere? An ego se fu, & vita spoliatus laudes tuas memorare, num mortuus inter mortales sanctissimum nomen tuum celebrare poteremus?

Intelligo Domine, me terribilum facinus facte perifpicio, mescelus omni cruciatu vindicandum commisfis, cum misero Vrie charissimam vocorem, & vitam præriter eripere: sed illud item scio, eam semper fuisse levitatem, & clementiam tuam, vt penitenti veniam faciē dare, neque te peccantium mors & pernicies, sed adhibita correctione salus & vita delectaret.

Hac igitur cogitatione roboratus, nunquam a misericordia tua Domine desperabo, sed in perpetuo luctu, & squalore iacens, animo humili & demissō tibi manus supplices tendim: & paucas illas noctes inter falsa, & flagitiosa gaudia consumpsi, reliquas omnes ego, dum vixerim noctes inter gemitus, & amara suspicio consummam. Si lectum meum impurū libidine contami-

PSALM. C V M PARAPH. 30

nari, illum ego largo & perenni lachrymarum flumine lauabo.

Sed iam domine sati super que' p̄candū dedi, iam p̄e continuo luctu, & lachrymis pene oculos amisi, dum culpam, & peccata mea, & acerbas iniurias inimicorum deflere nunquam desu.

Facebitē à me omnes quicunque infidias mihi & perniciem comparatis. Dominus enim commiseratus est fibiles, & queribidas voce meas: Dominus audiuit preces meas, Dominus depreciation mea placatus est mihi.

Hoc igitur intelligentes inimici mei erabefcat, & timore perterriti contremiscant, cū videat se opinione sād deceptos esse, & quē putabat ab omnibus proditum & desertum, cernant p̄fūdū domini septem & munitū effe. Proinde pudore affecti in fugā subītū se coniūcant, qui modō tā atrociter me ac fortunas meas oppugnabant.

ALIA PARAPHRĀSIS carmine.

Ne queso Domine me tuus furor opprimat,

Né ve ira sauiat tua:

Sed qui pater mihi es, paterna filium

Seueritate punias,

Miserere Domine iam mei, iam trifibus

Aurem querelis admoue:

EXPLANATIO IN LIB.

Nam dira morbi vis misellum conficit,
Me vita deſtituit mea.
Et tu quoſque diſſeres opem tuam
Meæ ſalutis negligens?
Quoſque vultum iratus auertes tuum?
Tuo benigno lumine
Meos dolores intuere iam pater,
Malisque tantis eripe.
Quid me, o ro, morte rapere tam cito iuuat
Ecquid ſepulchro conditus
Tui memor ero? ecquid tuas amabilis
Cantabo laudes carmine?
Si caede me, et lectum meum libidine
Contaminaui ſordida,
At lachrymarum me, meumque lectulum
Lauabo largo flumine:
Me nulla nox, me nulla lux in posterum
Non lachrymantem viderit,
Quanquam ſatis, ſuperque ſupplicij datuſ eff
Mærore iam contabui,
Fletuque feſa perdiſti iam lumina.
Peccata perditus mea.

PSALM. CVM PARAPH. 31

Iniuriásque meorum acerbas hoſtium
Dum flere nunquām defino.
Recedite procul impij, recedite
Malas in oras: nam Deus
Spirituſ, lachrymiſque motus eſt meis.
Dominus pias preces meas
Benignus audiuit ſalutem ſuppliſ
Donauit optimus Pater.
Ergo erubefcant, et dolore peſſimi
Rympantur hoſtes, et mee
Fœlicitati quiſquiſ inuidet, procul
Fugiat meū perterritus.

ARGYMENT. PSALM. VII.

E Thibafilius, Chrysostomus, Theodo-
retus, & apud Latinos Augustinus exi-
ſtimarunt, titulum heius carminis ad Chu-
ſim Arachitem referendam eſſe, & contra
Abalonem, & Architophelis perfidiā ver-
ſus ipſos fuisse confeſtos, tamen nos hac in
parte Hieronymum sequemur, qui in com-
mentariolis huius libri (eos autem Hiero-
nymi eſſe, multis argumentis poſſumus o-
ſtendere) is inquam Hieronymus ſatis pla-
nè demonſtrat, & titulum, & verſus ad Sau-
lem pertinere, in qua quidem ſententia om-

EXPLANATIO IN LIB.

nes ferè sunt Hebræi. Quod vero David in hominē amplissimo régis honore, & nomine affectum, & eundē sacerdum suum sub alieno nomine inuehatur, rem sua modestiæ consentaneā facit: idemq; ab aliis scriptoribus factitatum esse, nemo est qui negat. Ita tamē verum nomen suppresit, vt fatis indicaret, in quem scriberet, cum eum Iemini filium vocat, in cuius familia natus est Saul, qui se ipse filium Iemini vocat in libris Regum. Illud autem scire oportet, AEthiopē à Iudeis Chusim appellari. AEthiopem verò Saulem vocat propter eius profligatos ac perditos mores, in ciusmodi enim hominibus nomē nigri apud veteres ponī, vel illud Horatianum indicat: Hic niger est, hunc tu Romane caueto: & illud, Albus an ater homo. Loquitur autē Saul in lib. Reg. hunc ad modū: Nemo est qui rem mihi indicet. omnes de me tollendo coniurasti. quia etiam filius meus cum Davide societatem coivit, quem sic excitauit, vt is mihi insidias facere nunquam intermittas. Itaque cum tyrannus hæc iactaret in vulnus, & generum suum proditiōnis insimulatum in iuudiā falso criminē adduceret, vir sanctus se se purgauit his criminibus, in quibus cōmemorat innocentiam suam, &

PSALM. CVM PARAPL.

ES

diuinam iustitiā aduersus crudelitatem Saulis implorat, & illius interitū prædictit. Docet autē nos exemplo suo, si qua iniuria afficiamur, si quo in periculo simus, ad Deum configundi esse, & ab eo solo opem expetandā. Terret etiam improbos, & nocentes. Dei iustitiā, & severitatem prædicans.

Psalmus David, quem cecinit Domino pro verbis Chus filii Iemini.

VII.

Domine Deus meus in te sporaui, saluum me fac ex omnibus persecutib; bas me, & libera me.

Nequando rapiat vt leo animam meam, laceret, & non sit, qui eripiat.

Domine deus meus, si feci istud, si est iniunctitas in manibus meis.

Si reddidi malum habenti mecum pacem, si deserui aduersariem mihi sine causa.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & cōculcat in terra vitam meam. & gloriam meā in puluere habitare faciat.

Exurge Domine in ira tua, & exaltare contra commotiones inimicorum meorum.

Et exurge ad me in iudicio, quod mandasti, & cōgregatio populiū circundabit te.

Et propter hanc in altum regredere, Dominus iudicabit populos.

Judica me Domine secūdum iustitiā meā.

EXPLANATIO IN LIB.

& secundū innocentia meā, quæ est in me.

Consumet malitia peccatores, & diriges iustum scrutans corda, & renes Deus iuste.

Adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, & Deus irascitur per singulos dies.

Nisi conuersus fuerit, gladium suū acutet, arcum suum tectendit, & parauit illum.

Et ipsi parauit vasa mortis, sagittas suas in persequentes effecit.

Ecce parturiuit iniustitiam, concepit dolor, & peperit mendacium.

Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi.

EXPLANATIO.

Pro verbis Chus filij Iemini. Saulem Chus sum nominat, id est. A Ethiopē propter eius profligatos, ac perditos mores: in eiusmodi enim hominibus nomen nigri apud veteres ponit solum, indicant etiam poete Latinī: ita tamen verum nomen suppressit, ut satis ostenderet, in quē scribat cum eum vocat filium Iemini, in cuius familia natus est Saul, qui se ipse filium Iemini

PSALM. CVM PARAPH.

33

vocat in libris Regum.

Domine deus meus si feci istud. Ego (ingruit) Domine opem tuam expečto conscius innocentiae mea. Quid si id commisi, quod Saul mihi obiicit si eius inquam vita, ac regno infidius sum, persequatur inimicus animam meam, & cetera. Quod vero sequitur, si malum reddidi habenti mecum, &c. ad habet hanc sententiam: Ego quidem Saulem, dum ille me amanter, & honorificè tractauit, uice dilexi, summāque semper observationi colui: cum verò is ne verbo quidem violatus à me animū alienasset, mēque omni conatu capite & fortunā oppugnaret, tantum absuit, ut iniuria grauiſtas uiciserer, ut cum mihi non semel eius opprimendi facultas accidisset, semper illi pepercere, semper eius salutem meā praeſuerim: quid si mentior, persequatur inimicus animam meam &c.

Et exurge ad me in iudicio, quod mandasti. Tu domine præcepisti rectoribus ciuitatum ut eos, qui violarentur, iniuria prohiberent, neque aliquem sinerent in iustitie opprimi: tu ergo præsta, quod aliis faciendum præcepisti, & vindica me ab impetu Tyranni.

Et congregatio populorum. Id quidem a summis viris obseruatū, & memoria proditum est, qualeſcunque principes ciuitatum fuerunt, semper tales ciuitates fuisse: & ob ea can-

E

sam vitiosos principes plus exemplo, quād peccato nocere, quod permulti imitatores eorum existant. Itaque cum Saul homo perditusimus, & contemptor dei regnum obtineret, neceſſe erat, negligi in ciuitate curam rerum diuinarum. Hoc intelligens David non tam ritę sua, quād religione, & saluti ciuium consulens supplicum tyranni sceleribus expositi; confirmans fore, ut eo sublato populi ad cultum diuinum revertantur: il enim significat, cum ait, & congregatio populorum circundabit te. & re vera nihil ferē est, quod magis animis vulgi ad religionem exciter, quād ubi deus iustitiae sue documenta constituit, & insigni aliquo facinoris declarat, se bonis consilere, improbos viciſci.

Et propter hanc. Id est, pro salute huius ciuitatis, & conuentus declara vim, & potestatem tuam in homines impios, & omni scelere contaminatos: qui te quāsi iacentim, atque humana omnia despicientem negligunt excelsum, & omnium rerum moderatorem esse intelligentia. & sanctissimum numen tuum debito cultu venerantur.

Iudica me secundum iustitiam meam. Non virtutes suas predicit his verbis, aut iustitiam iactat apud deum, quem appellans alio loco ait, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens; sed

PSALM. C V M P A R A P H. 34
significat, se in eo, in quo accusatur, omni culpa vacare, quippe qui neque re, neque verbo Saulem violari.

Nisi conuersus. Nisi (inquit) Saulem suorum scelerum paenituerit, predico illum gladio, & sagittis dei teritorium, nec falsus vates fuit David, nam legimus in libris Regum, Saulcm & sagittis hostium fuisse vulneratum, & suo se gladio tracieſſe, haec autem pena illa a domino irrogata fuit: itaque recte dicit, cum gladio, & sagittis domini interfectum iri.

Et ipsi paravit vasa mortis. Id est, in ipsum Saulem arma mortifera preparauit. sic apud Ezechielē, unusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

Ecce parturivit. Exaggerat improbitatem Saulis pulcherrima allegoria. Est autem usq; p̄tōtēpoy, conceptus enī parturienti tempus antecedit, concepit autem Saul dolorem ex iniuria, cum videret Davidem sibi rerum gestarum gloria preferri: parturiuit autem iniustitiam, & n̄ dissimulato odio perniciem illi inuibabatur: peperit autem mendacium, cum odium suum patefecit, & ficto infideliarum crimen innocentem, bello persecutus est: tunc enī eius improbitas, qua priori animo celabatur, tanquam foetus ex utero in apertum prodit. vel ait, Saulem concepisse dolorem, propriea quod

EXPLANATIO IN LIB.

ma. habebatur ipsi calamitatem, & mortem. cui sententia respondet id, quod paulo infra subiungitur, convertetur dolor eius in caput eius, id est dolor, & perniciies, quam mihi moliebatur, in eisca-put redundabit.

Lacum aperuit. Alia est allegoria, que significat fore, ut Saul in ea mala incidat, que parauerat ipsi Davidi. Quod autem futuras prouintia perinde quasi earum rerum tempora iam praeterierint, id vñ, & consuetudine lingue Hebreæ facit, que res futuras exprimere solet etiam verbis tempus praeteritum significantibus.

PARAPHRASIS.

Domine deus meus in te uno spem locavi omniū rerum mearum, at tu, o ro, ab omni pē-

viculo inimicorum meū conserva.
Hostis immanis & ferus, tanquam leo, furore in citatus rapitur ad cedem meam: ex huīus ore, ac fauibus vitam meam tu seruare potes, praterea nemo.

Ego pater optime, misericordiam tuam fidenter imploro. fructus innocentia mea: quippe qui mihi conscientiam, me neque id commisisti, quod Saul criminatur, neque eius vita, aut imperio vilas unquam infidias esse.

Ego regem, quoad ille me amanter, & hono-

PSALM. CVM PARAPH. 35

rific tractauit, vnicè dilexi, summāque semper obseruantia colui: cum verò tis ne vcrbo quidem violatus, à me animum alienasset, néque omni conatu, capite ac fortunis oppugnaret, tantum absuit, vt iniurias grauiissimas vlcisceret, vt cum mihi non semelius opprimendi facultas accidisset, semper illi perpetcerim, semper cuius salutem mea prepoferim.

Si mentior, inseguatur ille fugientem & capiat, neque solum mihi vitam eripiatur, sed gloria quoque & omnem memoriam nominis mei funditus extinguat.

Quod si Domine innocens sum, si mihi manus violenter afferunt, quid hoc silentio patet? quid tanta in homines omnium vitiorum seruos, & ministros lenitate vteris? Vttere quæso iam potentia tua, & declaravi seueritatis, & iustitiae contra vim, & magnitudinem scelerum tanto-rum: iam istarum immanium beluarum imperium, & rabiem comprise.

Tu certe mandasti ciuitatum rectoribus, vt eos qui violarentur, iniuria prohiberent, neque aliquem sinerent iniuste opprimi: tu ergo praefixa, quod alii faciendum præcepisti, & debitas penas repeate ab impio tyrranno. Hoc ego certe non tam vita mea, quād tue sanctissima religioni & salui ciuium consulens peto. Video regem barbarum, iniustum, & contemptorem numi-

E iiij

nis tui quādplurimos habere imitatores sui, & plus ian exemplis, quād peccato ciuitati nocere. Video non sine acerbissimo animi sensu, & dolore sacra, & ceremonias, & leges vulgo protēti, & concutari. Quod si regū impierat, & furorem infi...ni aīquo supplicio coercēas, & illustria iustitiae tuae documenta constituis, ut intelligent homines, te bonū consuleret, improbas vlcisci: profectō religio, & sanctitas in animis mortalium recipient antiquum dignitatis locum, & populus maximo consensu excitabitur ad colendum & venerandum summa pietate nomen tuum.

Itaque propter salutem ciuitatis huius declara vim & potestatem tuam in homines impios, & omnibus sceleribus coopertos, ut quī te quasi iacentem, & humana omnia despicentea pronibilo ducunt, excelsum, emnū rerum moderatorem intelligant, atque in posterum summā reverentia tuo numini prætes, cultus, honores adhibeant. Sed quānguam pro tua singulari lenitate diuturnam sāpe nocentibus concedis impunitatem, nemo tamen in eam s̄hem adducatur, ut existinet, te sceleris & flagitia multa impunitāque dismiserit. Scilicet tempus erit, cum de dictis & factis omnium mortaliū indicia constituerint, in quib⁹ cūique pro eo ac quisque merebitur, aut pecnas erogabili, aut præ-

mia persoluerit.

Sed accelerata queso domine, & si me iniuria in hac pericula vocatum vides, innocentis misericordia, & mimicorum vim atque impetum frange.

Eueniet certe, quod precor, iam lāque improbos sua scelera de medio tollent, & integritatem meam maximis bonis cumelabit dominus, qui pro iustitia sua piiorum, impiorū lāque rationem semper habet, neque ab ullo unquam fallit potest, qui p̄ pe qui introspiciat in intimos sensus, & affectiones hominum.

Salus & vita mea in fide ac tutela dei est, qui seruat omnes virtutis & pietatis amantes.

Deus æquissimus est iudex, deus ex bonis hominibus facit, & nocentes punire nō intermittit.

Itaque nisi quādprimum Saulem improbitatis sua punierit, prædicto illum brevi per summum dedecus, & ignominiam interitetur. Iam gladium suum exaruit deus, iam retendit arcum, atque in illum, & ceteros hostes meos sagittas, & mortifera tela præparauit.

En hostis pernicium mihi. & pestem iamdiu machinatur. Quod scelus ille in me conceptum, atque animo inclusum parturiebat, id scelus eru- pit tandem.

Nihil is fallacia, nihil fraudis & insidiarum prætermittit, quo me de medio tollat: sed quād voler, amenti furore debacchetur, mox enim fer-

E iiiij

E X P L A N A T I O N E R I B.

lērum poenās dabit: & quā vis ab eo mībi nefā
riē intentata est, ea vis in ipsum familiāmque
eius recidet: quāque improbitas illum ad meā
cādem exacuit, ea illi & dedecori, & exitia tan-
dem erit.

At ego periculis omnibus defūctus, immorta-
les gratias agam deo pro iustitia ipsius, & san-
ctissimum nōmen eius perpetuus hymnis, & car-
minibus celebrabo.

A R G U M E N T . P S A L . V I I I .

Hymnus est, quo piorū natio inducitur
De victoria Christi, & vero ac puro dei
cultu oīnibus terrarum finib⁹ propagato
gratulans, & maxima beneficia in vniuer-
sum genus humānū à deo collata cōmemo-
rās. Cum verò multæ sint explanationes hu-
ius hymni, nos potissimū securi sumus Theo-
doretum, & Gregorij Nazianzenū Theolo-
gos magnos in primis, & illustres.

Victori ad Githith, Psalmus

Dauid VII.

Domine dominus noster, quām admira-
bile est nōmen tuū in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificētia tua
super cōclōs.

P S A L M . C V M P A R A P H . 37

Ex ore infantium & lactentium perfeci-
sti laudē propter inimicos tuos, & destruās
inimicum, & vltorem.

Quoniam videbo cōclōs tuos opera di-
gitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu
fundasti.

Quid est homo, quōd memor es eius? aut
filius hominis, quōd visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab angelis, glo-
ria & honore coronasti eum, & constituisti
eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues
& boues vniuersas, insuper & pecora campi:

Volucres coeli, & pisces maris, & quic-
quid perambulat semitas maris.

Domine dominus noster, quām admira-
bile est nōmen tuū in vniuersa terra.

E X P L A N A T I O .

Ex ore infantium. *Hoc (sit) in primis vim,*
& salutarem potentiam tuam declarauit, quōd
per Apostolos tuos, homines rudes, & indo-
ētos, & simplicibus pueris similes, nōmen tuū
per cunctas nationes fama celebrasti, & affer-
rimam diaboli tyrannidem funditus evertisti.
Vocat autem diabolum inimicum, & vltorem:
quoniam, ille nos odio sempiterno perseguitur.

EXPLANATIO IN LIB.

Gad peccata semper instigat, peccantes vero
victisicitur, atque ad supplicium rapit. Theodo-
retus sic explanat hunc versiculum.

Quoniam videbo. Latetur Ecclesia piorum,
quod deuictio, ac delero hoste sempiterno generis
humani sibi iam pateat aditus ad celum, ubi
multa, & varia spectacula sit habitura, scilicet
scientiam rerum pulcherrimarum percepturam
intelligat. Ita interpretatur hunc locum Grego-
rius Nazianzenus in libris de Theologia. Quidam
vero sic explanant, ut existimant, cum David su-
spiceret lunam, & stellas, monumenta diuinitatis
sempiterna, atque ex altera parte consideraret
incredibilem amorem quem habet erga huma-
num genus ianitorum operum effector, & domi-
nus, exclamare solitus, Domine quis est homo,
quod memor es eius: aut filius hominis, quod ve-
ritas eius?

P A R A P H R A S I S.

Summe omnium rerum domine, atque Rex
nostrer, quam ampla, quamque celebris est tu
nomini gloria, non solum in celo, sed omnibus
tiam fratribus terrarum.

Nimirum olim dicebatur, notus in Iudea
deus, in Israele magnum nomen eius: sed postea
quam filium tuum humanum corpus assumpit, ca-

PSALM. CVM PARAPH. 38

gnitio nominis tui sic omnes gentium oras per-
agranuit, ut dii falsi, & commentitijs repudia-
tis homines etiam barbari, & immanes te effe-
ctorem, & moderatorem celi, & terrarum in-
telligerent ac nominarent.

Id vero in primis vim, & salutarem poten-
tiam tuam declaravit, quod per apostolos tuos,
homines rudes & inductos, & simplicibus pue-
ris similes sanctissimum nomen tuum per cunctas
nationes fama celebrasti, & castissimam plenissi-
mamque pietatis religiunem longè latèque pro-
pagasti, atque asperrimam diaboli tyrannidem
funditus evertisti, qui nos odio sempiterno per-
sequitur, & ad peccata semper instigat, pec-
cantes vero viciisicitur, atque ad panam & cru-
ciatum rapit.

Proinde cum animi piorum ex corporum vin-
culis euolauerunt, non iam illi tenebras, & ce-
cas inferorum latebras petunt, sed latitia exultan-
tes peruolant in sedem illam, & splendissi-
mam domum tuam, ubi pulcherrimam tui na-
minis, & cateriarum omnium rerum scientiam
consequuntur, & globos aetherios manimenta
manuum tuarum sempiterna, & candorem Solis
& Lunae, stellæque vagas & inerrantes incre-
dibili cum volupate mirantur. quandiu enim ani-
mi nostri in corporibus versantur, & perfecta co-
gnitione non solum numinis tui, sed etiam rerum

naturalium longissime absunt, earumque rerum tantum umbras quasdam, & obscuras imagines intuentur, quod eorum acies caligine circumfusa haec in terris difficilere non posse, quādū se se acrim intendat: prē autem ac dilnīcē perspicit, cdm terrene concretisque corporibus animi euadunt in eas oras, rerumque supererum contemplatione coram perfruuntur nulla iam re impeditre, quo minus perspicient quidque sit quod certi nulla ratione consequi potuisset humana natura nisi Christi imperium diaboli exerisset, & de celo descendens ascensum in ea loca nobis aperuit, vt iure gloriemur, quod deuictio ac dēlero hostie illo sempiterno generis humani nobis pateat aditus ad concilium mentium beatarum, ubi multa & varia spectacula simus habituri, nōque scientiam rerum pulcherrimarum perceptuō intelligamus.

Itaque, cdm incredibilem tuam erga nos beneficentiam domine considero, & mecum ipse diligenter etiam atque etiam cogito, omnium rerum dominum & effectorem deum nostrae libertatis causa formam & conditionem serui suscepisse, & ut nobis immortalitatem suam impetraret mortalitatem nostram induisse, & post maximos laboress, & aerumnas acerbissima morte vitam profundisse, vt nos aeo beatissimo ac sempiterno frueremur hæc ego cum ani-

mio sape multūmque reputans, tantorum mēritorum excellentia stupefactus exclamo, Domine quis est homo, quod eius saluti & commōdis tanta benignitate consulis ac prouides! Quis inquam homo est, quod eum pestifero morbo laborantem inuistis, & eius vulnera tuis vulneribus sanas?

Tu domine mentibus illis celestibus, & ab omni concretione mortali segregatis hominem penē gloria & honore exequauisti: Tu vim memoria illi, & mentis, & cogitationis impertisti, vt & praterita & teneret, & futura prouideret, & complecti posset præsentia, atque aliquando ad supream celestium animorum dignitatem perueniret, modò se se a contagine corporis integrum castissimque seruaret, sequē totum dederet venerationis numinis tuis: Tu denique hominem huic medio mundi globo tanquam mortalem aliquem deum præpositum esse voluisti: neque solum ea quæ gignuntur in terris, sed etiam cœlum ipsum, & admirabiles illos syderum fulgores ad usus & commoditates illius creauisti, eiusdemque imperio & potestati permisisti tot genera, tamque disparia bestiarum cœlum ferarūque, & omnes aērias animantes, & que fluminibus, & mari belue occultantur. Sed humana natura, dum cupiditati sue potius, quam tua voluntati ob-

temperat, & maiorim tetterimo hosti, quād
optimo parenti fidem habet, hoc præstantibis-
mu & imperium, & libertatem cum durissima
turpissimāque seruitute commutarat. & figu-
ram suam retinebat illi quidem, sed in ea belua-
rura mores vitāque gerebat. Iaque gratias ex-
hibere & agere debemus Christo filio tuo, quan-
tas maximas animi nostri capere possunt, quando
per eum pristinam potestatem receperimus, neque
solū in libertatem vendicati, sed etiā à te aman-
tissime adoptati sumus. quod si filii tui sumus, he-
redes quoquā sumus hæredes quidem tui, cohe-
redes autem Christi. Quis verdiā dubiter, quin
omnia subiecta sint hominis dominationi, & im-
periō cūn tu Christe hominem à morte excita-
tam regni sempiterni socium, & consortem effe-
ceris, atque omnia quæunque ei & terra
complexu coercentur, sub eius potestate duto-
nemque subiuxeris.

Summe omni in rerum Domine, atque Rex
noster, quād ampla q. amque celebris est tui no-
minus gloria, nō solū in cœlo, sed omnibus etiam
finibus terrarum.

Victori super morte insipientis,

Psalmus David IX.

Confitebor tibi domine in toto corde
meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Lætabor, & exultabo in te, psallam no-
mini tuo altissime.

Cum conuersi sunt inimici mei retrorsum
& coruerint, & perierint, à facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum, & cau-
sam meam, sedisti super thronum, qui iudi-
cas iustitiam,

Increpasti gentes, & perit impius, no-
men eorum delesti in æternum, & in seculu-
m seculi.

O inimice confectæ sunt vastitates in
æternum? civitates destruxisti?

Perit memoria eorum cum ipsis? domi-
nus autem in æternum permanet.

Parauit ad iudicandum thronum suum,
& ipse iudicabit orbem terræ in æquitate,
iudicabit populos in iustitia.

Et factus est dominus refugium paupe-
tri, adiutor in opportunitatibus, in tribula-
tione.

Et sperent in te, qui nouerunt nomen
tuum, quoniam non dereliqueris querentes
te domine.

Psallite domino, qui habitat in Sion, an-
nuntiate inter gentes opera eius.

Quoniam requirens sanguinem eoru re-

E X P L A N A T I O N I N L I E .

cordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei domine, vide afflictionem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filii Sion.

Exultabo in salutari tuo, demeritae sunt gentes in foueam, quam fecerant.

In laqueo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Cognitus est dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Conuertentur peccatores in infernum, omnes gentes, quae obliuiscuntur deum.

Quoniam non in aeternum obliuio erit pauperis, spes pauperum non peribit in aeternum.

Exurge domine, ne praeualeat homo: iudicentur gentes in con pectu tuo.

Incute domine timorem illis, sciant gentes, quod homines sunt.

E X P L A N A T I O N .

Super morte insipientis. Plerique Hebreorum hunc insipientem existimat esse Goliathum illud Palauinum, quem David singulari certamine superauit.

P S A L M . C V M P A R A P H . 41

Cum conuersi sint. Ita quoque veritatem hunc versiculum Symmachus, ut refert Theodoreetus.

O inimice. Multae sunt explanationes huic loci, nos secuti sumus eos, qui existimant, interrogationem esse, qua vir sanctus insultet in hostem barbarum, & inmanem, qui minatus fuerit, se vastaturum terram Iudeam, & nomen Hebreorum ad internacionem redacturum. & ea quidem libertius haec explanationem amplectimus, quoddam in versiculo Hebreos inest interrogatio nota.

Quoniam requirens sanguinem. Id est, ultus est iniurias, quae nobis finitima gentes iniulerant: requirere enim sanguinem, in literis sanctis est cande alicuius vlcisci, ut apud Ezechielem sanguinem eius de manu tua requiramus.

Miserere mei domine. Dixerat, deum non esse oblitum clamorem miserorum: quid vero clamauerint illi, nun ostendit.

Ut annuncient laudes tuas: Miserere (inquit) mei, & incolumentati mee consule, ut in conuentu piarum laudes tuas possum predicare. Ex quo intelligitur, vitam & optandam, & petendam esse non quo fruendis voluptatibus, vel diuitiis cumulandis nos dedamus, sed honoribus, & gloria inferuiamus, sed ut deum optimum maximum verbis, & factis laudemus, atque homines ad religionem, & verum pietatem coher-

F

EXPLANATIONE. I.I.B.

tereur. Scindum est autem, apud veteres Hebreos porti vrbium celeberrimam partem cuius atque fuisse, & in iis acutari iudicia, & populi ex his celebri onusse itaque porte appellantur in litera sanctis loca publica, & celebria. In portis igitur vrbis, id est, in conuentu populi predicaturus est audies dei.

Demersae sunt gentes in foueam, quatenus fecerunt. Significat, que mala hostes, hebrei intentauerant, in ea ipsis mala, nec opinantes in curasse.

Sciant gentes, quod homines sunt. Id est, intelligant impiorum magno malo, se mortales esse, & caducos, & ea conditione natos, ut eorum res florentes possint fieri deteriores, & rebus afferis commutari.

P A R A P H R A S I S

Magime, celum atque hominum domini gratiam tibi semper habeo, quantum maximam animus meus capere potest. Carminibus semper celebrabo consilia, cunctus, & mirabilis factiora prouidentia tua, neque iam me rebelleri, & fragilibus, & caducis oblectabo, sed omnes meas voluptates, & delectationes in te positas, & consilutio habeo, de tuis tantum laudibus ad citharam semper canam.

PSALM. CVM PARAPH. 42

Inuaserant in fines nostros innumerabiles barbari um copie, neque minor metus, & trepidatio mentes nostras invaserat, sed tu pater optime celestiter & omnem terrorem ex animis, & hostem nostris, finibus expulisti, illumque felius angelantem, cedesque teterimas spirantem, & teatis cunctis tue ferrum flammamque minantem occidisti.

Non paus es domine nos diutius in tantis calamitatibus iacere, sed pro tribuiali se lens disceptasti causam nostram insitiae custos sempiternus, & sententia se undum nos pronunciata, horribili voce aduersarios in repulisti, sustulisti impium, & nomen crudelissime gentis ad interencionem redigisti.

Quo euaserunt, barbare truculenti conatus, & ministrationes illae, quas arroganter magnificoque iactabas? Num vrbes, & oppida nostra direpta & inflammatia? Num liberi & coniuges in servitudinem abducet?

Num memoria nominis Iudei funditus deleta? Tuus certe furor hec nobis intentabat, quippe qui stultissime putas, nullum in calo numeri, nullam vim diuinam existere, casum & fortunam domitari, nullamque piorum impiorumque haberi rationem, sed maximus ille certum, atque homi sum res vita fruiatur, atque auferenti & sempiterno, neque aliud existit san-

Et si sum illud numen nisi vita optima, perpetua, & sempiterna, è quo perenni augustissimæ que fonte vniuersis amantibus vita manat & spiritus, & naturis inanimatis forma omnis, & omnis existet: ac per manendis munificè, prolixè, largè suppeditatur, & ille quidem ut omnium rerum effector & creator est, ita hanc omnem mundi pulchritudinem admirabilis sapientia regit & gubernat, neque vniuerso generi hominum modo, sed etiam singulis separatis summa bene gratitate onusluit & prouidet, ac iudicia contulerit exercet, gratiam cuique referens, pro eo ac quisque promeretur: bonis amplissima premia, nocentibus supplia debita constitutus.

Itaque afflictis & violenter oppresis ille semper erit prebs, semper ille misericordia iniurias, & calamitates sublevarit.

Et tunc misericordie confident domine, ad quoniamque nominis tui fama peruerterit, propterea quod te pie sancteque colentes non deseruisti.

Canite ciues, canite hymno deo, qui sedem augustissimam in excellenti tumulo Sionis constitutam incolit: agendum laudes & consilia, & commemoranda facinora maximi numinis omnibus gentium oris fama celebrare, quo ille tandem liberentur erribus, & relieta superstitione ad castissimum sanctissimumque Dei nostri cultum sese conuertant.

Deus noster pietatis amantes amantissime thatur, Deus noster acerrime vltus est iniuriis, quas nobis impiæ nationes inuulerant, neque preces gemitiisque populi sui contempst, qui continuis in lachrymis, & moerore versabatur, & suppli es manus ad celum tendens his verbis illum venerabatur: Miserebre nostri domine pro infinita misericordia tua. Aspice quanta crudelitate vexemur, & dixipiamur ab impijs.

Affer opem domine, qui sepe supplices tuos ex mortis ore, & fauicibus eripiisti, ut laudes tuas in celeberrimo conuentu, magna omnium gratulatione pradicemus.

Nos quidem ad hunc modum orabamus, at ille tam presens, & principius nostris calamitatibus effuit, ut nobis salutem pro exitio, pro gemitu & lamentatione incurvantem & latitiam daret: nempe quas insidias comparauerant hostes, quaque mala nobis & liberis nostris intentabant, in eas ipsi insidias & mala nec opinantes incurvabant: & imperium nostrum quo magis delere, conatus sunt, hoc magis oppugnatione sua longè latentes latarunt.

Quod si quis ante dubitabat, an Deus rerum humanarum procurationem habere, iam potest omnem dubitationem ex animo deponere, quandoquidem iustitia eius in hac nostra calamitate, tamen clara & illustris fuit, ut omnes penè or-

EXPLANATIO IN LIB.

lus viderent illum propugnantem pro miseriis & calamitatis, & improborum ferocitate exultantium vires opèque frangentem.

Quicunque decūm deiq̄ue cultores ini nico animo persequuntur: ponas meritas impietatis pendant, & terra debilis ad cacas inferorum te nebras viui detrudantur, indigne enim celi spiritu & luce sunt, quicunque lucis & spiritus lagitorem aspernantur.

Euentura precor, quāuis enim deus videatur ad tēpū obliuiscī miserorū nō tamē fieri potest, ut ī corū calamitatem & solitudinem despicat, aut impios diutius impūnē griffari permittat.

Exurge domine, & contunde omnes tui nomini hostes. Ne queso sepe homines efferaunt tā insolenter, né ve potentia ad perniciem miserorum abutantur. Perseueras quāso domine in eo quod capisti, iudicia continenter exerce, innocentes tutare, improbos coercere, vt aliquando intelligent se homines: sse, id est, mortales & caducos, & ea condicione natos ut eorum res florentes possint fieri deteriores, & rebus asperis commutari.

ARGUMENT. PSAL. X.

I Nuchitur in homines impios & maleficos, quorum secundae res & iniustitia aduersus deum atque homines saepe commouent animos piorum, vt ea querantur, quæ

PSALM. C V M P A R A P H A . 44

Diuid persequitur his versibus, exagitas magna impetu orationis scelerorum hominum intemperantiam, & in omni virtutiorum genere effrenatam immanitatem.

Psalms X.

V T quid domine recessisti longe? abscondis (faciem) in opportunitatibus in tribulatione?

Dum superbit impius, persequitur pauperem, comprehendantur in confituis, quæ cogitant.

Quoniam laudit peccator desiderium animalium suarū, & auarus benedicitur.

Blasphemant dominam. Impius propter superbiam, quam vultum præ se fert, non querit deum.

Non est deus in yllis cogitationibus eius, molestas sunt vias illius in omni tempore.

Procul iudicia tua sunt à facie eius, omnes inimicos suos flatu prosternit.

Dicit in corde suo, non monebor, à generatione in generationem ero sine malo.

Maledictiones eius plenum est, & dolis, & fraude: in lingua eius offluctio, & iniurias.

Sedet insidiis pagorum, & clam inter-

F uij

ciet innocentem.

Oculi cius in pauperem respiciunt, infidatur in abscondito quasi leo in speluncas sua.

Infidiatur, ut rapiat pauperem, rapiet pauperem dum attrahit eum.

In rete suum subfidit, & humiliat se, & cadet in fortitudine eius turba pauperum.

Dixit in corde suo, oblitus est deus, abscondit faciem suam, ne videat in æternum.

Exurge domine, & exalta manum tuam, ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius deum? Dixit in corde suo, quod non quæreres?

Certè vides: tu enim afflictionem, & furorem intueris ut tradatur in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper, orphano tu crisi adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni queratur peccatum illius, & non inuenies.

Dominus regnabit in æternum, & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperum audisti domine, diriges cor eorum, auscultabit auris tua.

Nt iudices pupillo, & humili, ne perget eos conuertere homo de terra.

EXPLANATIO.

Cariantur in consiliis. Id est, quos dolos bonis machinantur, iüs dolis cariantur ipsi, & scelerum penas luant.

Quoniam laudat. Id est, quicquid libido imperat, quicquid suadet insatiabilis intemperantia, rectum id dicit & amplectendum.

Et auarus. Id est, non desunt homines perditissimi, qui ob spem prædae impis adulentur, atque auselegra, & flagitia incitatos magis impellant.

Omnes inimicos. Ita vertit etiam Aquila hunc locum, ut referat Theodoreus. Hæc autem hyperbole mirè exprimit nimiam potentiam improborum, quæ illi sublati perpetuum sibi felicitatem pollicentur.

Subfidit, & humiliat se. Aliunt nonnulli, hanc esse translationem sumptam à bestiis, quæ prædam inausuræ se inclinant, ut maiore conditum impetum faciant; sic improbi aliquando se detinunt, & summissius gerunt, quo facilius eas simulatione incauti perniciem ferant.

Exalta manum tuam. Tolle (inquit) ultricem manum, & sublimi flagello cede impium arrogantem, ut qui te iactat oblitum esse rerum mandatum, suo magno malo memorem experientur.

EXPLANATIO IN LIB.

tur, & nocentibus horribilem, & formidolosum.
Deinde grauiter commotus nefinda oratione im-
pu sibungit, propter quid irritant etc.

Orphano tu eris adiutor. Orphanos vocat
pios sic omni hominum ope destitutos, ut regentes
pueri solent parentibus orbati.

Oqueratur peccatum illius. Translatio est
sumpca di iudicis, si quaestio n'm (inquit) habeat
de perditis eius misericordiis, & factis, is certe nus-
quam comparebit: peribit enim condemnatus,
& in eternas tenebras dicitur. Ita hunc locum
interpretantur Athanasius, Chrysostomus, Cy-
rillus, & Abrahamus Esdra explanator inter
Hebreos clarus in primis.

Peribitis gentes. Impios, & crudeles He-
breos appellat gentes, ut etiam aliis in locis, pro-
pterea quodd inpiarum nationum Barbarien, &
immanitatem imitabantur.

Diriges cor eorum. Id est, moris illis geres,
& facie, ut usciam ex sententia succedant.

Vt iudices pupillo, & humili. Hoc est, ut
eorum iniurias vliciscaris, & penas ab impiis, qui
illos opprimunt iudicio perseguare.

PARAPHRASIS

SE per adestr dominus, semper est praesens:
nihil agere, aut loqui possimus, aut cum ani-

PSALM. CVM PARAPH. 46

mo nostro cogitare, quod ille non sentiat: abesse
tamen videtur, nec videre que gerantur in ter-
ris, cum improbus vitae prosperitates secundā: que
re, & diuturuam concedit impunitatem: bonos
contrā vexari, in seruiturem abstrahit, & in sum-
mos sepe cruciatu venire permittit. quibus incō-
modis dum afficiuntur illi, dolore vixi cogantur
aliquando exclamare, Quare domine tam longe
et nobis tam diu abes? quare auertis oculos tuos
nosque deseris in tantu malis.

Affice queso, quanta crudelitate & erro-
gantia persequitur impius pium marentem, affi-
ctum, & ab omni auxilio & spe iam derelictum
aliquando tandem improbi frenas scelerum pen-
dant, & quas insidias bonis machinantur, earum
infidiarum laqueis irretiantur ipsi.

Iam impius ad id furoris, & amentiae perdu-
ctus est, ut quicquid libido imperat, quicquid sua-
det insatiabilis intemperantia, rectrum ducat
& amplectendum, neque iam ullum delectum
habet honestatis & turpitudinis, neque aliquid
bonum, aut laudabile existimat, nisi quod emol-
lumentum afferat, aut sensus voluptate titillat.
Neque vero homines perditissimi soū impune
debacchantur, sed etiam propter opum copiam,
& affluentia homines anaros, & omnia in pe-
cunia ponentes suorum maleficiorum laudato-
res inueniunt, quorum adulacione ad flagitia &

EXPLANATIO IN LIB.

contemptionem dei magis incitentur.

Itaque impius elatus arrogantia , quam occur-
lis , & vulnu prae se gerit , & in tenuiores furo-
re incitatus te domine contemnit . Et pro nihil
putat . quamobrem nihil in eo simplex , nihil syn-
cerum aut candidum , omnia turpia , tetra , & scel-
eribus inquinata , nihil denique cogitationes eius
nisi pestem alteri , & perniciem moluntur , siquidem
caligini vitiorum mens eius obducta , inisti-
tiae tue feneritatem non intuctur , cuius aspectu so-
lent homines a maleficio deterreri . tantum vero po-
tentia sibi comparauit , ut aduersarios suos ut flatu
abiciat & prostrernat .

Itaque tantum suis opibus proficit , tantisque spii-
ritus sumpsit , ut perpetuum sibi felicitatem polliceta
tur , & cum animo suo ad hunc modum loquatur ,
nulla profectio vis & potentia villo tempore tanta e-
rit , que me de hoc florenti rerum statu deicere pos-
sit , semper potens ac beatus ero .

Quid ego de eius mendacis , aut maledicis
commorem , quibus ore petulantib[us] bonum quem-
que fugit & lacerat ? quicquid loquitur , ad
fraudem , ad iniuriam & perniciem spectat alte-
rius .

Quid? quod non solum in ciuitate debacchatur ,
sed etiam agros & sal[us] obsidet , ut viatores exa-
piat , & sanguine miserorum vias publicas cru-
enter .

PSALM. CVM PARAPH. 47

Ac veluti leo speculatur ex insidiis , sequa se se ope-
ferat prædo , sic impius nihil aliud dies noctesque
machinatur , quam quomodo circumueniat inno-
centes , & illorum cede ac cruentem suam
satiet .

Insidiatur , & obseruat , ut dilaniat incautos:
incautos dilaniat , ubi illos insidiarum laques in-
retinuit .

Atque ut bestie in predam iniurare se se inclinat , ut maiore conatu impetum faciant , sic
ille se aliquando demittit , & summissius gerit ,
quo facilius ea simulatione improuidus perniciem
ferat .

Nimirum ille impie iactat , Deum nulla cura
tangi rerum humanarum , nullum pitorum impio-
rum habere delectum , qua quidem opinione nul-
la detestabilior , nulla capitalior est pestis . Hoc
scelerum & flagitorum omnium caput & fons ,
hinc homine: , & iura divina & humana vio-
lantur , hinc omnia fanda nefandaque malo fu-
rore permiscentur . Ut enim equi ferocitate exultan-
tes , duritiae frenorum cohíberi solent : sic in domi-
ta animi cupiditates , & libidines effrenatae tan-
quam in gyrumvrationis , & modestie contrahun-
tur metu iustitie diuine . quo metu si careant ho-
mines , violento quodam quasi ostro , impetu libi-
dinem incitantur ad flagitia , & in omne vitium
principes ruunt .

EXPLANATIO IN LIB.

*Exurge omnium regnum meum' erator & dominus
tolle p'lt icem manum, & sublimi flagello cede im-
pium arroganter: ut qui dicit oblitum effacerum h.
manarum, suo maximo malo, meno em' sentia.
& salutarem hominibus p'jus, & nocentibus ho-
bilem, & formidolosum.*

*Cure enim audet impius tuum lenitatem maledi-
ctis incessere & iactare, te non i'iquisitum qui
ip'se agat, qua' scelerata in se' admittat, quam cu-
diliter vexet innocentes?*

*Sed quam volet, ille loquatur hac flagitiu-
m certe videri quid quisque cogitet, quid agat, quid
loquatur, nam & calamitatis misero um, &
imp'ri furorem ac immanitatem adiu'na uertu-
re illos subleues, & hunc sempiterni si' plu'ci
mat'.*

*Certe vir pius ab omnibus desertus tibi relinqu-
tur defendendus, in te unum ille spectat, neque aliud
alium ullum potest habere per fugium. Ille qui le-
si omni hominum ope defitus est, ut egentes pu-
ri sole it parentibus orbat: sed eum tu prostratum
& ab'elutum subleuabis, qui semper soles miseris op-
tulari, & invicentes suscipere defendendos, quos ho-
mines defuerunt.*

*Infringe pes, & potentiam imp'ri omnibus ne-
fariis sce'ib'us contaminati. Constitue questio-
nem de perditissimis eius m'ib'us, & factis, &
eerte nusquam comparebi: pe' ihit enim condemnata*

PSALMUS CVM PARAPHRASE

48

*I'm, & in eternis miseria, & tenebras de'icitur.
Eueniet certe, qui p' eccl. mentis, tu: enim ho-
mines amentes, & impij, qui negant deum regere
humanum genus; aut ullam nostri rationem ha-
bere. At ego duino nomine, & loginque temporis
n'su, & peri'litatione dolus confirmo, & magna
voce pronuncio, diuina mente & racione omnem
mundum ad sempiternae seculorum etates admini-
strari, & regi: que si vera sunt, recte factis premia
sceleribus & flagitiis penas constitutas esse oportet.
Itaque certum habeo, homines facinorosos, & nefas-
tiosi fundunt pe'ituros: b'nos autem in antiquum o-
cum dignitatis & honoris restitutum iri, nam misera-
ris & afflitis domine morem geres, opemque illis
feres, quā expetuit, & p'reces eorū proprius audie:
ceptant autē miseri, ut suā iniurias v'liscaris, & pa-
nas ab imp'ris in l'lio perseguare, quas si p' flagi-
tiis, & sceleribus eorum repeti'nt, ea res p'fecto ex-
v'su omnium mortali'um accidet: quos enim virtus
& pietas i' off'io nou' continet, eos ce' te tu' sap-
plicy metus à malef'io remocabit.*

ARGUMENTUM PSAL. XI.

*C*olloquitur vir sanctus cū amicis, qui
fugam ipsi suadebant, ne per infidias
a'baule circumuenirentur: quibus illi respon-
det, rerum omnium dominum, & moderatorē
esse deum neque sine eius providentia quic-
quam geri ab hominibus, quare innocētes

E X P L A N A T I O I N I I B.

bono & forti animo esse debere, improbus autem certam perniciem expectādam esse. Quod verò tertium versum ita interpretāsumus, quasi fundamenta pro legibus appellata ferent, si quis eam explanationem parum probat, is tamen sciat illam à Hieronymo & Symmacho vchemēter approbatā esse. Quod si David in hymno 47. clypeos dicit, cū reges dicere vellet, propterea quod ciuitates eorum fide ac tutela sunt: cur mirandum accidat alieui cundē appellare fundamenta pro legibus, in quibus nūtitur omnis ciuitatum salus? nomen verò fundamenti ad leges eleganter accommodari potest eloquentissimus testatur his verbis:

Agnosco crines, incanāque menta

Regis Romani, primus qui legibus Vibis

Fundabit. Non me præterit multas esse explanations huius loci, atq; adeò totum hymni: sed si quis paulò diligenter attendat, aliquā spem habeo fore, vt nostra interpretatio neque absurdā, neque à verbis & sententia Davidis abhorrens iudicetur.

Victori David, Psalmus XI.

IN domino confido, quomodo dicitis an-
imæ mæ, vt transmigret ē monte, vesti-
ficiet passer.

P S A L M . C V M P A R A P H . 49

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas super nervum, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam fundamenta dissipata sunt, iustus autem quid fecit?

Dominus iu templo sancto suo, Dominus in celo sedes eius.

Oculi eius respiciunt, palpebrae eius explorant filios hominum.

Dominus examinat iustum, impium autem, & cum, qui diligit iniquitatem, odit anima eius.

Pluet super peccatores carbones: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniam iustus dominus iusticias dilit, rectum aspicit vultus eius.

E X P L A N A T I O .

Quoniam ecce. Respondent amici, & demonstrant, quibus rationibus adducti fugam illi suadeant, quarum una est, quod intelligant, iam rānque illi imminere exitum ab hostibus: altera est, qua extinctio legibus, & iudicijs nulla detur facultas resistendi potentia improborum.

Quoniam fundamenta dissipata sunt.
Videtur fundamenta pro legibus appetuisse: le-

EXPLANATIO IN LIB.

ges enim fundamenta sunt totius Reip. & salutis singulorum sine quibus ciuitas neque permanere potest, neque constitui. unde à poeta dictum est. *Agnoſco crines, incanaq[ue] menta regis Romani, primus qui legib[us] verbum fundabit.* Ita que Symmachus sententiam fecutus non verbis, veritatem ex Hebræ ad hunc modum, ut testatur Hesychius, *Quoniam leges dissipatae sunt. & Symmachus quidem fecutus est Hieronymus.*

Iustus autem quid fecit? At (inquit vir sanctus) quid commisi ego, quid vnde lecutes sum, cur mihi vitam studeant eripere? sed profecto dominus in cœlo regit terras, & humanum genus: & desuper intuetur, quid agat unusquisque, quid vnde patiatur, ut bonos sublenet, ac perniciem malos.

Oculi eius respiciunt. Oculorum, & palpebrarum appellatione vim dei cuncta intelligentem, & administrantem intelligit.

Dominus examinat iustum, impium autem Horum verborū hæc videtur esse sententia: quæ admodum aurum igne perspiciunt, sic deum prius homines rebus aduersi explorare, quo eorum amici efficiantur piores, & virtus illius prior existat: impios autem & iniustos illi esse inuisos, rametis ad priorum utilitatem eis secundiores aliquid res concedit, que mox tamen communitur, & maiora illi supplicia parvunt.

PSAL. CVM PARAPH.

50

Pars calicis eorum. Id est merces, que illis pro meritis debetur. Calix enim sepe in literis sanctis appellatur quicquid nobis aut boni, aut mali contingit à deo. itaq[ue] hoc loco supplicia impreciorum significat, ut etiam apud Esaiam, & Hieremiam, volens autem David magnitudinem paucarum sceleratis impendentium exaggerare, eis supplicia minatus est Sodomitarum, qui sulphure, & igne caelesti desflagraverunt.

Rectum aspiciunt. Sic dominus in Lexito, respiciam vos, inquit, & crescere faciam. cōtra, vultum dicitur auertere ab ihs, quos odit,

PARAPHRASIS.

David. Cum misericordia & auxilio summi dei confidam, quid est amici, quare me ad fugam adhortemini? Quod si exercitu viris & armis ornatisimmo instructum bene sperare iuberetis, quanto magis praesidio summi dei milito nulla via impiorum metuenda erit?

Amici. Propterea fugiendum esse censemus, q[ue] sibi clam pernicias parata est ab inimicis, & legibus dissipatio ac deletio, que fundamenta sunt totius Reip. & salutis singulorum, nullum reliquum est in ciuitate perfugium imbecillis.

David. At quid ego feci, quid vnde in eos admisi, cur mihi vitam studeant eriperi?

G 7

EXPLANATIO IN LIB.

Sed quanquam mihi tanta pericula impendent,
mea tamen fretus innocentia, erecto & fidenti
animo ero, neque de salute vnguam desperabo.
nam dominus in celo sempiternum domicilium
habet, dominus in celo regit terras, & huma-
nū genus: & desuper intuetur, quid agat vnu-
quisque, quidve patiatur, ut bonos subleuat ac
puniat fontes. itaque ssem meam in eo colloca-
tam inimicorum conatus opponam, hunc pro-
pugnatorem mihi defensorēmque opto, non ar-
mū, non pecunias, non opportunitate locorum, sed
temporis ad res gerendas indigentem, sed nutu
omnia administrantem, & feliciter conscientē
cernit, quam facile, quam firmum, quamque in
expugnabile præsidium compararim?

Qdd si Saulē hominē perdīstīmūm vi-
detis regnum obtinere, bonos verò patriæ finib⁹
expulso vitam inopem & vagam perseguī, &
in maximis laborib⁹ & periculis versari, ne id
vobis admirandum accidat: ut enim aurum igne
perficiant, sic deus pios homines rebus aduersis
explorat, quo eorum animi efficiantur puriores,
& virtus illūstrior existat: impios autē & ins-
iustos ille acerb⁹ odit, tamet⁹ ad bonorū utilita-
tem eis secundiores aliquando res concedit, que
mox tamen commutantur, & maiora illi sup-
plicia parunt: quibus supplicijs, & illis quidem
grauissimis afficiantur, ut Sodomitæ non acci-

PSALM. CVM PARAPH. 51
bius interierint, qui silphure & cælesti igne de-
flagraverunt.

Hæc quidem impios sceleri, & maleficiorum
merces manet, nā dominus, qui iustissimus est, non
potest nō amare iustitiam. itaq; vt nefarios homi-
nes igne & sulphure interficit, sic bonū quèq; &
iustitiae colètē placidis oculis intuetur, seūsq; virtu-
tem maximis et pulcherrimis præmij muneratur.

ARGYMENT. PSAL. XII.

Væritur de moribus seculi sui deprava-
tariis, deo supplicat pro salute piorū,
qui ab improbis vexātur, ipsum deū inducit
loquētem, & opem suā pollicētem. Videtur
autē hoc carmen fecisse, cum à Saule conqui-
reretur ad necem, & maximo in periculo
versaretur. ea enim erat hominū perfidia, vt
nulli salutem suam tuto posset committere.

Victori ad Scheminith, Psal. XII.

Aluum me fac domine, quoniam defecit
Sancus, quoniam defecerunt fideles in-
ter filios hominum.

Vana loquuntur vnuquisque ad proximū
suum, siq; blandiuntur, in corde &
corde loquuntur.

Disperdat dominus vniuersa labia siq; &
blandientia, linguam magniloquam.

G iii

EXPLANATIO IN LIB.

Qui dixerunt, linguis nostris magnificet.
Bimur, labia nostra penes nos sunt, quis no-
ster dominus est?

Propter vastitatem inopum, & gemitum
pauperum nunc exurgam, dicit dominus.

Saluabo illos ab iis, qui laqueum ponunt
ipfis.

Eloquia domini eloquia munda, argen-
tum igne examinatum in vase terreo, pur-
gatum septies.

Tu domine seruabis eos, & custodies nos
à generatione hæc in aeternum.
In circuitu impij ambulant, cum exaltata
fuerint opprobria.

EXPLANATIO.

In corde & corde loquuntur. Hæc verbi
eiusdem duplicatio significat duplice corde eos lo-
qui, quod quidem litera sanctæ solent de iis dice-
re, qui alia sentiunt, alia loquuntur, quapropter
Symmachus sententiam fecutus non verba, diluci-
de hunc locum reddidit ex Hebreo, ut testatur
Hieronymus, ad hunc modum: In corde aliud
est, atque aliud loquuntur.

Labia nostra penes nos sunt. Hoc est, libel-
lum os habemus, neque nobis de dictis, aut factis
alicui reddenda est ratio.

P.SAL. C V M P A R A P H. 52

Saluabo illos ab iis. Hic versiculus ex He-
breo ita conuersus est, ut illum explanat Chimis
vir doctissimus inter Indeos.

Eloquia domini eloquia munda. Signifi-
cat, non esse dubitandum, quin deus promissum
efficiat, quippe cuius verba sint ab omnifalsitatis
labe integra, & pura.

In circuitu impij ambulat. Hebrei sic ex-
planant hunc locum, circumueniri, & oppugnari
innocentes ab improbis, cum homines scelerati,
ac perdit principatum obtinent.

P A R A P H R A S I S.

Serua me parens misericordia, quando om-
nia plena sunt fraudibus & simulatione, ne-
que iam reliquius est ullus, scilicet possum in hac mea
calamitate fidem aliquam habere. Et quoniam
maximam vim habet ad pietatem & virtutem
probitas eorum, quibuscum vivimus: quod si in-
ter homines impuros & nocentes etatem aga-
mus, vix fieri potest, quin ad eorum consuetudi-
nem, moresque traducamus: propterea domi-
nationem impensis labore, virvitam meam ab in-
fidis inimicorum, quin ut animum à vitiis, &
corruptela seculi huius integrum saluumque con-
serue, ne me reliquorum perdit mores, & ex-
empla corrumpant, néve illorum imitatione in-

G iij

aliquam turpitudinem dilabat.

Nulla in hominibus reliqua est probitas aut fides, omnia plena sunt fallaciarum & vanitatis in vita. Quatus enim quisque repertur, qui mendacio sibi iam tempereat quis sincerum, simplicem & apertum animum gerat? qui non alia sentiat alia loquatur? Quod si quis tibi blandiatur, hunc tu maxime caueto.

Vt in am deus tollat blanditias malitiosas & intolerabilem magniloquentiam istorum, qui dicere solent, lingua nostra nobis fallendo & blandiendo, opes & potentiam comparabit, liberum certe & solutum os habemus; neque nobis de delictis aut factis alicui reddenda ratio est, quem enim nos dominum habemus? Hac flagitia temere solent effutire impium, & qui ament cæcoque furore a ratione consilidique deducuntur. Sic Pharaon iactabat se nullum habere dominum: sic arrogantisimus ille Assyriorum rex pueros illos generosos territare volens, aiebat, Quis eripiet vos de manibus meis & veruntamen illi superbie, & impietatis suæ peccas gravissimas dederunt. Christus qui nunc se liberos ab omni dominatione iactant, se esse omnium miseros & misericordiosos esse mox intelligent, sumus enim ille cali terrarumque moderator & dominus, piorum lachrymis & precibus, istorumque oratione petulanti grauißime conmo-

tus, jam, Iam, inquit, exurgo ad coercendam impiorum arrogantiam, & calamites piorum subleuandas, nihil disimulanter, nihil ex occulto agam, sed tam insignis & illustris erit liberatio bonorum, & improborum animaduersio, ut facile possint omnes intelligere, me omnium rerum gubernatorem & dominum esse, & quales quantisque sit apud me delectus vitorum & virtutum.

Verba domini vera sincera que sunt, nihil his purius aut sanctius, nihil ab omni falsitate magis alienum. Verba domini simillima sunt argento, atque auro, quod artifex summa diligentia sepe ac sepius igne purgauit.

Proinde quicunque iniustitiam & pietatem colitis, facite, animo magno forteisque fatis, exploratumque habete, vos praesidio dei integros saluos & florentes fore, nocetibus de medio sublati qui nunc vigent, atque in temores impunis debachentur, propter eius qui dominatur, iniustitiam. Sicut improbi tunc maximas vires habent, & licenter vagantur, virisque cum fide iniustiaque viventes circumueniunt, cum homines iniusti & vitiosi imperia obtinent.

ALIA PARAPHRASIS
carmine.

Deo meo spes nititur, quid dicitis, Da.

EXPLANATIO IN LIB.

Vestris ut auolem procul
A montibus miscella, sicut anicula,
Quam saevis accipiter feris
Adurget vnguis, fame rabida furens?
Ami. Quia hostis ecce barbarus
Arcum tetendit iam suas ut imbuat
Tuo sagittas sanguine,
Et dissipatis legibus, miseris nihil
Ad spem salutis linquitur.
At ego quid egi, cur meam vitam mihi
Auferre tendat impius?
Sed presidet templo deus sancto, deus
Celum beatus incolit.
Hinc perspicaci, cuncta lustrat lumine
Rerum omnium arbitry parent,
Sua ut potente dextera bonos iuuet,
Malosque iustus puniat.
Explorat ille sape rebus asperis
Pios, ut aurum feruidus
Explorat ignis, opprimi tamen vetat.
Contrisque tempus ad breue
Florere permitit malos, cruciatibus

D.4.

PSAL. CVM PARAPH. 54

Quos deinde longis afficit.
Quapropter hostis impius nisi iam suo
Ponit furori terminum,
Prædico, funditus peribit obrutus
Igne, procellis, fulphure.
Nâque æquus æquitate amat deus, & pios
Placido intuctur lumine.

ARGUMENT. PSAL. X I I I .

Vix sanctus magnis & diuturnis calamitatibus iam labefactus vicè suâ miseratur, & auxiliū dei queribundus implorat.

Victori, Psalmus David X I I I .

Vsquequo domine obliuisceris me in perpetuum? vsquequo avertis faciem tuam à me?

Quandiu ponam consilia in anima mea?
dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respic; & exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos, ne vñquā obdormiam in morte, ne forte dicat inimicus

EXPLANATIO IN LIB.

meus, praeualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt, si motus fvero: ego autem in misericordia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo domino, qui bona retribuit mihi.

EXPLANATIO.

Visque ponam confilia. E prebit morem calamitorum, quorum animus nunquam quietescit, semper hoc illuc impellitur, et in omnes partes deliberando distractabitur.

Illumina oculos. Id est, ope tua, tanquam splendidissimo candore solis dissipat noctem calamitatum mearum, ne crescentibus malorum tenebris, durissimo mortis somno cōsopiar. Ne questo glorietur inquam inimicus se mihi vim et manus attulisse.

Quoniam bona tribuit mihi. Id est, quoniam innocentiam meam tutatus est, neque incomum conseruavit ab impetu inimicorum.

PARAPHRASIS.

Quoniam bona supplicem tuum deseruit in tantis malis quoque faciem auerteret inatu et negligens salutis meae?

Quandiu tandem animus meus tempestate calamitatum iactabitur, et hoc illuc impulsus in omnes partes deliberando distractetur?

PSALM. C V M P A R A P H . 55

Quem ad finem truculentus hostis, exultabit in fortunas meas? neque ullam mihi respirandi potestatem dabit? Satis diu domine et oculos auertisti, et aures a querelis meis abhorres-tes habuisti, iam questo vocantem exaudi, iam merentem, afflictum, in lachrymis et squallore iacentem placidis oculis inuenire, et salutari luce tui vultus ab animo meo tenebras caliginemque disfelle.

Dissipa domine ope tua, tanquam splendidissimo candore solis noctem calamitatum mearum, ne crescentibus malorum tenebris, durissimo mortis somno cōsopiar. Ne questo glorietur inquam inimicus se mihi vim et manus attulisse.

Ille quidem incredibili gaudio exultabit, si me abiecit, prostratum, et perditum viderit. Sed quoniam mihi omnia mortem intentant, quoniam desperata est ab omnibus salus mea, spe tamen ego bona sustentabor confusus non iustitia quidem mea, sed incredibili misericordia tua.

Immortales tibi gratias ego pater augustinus me, qui meis lachrymis te placidum et lenem praebi-
sti. Item ex animo curas omnes doloresque depono, iam finem facio suspiris et flebilibus querelis, iam tamque animo latenti ob salutem a te mihi redditam, et innocentiam meam tem-
plam, et defensam numinis tui laudes ad citharam dies noctesque celebrabo.

EXPLANATIO IN LIB.
ALIA PARAPHRASIS CARMI.

Quousque domine linguo in tantis malis?
O columen, & salus mea,
Quousque pergis esse non memor mei?
Dic oro, quādiū dies,
Noctesque lachrymis madebo, & anxius
Deliberando distrahar?
Quousque supplicem tuę clementie
Crudelis hostis opprimet?
Aures tuę satis diu Pater à meis
Abhorruere questibus,
Satis, supérque vultus auersus tuus
Omneni mibi lucem abstulit.
Iam quæso, iam candore luminis sacri
Mcas tenebras dissipat:
Ne forte durus mortis obrepatur sopor,
Dum nulla donatur quies.
Ne quæso ne amplius in mala insultans
mea
Triumphet hostis gaudio:
Sed quāquā ab omnibus misera salus mea

PSAL. CVM PARAPH. 56

Proiecta sit mortalibus,
Bonam tamen spem non ego abiiciam, tue
Nitens opis fiducia.
Pater beate maximas tibi gratias
Ago, tuum qui supplicem
Tam dexter audis, & malorum fluctibus
Tantis benignus eripis.
Iam iam querelas flebiles, suspiria
Iam pono lætus tristia,
Et fonte quicquid carminis fluet meo,
Pater tibi omne consecro.

ARGUMENT. PSAL. XIII.

Inchit in homines importunos & cō-
temptores dei, qui pios acerbissimè vex-
abant, & potētia abutebātur ad perniciem
teniorum, quibus salutem & res secundas
pollicetur.

Victori Psalmus David. xiii.

Dixit insipiens in corde suo, nō est deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti
sunt in studiis suis, non est qui faciat bonū.

E X P L A N A T I O N E I N L I B.

Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum, non est ne vnuus quidem.

Nōnne cognoscēt omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem mēam sicut escam panis?

Domīnum non inuocauerunt, illīc trepidabunt timore,

Quoniam dominus in generatione iustum est, consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.

Qui dabit ex Sion salutare Israel? cum conuerterit dominus captitatem plebis, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

E X P L A N A T I O N E

Dominus de cœlo prospexit super filios hominum. Sic appellat eos, qui nōndūm per fidem, & verām pietatem filij dei euaserunt. Quos vero iam deus sibi adoptauit, eos infra generationem iistorum vocat, quod pater coelestis iustitiam, & spiritum suum ipsi ad salutem impertuerit.

Nōnne cognoscēt. Hac interrogatio cum

P S A L M . C V M P A R A P H.

57

orationis præcisione demonstrat vehementē irram dei. Est autem horum verborum sententia: Profecti homines perditi, qui iactant me non existere, & hac opinione confisi lacerant gentem mēam, cuiusque fortunas incredibili cupiditate deuorant, maximo suo malo sentient vim, & potestatem meam.

Deum non inuocauerunt. Deus inuocādus, colendus, & sufficiēdus erat, cetera omnia pro nibilo ducenda: quod admirabile dictu est quād contra fiat ab iusto, conculcata virtute omni ac religione, honores, opes, potentiam, libidines in loco numinis, colunt, & colentes, deum summa crudelitate persequuntur.

Illic trepidabunt timore. Vir sanctus præsentiebat, atque animo tanquam oculis videbat quo in loco supplicio afficiendi erant homines illi importuni, atque ob eā causam dixit, illic trepidabunt timore, tanquam digito locum illum indicaret. simile est illud in psalmo 36. ibi cadent, qui operantur iniquitatem.

Quoniam domius. Trepidabunt inquam timore, & grauiſſimas poenās dabunt crudelitatis suae, quoniam deus apud iustos, & piros homines sedem, & domicilium habet, neque iniurias eorum feret impunitas.

Conſilium inopis. Vos (inquit) impū consilium, & institutum piorum asperaramini, & ful-

EXPLANATIO IN LIB.

rum, ac ridiculum existimatis, quodū spem suam ponant in deo, quod eum colant, venerentur, & omnes suas curas & actiones ad eum referendas sentent. Hoc vero impiis obiicit tanquam scelus gravissimum, & inexpiable, commemoratis autem flagitiis impiorum, & piorum calamitatibus, similes auxilium à deo, um sibiungit,

Quis dabit. Hac interrogandi ratio apud Hebreos sepe vim habet optandi, ut eo loco, Quis mihi dabit pennas columbae? & in numeri, Quis mihi tribuet, ut omni populi prophetet? putabatur autem Sion esse domicilium Dei, & ex eo loco petebat, salutem dari, hinc illud, Mittatibi auxilium de sancto, & de Sion tueritur te. Itaque huic versiculi ea est sententia: ut tuum dominus ex monte sancto suo respiciat calamitates Israëlis, & aspergium seruitutis in gum ab eius ceraicibus repellat.

Cum conuerterit. Euenit (inquit) quod operatus, & populus seruitute liberatus recreabitur, & gaudio exultabit.

P A R A P H R A S I S.

Nihil adeo tetrum, immane, & contra naturam cogitari potest, quam negare eum esse à quo omnia à principio facta & constituta sunt, atque ad innumerabilia secula incredibilem sapientiam reguntur, atque conseruantur.

Quod si sapientia, ut etiam à maximis philosophis est definitum, cognitio rerum diuinarum est, & omnis sapientia caput est castissima cultus, plenissimaque sanctitatis pietas aduersus deum, non inuaria insipientes appellamus omnes, quicunque dei non solùn non colunt, aut ex aliqua parte cognoscunt, sed etiam funditus omnem natu ram, & vim diuinam tollunt, & deum rem esse inanem, & commentiam existimant. Hac autem portenta loquuntur impi cum animo suo, quoniam effutire non audent, quod etiam gètes immares & effrenata execravimus atque omnium supplicio vindicandum arbitrantur.

Huius autem pestiferæ opinionis, que totius vita fundamenta conuelliit, origo & fons est ipsa vita turpitudine, nam qui libidinam faciliter inflammantur, qui rapinis & maleficio pascuntur, qui cruento hominum sese contaminant, & catena ei simodi sceleris & flagitia suscipiunt, q̄ omnem dei notionem, & memoriam ex animo suo euellere conantur, ne metu supplicij diuinij, aut exanimetur continenter, aut iniulti a scelerum administratione reuocentur.

Dominus è celo oculis collastravit, si quem cerneret in sancta istorum multitudine rerum diuinarum intelligentem, & sequē diligentius perquisientem, ad hanc enim rem nobis ille rationem,

EXPLANATIO IN LIB.

atque omnem intelligendi vim contulit. Ut in se perquirendo & cognoscendo omnem curam, cogitationem, operam poneremus.

Sed inaniter ille circunspexit, omnes enim declinaverunt à pietate, & recta vivendi ratione, amnes ad vnu perditum morib⁹, & pestiferis opinib⁹ corrupti depravatiq; sunt, nemo deniq; ex iis report⁹ est, qui cū fide & iustitia virā coleret.

Itaq; summus ille rector inā incensus, profect⁹, inquit, homines impū, qui me iactant, nō existere, & hac opinione cōfisi, lacerāt omnī scelere, gētē mēd, eiūq; fortunas īexplicabili cupiditate denorāt maximō suo malō sentiēt vim & potestatē mēd.

Nimirum deus inuocandus, colandus, & sephi ciēdus erat, catēra omnia pro nihil ducēda, quod admirabile dictu est, quād cōtra fiat ab istis, qui conculcata virtute omnia, ac religione, honores, opes, potentiam, libidines in loco numinis colunt, & colentes, deum summa crudelitate persēquuntur. Sed & quanta miseros supplicia manent, en ego locum aspicio, quo loco tantis circumuenientur malis, ut fracti magnitudine calamitatū, nunquam respirandi potestatem habeant, semper trepidant, semper graniora formidentur.

Hæcigitur pœna manet impios, arrogatēs, & gentes dei crudeliter exedentes, propterea quod dominus apud iustos & piōs homines sedem & domicilium habet, neque iniurias eorū feret im-

PSALM. CVM PARAPH. 59

punitas: quāq; vōs impū consilium & insti tutum piorum illudere, & flutum ac ridiculum existimare soleis, quod ijssem suam ponant in deo, quod eum colant, venerantur, & omnes suas curas, & actiones ad eum referendas putant.

Vinam dominus ex sanctissimo vertice Sionis, vbi sedem cōstitutam habet, respiciat citō calamitatis Israēl, & afferrimū seruitū ingū ab eius cervicibus reppellat. Eueniet quod optamus, & populūs impiorum tyrrannie libertas, a deo recreabitur, & in reliquum tempus ecio, & placidissima pace perfuerit.

ARGUMENT. PSAL. X V.

Genus Hebræa maximas accepit calamitates, & à Barbaris nationib⁹ sēpe in seruitem abducta est propter neglegētam pietatē & virtutem. Id prouidens Deus id, & in posterū longē prospiciens his carminib⁹ inducit deum præcipiētem, & certam viuendi formulam constituentem: quam si secuti fuissent Hebrei, nunquam ab honesto & religione recēsisserint: & sublatō omni extérarum gentium metu, fines patriæ salvi & indolumēs habitaūssent. Quod vniā nos ceteris omnibus rebus neglegētis, incombamus toto pectorē in eam curam, ut horum carminū præcepta saluber-

rima obseruemus, quo tandem post exiliū longū, & grauiissimos labores in terris exāthlates in monte illo cœlesti, & domicilio dei sempiterno quiescamus, vitamq; placi-
dissimā, & omnium bonorum plenissimam traducamus. tun c enim boni incipiunt viue-
re, vt quidam sapienter ait, cum ex corpora
vinculis tanq; ē carcere euolauerunt: nostra
verò hæc, quæ dicitur vita, mors est. Illud
autē scire oportet, cū vir sanctus in princi-
pio carninis domicilium dei, & montesan-
ctum appellat, eum terram Iudeorū intel-
ligere, quod vel vno testimonio Mosis con-
firmare possumus. is enim in libro, qui in-
scribitur Exodus, iisdem verbis eam descri-
bit cùm de Iudeis hæc loquitur: Eos perdu-
ces & collocabis in monte hereditatis tuæ,
vbi domiciliū tibi cōstituisti, vbi sedem &
templum tibi ædificabis. Itaque Dauid leu-
templum & montem sanctum nominavit,
ipse quoque potiore de parte totam regio-
nem intellexit, quā exornationē orationis.
Rhētores appellant intellectiōnem. Quod
verò verbum illud peregrinor posuit, signi-
ficavit Hebræos tanquam aduenas & per-
grinos terram Iudeam possidere. nam do-
minus in Leuitico, Terra, inquit, hæc mea
est. & vos aduenas, & coloni testis. Quin etiā

tota hæc nostra vita peregrinatio quedam
est, neque enim in terris stabilem sedem,
aut domicilium certum habemus, sed in cor-
poribus commoramus tanquam in hospitio,
non tanquam in domo. Itaque Dauid in li-
bris Paralipomenon, his duabus de causis
se acceteros Iudeos peregrinos nominat,
Deum venerans, his verbis: Tua sunt om-
nia, & quæ de liberalitate tua accepimus, ea
dedimus tibi. nos enim peregrini sumus &
aduenæ, sicut omnes maiores nostri: vita no-
stra tanquam umbra est in terris, neque villa
est mora. Non me fugit, Basiliū illum mag-
num, & Eusebium Cæsariensem aliter eū
versum Dauidis interpretatos esse, sed cum
eorum explanatio ad id genus pertinere vi-
deatur, quod Graci ἀναγνωριζουν: nos
hac in parte sequi Theodoretum malum⁹,
quod eius interpretatio ad institutum no-
strum accommodatior esse videretur,

Psalms David XV.

D Omine quis peregrinabitur in taber-
naculo tuo? aut quis requiescat in mó-
te sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, & operatur
iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui
non detrahit lingua sua.

E X P L A N A T I O I N L I B.

Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non tulit super proximo suo.

Despicitur in oculis eius malignus, timet autem dominum glorificat.

Qui iurat, vt se affligat, & non mutat, pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera contra innocentem non accepit.

Qui facit haec, non mouebitur in eternū.
E X P L A N A T I O .

Domine quis peregrinabitur. Cum David hoc vericulo tabernaculum, & montem sanctū nominauit, potiore de parte totam regionem intellectus, vt in Paraphrasi ostendimus. Quod ante verbum illud peregrinor posuit, significauit Hebreos tanquam aduenas, & peregrinos terram Iudeam possidere: vel potius, totam hanc nostrā vitam peregrinationem quandam esse. Quibus de rebus in eadem paraphrasi explicitatum est.

Qui ingreditur. Dominus respondens ad ea, quæ rogauerat David, probat hominem ingredientem sine macula, id est, nullo scelere, aut flagitio se contaminantem, & operantem iniustitiam, id est, omnibus virtutum officiis fungentem: iniustitia enim nomen in literis sanctis latissime patet, & omnes honesti partes comprehendit.

Qui loquitur. Quæ summatis proposuerat ea nunc sigillatim persequitur.

Nec fecit proximo. Ordine quidem pro-

P S A L M . C V M , P A R A P H . , 61

gressa oratio cordis primum meminit, deinde lingua, postremq[ue] operu[m] mentionem intulit: opus enim sermo, sermonem cogitatio antecedit.

Et opprobrium non tulit. Id est, nō modò nō violat alterium, sed ne ab alio quidem patitur cù ledi, & opprobriu[m], ac contumelias affici.

Despicitur in oculis eius malignus. Id est, imprebos, quamvis genere, opibus & gratia florentes, pro nihilo ducit: colentes autem deum revertur & obseruat; sicut humiles, & obscuri sint, & apud homines abiecti, contemptique.

Qui iurat, vt se. Horum verborum hanc sententiam esse confirmant Hebrei, viram bonum summa fide, summaque constanter praestaturum, quod promiserit, & si quo voto obstrinxerit eorum que ad incommodeum, & maceratione corporis pertineant, nō tamen mutaturum sententia, aut contra religionem iurisfundi quicquā admisurum esse. De hoc genere voti, & iurisfundandi meminit Moses in libro Numerorum.

Et munera contra innocentem. Accipiunt dona aduersus innocentem non solum indices aurari sed etiam qui pecuniam accipiunt ob falsum testimonium dicendum, aut lites iniquo patrocino extrahendas, & tuendas.

P A R A P H R A S I S .

David. Domine quis habitabit in domicilio tuo? q[ui]s stabilit[er] sedē habebit in mōte s̄tō tuo?

EXPLANATIO IN LIB.

Deus quisquis ab omni viciorū labefese pura
arquē integrum seruat, atque alacri ex prop̄to
animo omnia virtutū officia p̄ficit. ea nempe
laus perfecta, et praemis immortalibus digna
est, ut legum diuinarum neque vetita per libidinē
nem animi attingas, neque iussa per negligentia
omittas: id autem consequitur, quisquis est sim-
plicis veritatis amicus, neque alteri maledicto
vel re nocet, tantumque abest a quoquam violan-
do, ut nemine ab altero ledi patiatur, sicut pro-
bris coniunctus que iactari.

Quin etiam improbus, quamvis genere, opib⁹
& gratia florentes pro nihilo ducit: colentes autem
deum reverentur & obseruat, licet humiles
& obscuri sint, & apud homines abiecli contem-
ptique: sentit enim beatos esse, non qui oī ibus cir-
cunfluent, & magna imperia obtinent, sed qui
pietatem colunt & iustitiam.

Quod si quid deo teste cuiquā promiserit se
que iure iurando aliquo obstrinxerit, id summa
fide, summaque constantia seruat: neque si que
voto se deuinixerit eorum, quae ad incommodum
corporis pertineant sententiam mutat, aut con-
tra iuris iurandi religionem facit. Non ille autem
pecuniam feniōri daret, aut illā accipere ob ius,
vel testimonium dicendum, & innocentes iniquo
iudicio opprimendos.

Qui ad hanc modum vitam instituerit, &

PSALMUS PARAPHR. 62

Deo charissimus erit, & nullo rerum aduersa-
rum isti concutietur, sed in se domus habebit,
quam vir prudens edificauit in lapide firmissi-
mo. Ergo illum neque impetus venorū, neque
imbrum aut fluviorum vis moderata conuelli,
eius enim fundamenta posita sunt in lapide fir-
missimo. *Carmina ad David.*

ALIA PARAPHRASI.

Carmina ad David.

Pater supreme quis tuum temp̄lum incoleat? David.

Dic, ō monte quis acquiesceret in tuis?

Qui parus omni a laze, iustitiam colit, Deus.

Qui diligenter curat, ut mentem mala

Ac cogitatione seruet integrum,

Nec immitterent ore vexat improbo,

Nec alteri nocere solummodo cauet,

Sed si quis nullum ladat, auxilio venit,

In iuriamque prohibet, hic malum, licet

Ditisimum, licet potentem, negligit.

At quos amantes viderit deum, colit,

Veretur, obseruat, loco quanquam infimo

Lacere certat rerum egentes omnium,

Nec si quid unquam iuret, unquam peierat;

Non ille feniōri pecuniam daret.

Christus repudiauit, & corū nomina deleuit ex libro videntium, neque iam digni sunt Iudei, qui ab ipso nominentur, aut cognoscantur.

Dominus pars hereditatis. Felix (inquit) hereditas mea, id est, ecclesia priorum: cuius hereditas eterna erit deus, vos item felices labores, & cruciatus mei, quos eadem merces manet, sic Athanasius, & Theodoreus, & quidam ali⁹ explanant hunc locum.

Tu sustentabis. Id est, ecclesia mea magnis impiorū conatibus, oppugnata, tuo praesidio tutta erit, & firma, & immobili permanebit, gloria⁹ autē domin⁹ de fide, & virtutib⁹ suorū subiungit.

Funes ceciderū mihi in praedictis. Ide est, luculenta plan⁹, & præclara mihi venit hereditas, est autē hoc sumptū ex historia Iosue, qui funibus agros metitus est, quos populo diuidebat.

Etiam per noctes. Non solum (inquit) perficit dominus, ut in me ratio, & mens animi rigoret, sed etiam affectiones ipsas, quae solent ab honesto reuocare, tam casas, tamque rationi obedientes efficit, ut etiam illæ ad studia pietatis, & virutum dies noctesque me impellerent.

Quoniam non derelinques. Nam triduo post reuertetur ad corpus suum non iam patibile & caducum, sed inviolabile & immortale. Hæc autem verba esse Christi, Petrus & Paulus testantur in Actis Apostolorum.

EXPLANATIO IN LIB.

Notas fecisti mihi vias vita, satietas letitiarum est cum yulatu, & delectationes in dextera tua in aeternum.

EXPLANATIO.

Conserua me deus, Filius dei omnibus in rebus (extra culpam, & peccatum) nobis pars & simili redditus, & nostris malis, & incommodis tentatus, imminente iam morte verba humana imbecillitat⁹ canuenter pronuntiat, deoque salutem suam suppliciter commendat.

Erga sanctos. Cum dixisset, deum nulla impereger opera sua subiungit, si nullum officiū genuerat, homines illi charos prætermissurum, quod sciret, hæc studia deo perinde grata esse, quos ipsius numini tributa forent.

Multiplicata sunt idola. Hæc videntur dicere per fidis Iudei, qui relucto deq alterum secuti sunt, videlicet Diabolum, cuius etiam filii appellantur in euangelio Ioannis, & propter ea idola eorum multiplicata sunt. ut enim boni unum habent deum, quem colant, sic impyobi multos habent falsos deos, quibus serviant: ambitio nāque, & libido, & luxuria, & pecunia cupiditas, & reliqua flagitia sunt eorum idola: quaenam enim quisque in resumnum bonum constituit, ea res cuius deus est. Huius igitur impia nationis sacrificia

Nec dabis sanctum. Id est, quem tibi conferasti, atque omnium gentium regem, & dominum designauisti, hanc quamquam feres tam diu vita carere, quoad corpus eius corrumpatur.

Satietas lætitiarū. Id est, tum demum animi expletur omnibus lætitiis, cum te pāsens præsentem intuetur: sunt enim delectationes in dextera tua, id est, semper in promptu habes, semper munifica manu largiris hilaritates, lætitias, iucunditates, simile videtur illud ex proverbiis Salomonis, longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illi diuitiae, & gloria: quibus verbis significat sapientiam suppeditare suis amatoribus longinquitatem, vita & opes, honores. In hanc sententiam theologi Græci, & Latini interpretantur hunc hymnū. Ilud autem scire oportet, Davidem unum ex iis fuisse, qui moribus, & factis venturum Christum multis in rebus representarunt suorum temporum hominibus, atque ob hanc causam nonnullos existimare, & illos, quidem rerum diuinatarum peritusimos, ipsum etiam in iis psalmis, in quibus de se, ac suis rebus scriberet, solitum inferere multa, quæ non tam sibi conuenirent, quam ei quem representabat, nempe Christo, qua quidem scribendi ratione ostendit ipsum esse usum etiam in eo carmine, quod de Solomone condidit: nullo enī cum de regno sis semper loqui videatur, nonnulla tamen dicit, que

regno Christi congruent, præterea nullius. Sic autem ferebat illorum temporum ratio, ut mysteria Christi umbris eiusmodi, & imaginibus velarentur, in quæ possent introspicere quorum mens ab Deo illuminata fore, ceteri præter ipsas umbras nihil penitus viderent. His rationibus inducti tentant illi quidem, cum vir sanctus diceret, animam suam ab inferis cito reuocandam, neque deum permisurum, ut cor eius ipius in sepulchro corrumperetur, istac sub persona Christi locutum est, sed ydē illum omnia superiora de seipso scribere, non dubitant itaque horum sententia hic hymnus ita explanandus erit, ut David in secundo versu prædictet benevolentiam, & studium suum erga homines pios, in tertio autem accusat impios, qui non contenti religione, & cultu veri dei, & finitimi nationibus ceremonias & sacra fastorum deorum accipiebant, quibus sacris profiteitur se nunquam inter futurum, aut quicquam libaturum, quod ad ea pertineat in eque verò se commisurum, ut insuocet illos deos, aut nominat eorum ad iusserandum adhibeat. Eius autem rei causam subiungere videretur, cum ait, Dominum esse partem hereditatis sue, & calcis sui, ac funes sibi cedidisse in rebus præclaris: quibus verbis gloriatur deum sibi esse hereditatem, opes, & omnia bona, nam quod addit, sortem suam ab illo sustentatumiri, nimirum significat, sibi non esse

dubitandum, ne hanc lucentiam hereditatem amittat, quando deus qui se ipse possidendum, ac fruendum dedit, non si passurus, ut ultra res esum de hac possessione deturbet. Nomen vero calich confuetudine linguae Hebreorum significare quicquid hominibus aut boni, aut mali contingit a deo, alio in loco dictum est a nobis.

PARAPHRASIS.

STUDIET ingrata, et importuna gens mihi vivere, et meum nomen ex omni hominum memoria funditus delere: at tu pater optimus, atque sanctissime filium tuum serua, atque illum et gloriam illustra, in qua semper fuit apud te, priusquam haec pulcherrima rerum vniuersitas existet. Ego certe in tua misericordia omnem meam spem et praesidium locavi. Agnoscendo mine, neque unquam intermitto apud omnes predicare, te mihi dominum esse, neque potest quicquam esse tam promptum, aut tam paratum, quam animus meus ad inferuendu[m] tibi. Verum quid tuo numini commodare potest haec voluntas, et alacritas mea? Tu domine sciuncis omnibus malis, et incommodis utram colis beatissimam et sempiternam. Quae cuncte bona, pulchra, utilia cernuntur in omnibus rebus in animis, animalibus, et omnia ex precenni uberrimae que tua benignitatis fonte permanant.

Proinde cum tibi nulla in re sit opus opera

mea, reliquum est, ut omnia mea pietatis studia, et officia consistent in homines sanctos, et virtute praeclentes, qui mecum in hac vita misera fragilique peregrinantiur, quos turam inde ad omnitemnitatem ex infinita mortalium multitudine selegerem, quo vitam puram et castam agentes in terris, postea beati anno sempiterno fuerentur in celo. Hoc ergo consilio doctrina, exemplo, rebus denique omnibus inuabo, et viam tutissimam, rectissimamq[ue] muniam, quae illos perducat ad vitam beatam et immortalem, atque haec mea beneficia et studia tibi perinde grata et incunda erint, quasi tuo numini tributa forent.

Sed illud mihi ad dolorem acerbissimum accidit, quod Iudei quoru[m] est adoptio et gloria, et sanctissima illa foderatur, et leges, et sacra, et promissiones magnificae, quicunque prognati sunt a viris sanctissimis, et omnium virtutum gloria praelentibus, quorū denique ego sum sanguis, quos ego in primis saluo, incolumes et fratres ac beatos cupio, ut sempiternū illū hostē humani generis tibi anteruleret, et multos fibi deos opinantis eis ore finixerūt gloriam, honores, opes, libidine: pro cu[m] sanctissimo nomine venerantur: et quā flagitia summopere vitare ac morte peccati odisse debuerant, in his flagitiis beatā vi: ad collacari ut, n. Et que a maleficiis et sceleribus deterrētem, ad virtutem, et pietatem, et sincerum tui numinis cultum.

EXPLANATIO IN LIB.

adhortantem omnibus iniurijs et cōtumelijs infē-
quuntur: neque prius finem faciunt furorū, quām
me acerbissimē excruciatum interficerint.

Valeant itaque homines perditi et flagitosi,
horum ego ceremonias, et sacrificia cruxore ma-
nania detestor, neque iam dignos puto, quos no-
mine appellam.

At vos feli es et beati, quicquid vos et ve-
stra omnia mihi consecravistis et dicatis istius
enim vestrae virtutis et pietati merces, et pra-
mium semipaternū erit deus. Vos item felices labo-
res et cruciatus mei, quos eadem merces manet.
Oppugnabuntur quidē maximis conatu bus impio-
rum omnes, quicquid; disciplinā et si et sequentur
meam sed u parentis mei praefidio confirmati ma-
gno et fidenti animo resistent, atque in me culiu-
ac pietate fixi, et immobiles permanebunt.

Luculenta certe et praeclara mihi venit hære-
ditas: homines, inquam, mihi pater excellētes, et
renueisti planē generū humani florem assignauit.

Itaq; immortales illi gratias ago, quod me pri-
udentissimis atque amantissimis consilijs semper
iunuerit, quodque affectiones ijsas animi, que so-
lent ab honesto reuocare, tam castas tamque ra-
tioni obedientes efficerit, ut etiam illæ ad studia
pietatus et virtutū dies noctisq; me impellerent.

Nempe diuinus ante oculos mihi semper obuen-
satur, nihil animo agitare, nihil aut loqui aut co-

CVM PARAPH.

67

nari possum, quin illū adesse præsentem cogitem:
neque me profecto animus fallit. adessi enim ille
mihi præsens et propitius, et magnitudinē ani-
mi et cōstātiam subministrat, ne ulli calamitatū
oneris succuba n, ne virtutem m'ā exēso et il-
lustri loco sitram labefactet hominum improbitas.

Propterea animus meus incredibili letitia ex-
ultat, neque lingua satiari potest gratijs agendū,
dum cogito deum lateri meo semper adh̄erere
propugnātem, et consilio atque opera iuuantem.

N que solum animus gaudio cōpletur, sed etiā
ipsum corpus mortis iam propinquum sive bona
certaque suscitatur, qd̄. tū domine animum
meum nō permittes diutius versari apud inferos,
sed post tertium diem eius dici, quo migrauerit ē
corporē, cōmitatus felicibus animi: piorū reuerte-
setur ad domiciliū suū, non iam patibile et cadu-
cum, sed inviolabile et immortale. Scilicet eum
quem tibi consecrasti, atque omnium gentium re-
gen et dominū designauisti, nequaquam feres tan-
diu vita carere, quo ad corpus corrumpatur.

Quinimò iam rationem mihi et vitā ostēdisti,
qua morte superarē, et ad vitā adirem beatā, et
omnibus bonis gaudis affluēt. tūc demū enim ani-
mus expletur omib; letitias, cū te cor dūctinetur,
etq; in affectu iucūdissimāq; præsentia tua con-
quescit: semp enim in prōptō habes, semp munifi-
ca maiu largiris voluptates, letitias iucūditates.

I ii

EXPLANATIO IN LIB.

ARGUMENT. PSAL. XVII.

Vix sanctus acerbissime vexatus à Sau-
le, & maximis angustiis pressus deum
implorat, vitæ sue innocentiam commemo-
rans, & iamicorum superbiam, crudelitatem
animique impotentiam exigitans, tum
sumum bonū in contemplatione dei con-
stituendam esse admonens.

Oratio David, Psalmus XVII.

Exaudi domine iustitiam meam, inten-
de deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam absque
labiis dolosis.

A vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi
tui videant æquitatem.

Probaui cor meum, & visitasti nocte: ex-
aminasti me, & non inuenisti.

Quod cogitaui, nō transiuit os meū, pro-
pter opera hominum, ob verbum labiorum
tuorum ego obseruaui vias peruersorum.

Sustenta gressus meos in semitis tuis, ut
non labantur vestigia mea.

Ego clamaui ad te, quoniam exaudisti me,
deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi
verba mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos fa-
cis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me

PSALM. CVM PARAPH. 68

ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me à
facie impiorum, qui me affligunt,

Inimici mei animam meam circūdederūt,
adipe suo clauerunt corpus suum, os eorum
locutum est superbiam.

Gressus nostros nunc obsederunt, oculos
suos posuerunt ad prosternēdum me humi.

Similitudo ei⁹ quasi leonis desideratis pre-
dā, & quasi catuli leonis habitatis in abditis.

Exurge domine, præueni faciem eius,
prosterne eum, eripe animam meam ab im-
pio, qui est gladius tuus, ab hominibus, qui
sunt manus tua.

Domine ab hominibus mundo addictis,
quorum portio est in vita quorum ventrem
de absconditis tuis impletis.

Saturaneur filii, & dimittunt reliquias
suis paraulisi suis.

Ego autē in iustitia cō templabor faciem
tuam, satiabor, cum euigilauerō, specie tua.

EXPLANATIO.

Exaudi domine iustitiam meam. Sic appelle-
lat iustum petitionem suam.

Absque labiis dolosis. Audi (inquit) propri-
tatis voce, quas ego puris labiis pronuntio, non a-
liter sentiens, atque loquor.

A vultu tuo. Id est, tu domine discepta can-
I iii

Iam meum, qui solus aequus es index.

*Visitasti nocte. Tu (inquit) rebus aduersis
saepè, ac sepius explorasti animum meum, mèque
ingentibus tenebris calamitatum circumfudisti,
et quèadmodum aurum igne explorant, sic men-
tem meam facibus orummarum incendiisti, neque
tamen me unquam vidi: sed à recta via declinare,
aut iniquum aliquod facinus admittere vel salu-
tis tuende causa, vel ut grauiissimas iniurias ulci-
scerer, tamen si non semel acerbissimi hostis oppri-
mendi facultas mihi oblatâ est.*

*Quod cogitaui non transiuit os meum.
Criminabantur, Davidē esse malitiosum, et falla-
cem illūq; proditionis insimulabant contra ipse-
fretus innocentia sua prædicat coram deo, se ani-
mos simplici esse, et ab omni simulatione alieno,
quippe qui nunquam aliter loquatur ac sentit: sic
interpretantur hunc locū peritisimi lingue He-
braæ. Ego vero diligenter considerandum puto.*

*Propter opera. Non solum (inquit) me ab omni
sceleri integrū seruauit, sed etiā animaduertens,
homines vulgo se vitis contaminare, ob amorem et
reuerētiā preceptionū tuarū eorum vitam dili-
genter obseruabat, ut eos à maleficio deterrerem,
et ad leges tuas seruandas, et colendas incita-
rem: sic ferè explanant hunc locum Chiris, et
Abraham Esdra, et eleganter quidem, ni fallor.*

Sustenta gressus meos in servitis tuis.

*Prædicauerat innocentiam, et pietatem suā, ita-
que ne videretur quicquam harū rerum virtuti
sue insolenter arrogare, precatur deum ut vires,
et appetitioves animi sui ita corroboret, ac con-
firmet, ut constansime perseveret in obserua-
tione legum diuinarū, quibus omnis pulchritu-
do virtutis continetur, significans si quid ab ipso
antea vel recte cogitatu-n est, vel honeste admi-
nistratum, totum id attribuendum misericordiæ
dei, qui mentem bonam donavit, ut recta cona-
retur: et vires, ut conita perficeret.*

*Mirifica misericordias tuas. Fac (inquit):
omnes admirantur magnitudinem misericordiæ,
et benignitatis tuae, conservando me ab impetu,
et vi tyranni potentiissimi.*

*Similitudo eius. Due sunt similitudines, qua-
rum u altera referenda est ad studium Saulis Da-
videm cupidissimè querentis ad necem: altera ad
insidias, quas homo tererrimus illi comparabat.*

*A resistentibus dexteræ ruæ. Videbantur
enim deum impugnare, qui Davidem impugna-
bant, propterea quod is erat carissimus deo, et
ab eo constitutus fuerat rex Hebraorum.*

*Adipe suo. Sagina (inquit) os, et totū corpus
appellerunt. Hec vero est allegoria, qua literæ
sanctæ uti solent ad significandā opum affluētiā,
et vita proprieitatē: res autem secundas ple-
ranque sequitur arrogancia, et dei, hominūq;*

EXPLANATIO IN LIB.

contēptus: quam obrem subiungit, os eorū locutum est superbiam. simile est illud Moſis in Deuteronomio, incruſatus est dilectus & recalcitravit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit deū factorem suum. & recebit a deo salutari suo.

Quid est gladius tuus. Hoc ea ratione dicitur, quod deus impij: hominibus pro armis utatur ad puniēdā scelerā improborū, & ad virtutē piorum exercēdam. Itaque apud Esaiam, rex Assyriorum virga furoris dei nominatur: eadem ratione eosdē appellat manū dei Jobū imitatus, qui dicit, se manū domini vapulasse, sū tamen diabolus cum cæcidisset. Sed deus eo vīsu evat tāquam manū ad verberandum ferum suum.

Ab hominibus mūdo. Eripe me inquā domine ab hominibus impus, quorum cura omnis, & cogitatio infixa est in bonis huius vite fallacibus, & lēporariis, quibus abundant, in altera illa vita summam omnium rerum egestatem perpeſſuri.

De absconditis tuis. Amplificatione veitur ad deſtrangandam prosperitatē impiorum: itaque dicit, eos circūfluere geminis, auro atque argento, que abſcondita vocavit, quod terra vēns occulientur. Addit præterea eorum domos florere liberis, quibus relikti ſint opes, que libidini ſuę, atque intemperātia ſupererint. Sic Euſebius Cæſariensis explanat hunc locum.

Ego autē in iuſtitia. Exploratur iſti fallacibus

PSALM. CVM PARAPH. 70

bonis & celeriter interitūris, ego certe iuſſitiam, & pietatem colens, ac ſolida illa & vera, atque eterna bona coſectans cōt: implabor aiquādo beatissimam faciem tuam, & tunc denique omnibus gaudijs, & voluptatibus cumulatas ero, sū te coram inuitubor, & in ſuauifima pulcherrimi numeri tui contemplatione conq[ui]efcam: quod mihi tandem tu benignitate continget, cum animus meus euolauerit ē vinculis corporis, in quo tanquam compotitus jaſer, & in aeternam illam domum tuam migrauerit.

PARAPHRASIS.

AVdi omnium rerum domine iuſtam precatiōnem meam, attende clamorem meū: aures adhibe ad voces; quas ego puris & castis labijs pronouci, non aliter ſentiens argue loquor.

Tu domine diſcepta aliquādo tandem cauſam meam, qui ſolus aequus es index. & ſi mihi periculum capitis iniuria procreatū vides, faueto innocentia mea, & omnibus declarā nihil aequitate, & iuſſitū ſanctū & antiquis effe.

Tu quidem certe rebus aduerſi ſepe ac ſequiexploraſti animum meum, mēque ingenti- bu tenebris calamitati circumfundisti, & quemadmodum aurum igne explorant, ſic mentem meam facibus ærumnarum incendiſti: neque tamē a recta via vnguam aberrauit, aut iniquum aliquod facinus admisi, vel ſalutis tuendæ cauſa,

vel ut grauiſſimas iniurias uicifereris;

Quin etiam animaduerteus homines vulgoſſe
ſe viriſ, et ſceleribus contamiñare: ob amorem
et reverentiam præceptionum tuarum, ipſorum
vitam diligenter obſeruo, ut eos a maleſicio de-
terram, et ad leges tuas feruandas, et colen-
das inflammem.

Neque tamen quicquam harum rerum virtu-
tum meæ uolenter arrogo, ſed ſi qui in me boni et
recti eſt, tam id attribuo benignitati tuae, totum
id eſſe tui muneriſ, lubriciſime conſteor. Itaque
domine, corroborata vires et appetitiones animi
mici, ut leges tuas cupidissime ſequantur, et viam
confiant præceptorum tuorum: per quaæ conti-
nuerint ingrediantur neceſſe eſt, qui ad beatam vi-
tam peruenire contendunt.

Ea ſe cōfusus domine, opem tuā imploro, et ſa-
pe calamitatis meas ſubleuasti, et nūc queſo ſup-
pliſti tuū vocē in extremo picalo ne cōteptā habeas.

Fac, omnis admiretur magnitudinem, et præ-
ſtantiam benignitatis tuae, ſi enim furorē poteris
ſimi tyrāni coprimas, et feruunt tuum in media
iam morte veriantē eripias, quis tuam bonitatem
non ſuſpiſiet? quā nō excitabitur ad prædicādām
prouidētiā tuā? et certe ea ſemper fuit libe-
ralitas numinis tui, ut nūquā pios defitueres,
nō quā violari uſtineres, qui ad te ſuppliciter cū-
fugiffent, et in præſidio tuo ſpes suas collocaſſent.

Non me domine, te potius impugnant inimici
mei, quem enim olio tuo ſancto conſecrasti, quem
regnū populi tui obtinere voluifili, hunc crude-
liter finibus patriæ exterminarunt, hunc per mon-
tes et deuos faltus persequuntur, hunc quauis
ratione vita priuare contendunt.

At tu domine custodi mi tanquam pupillam,
aque aciem oculi, et ut ſollicita diuis protegit
alii pullos ſuos: ſic tu firmiſimo tegumento mi-
ſericordia tua munis ſalutem meam contra homi-
nes ferociſ et immanes, qui me diſpoſitis inſidiis
vallatum tenent, ſequi magnificè et ſuperbe con-
tra te, atque homines iactant, quam quidem ar-
rogantium in animis eorum parit nimia vita
proſperitas, atque opum, et omnium rerum af-
fluencia, quam plerunque ſequitur faſtidium, et
ſuperbia, et de hominumque contemptus.

Itaq; nullo metu, aut religione deterriti hac il-
luc dies noctisq; coeūſant, atq; hac vna in re ocu-
li, et cogitatione intēti ſunt, ut me crudeliter af-
ſigāt, et proſternant: iā nq; ciruſtitum tenet.

Ac veluti leo ſtimulatione fame per nemora,
et montes curſu incutato rapitur ad prædam,
interim catuſa eius ſeſelarib; lo tegens oculis om-
nia colluſtrat, ſigna ſeſe offerat ſera: ſic truculen-
tus hostis audiuſime necem meā appetens tum vi-
tum fraude caput innocentis oppugnat.

Satis diu domine, data eſt tyranno ſcelerum:

impunitas, satis diu vexata est innocentia mea: iam quæso deposita lenitate suscita iram tuam, iam preueni conatus imp̄i, ne perueniat ad scelerā, quæ machinatur. Ille quidem furore inflammatus inuadet in me, at tu domine eum prosterne solo, & ferro de manibus extorto, eius impetum frange. Eripe tandem vitam meam de ore & fauicibus immanium beluarum, quibus tu pro manus & armis uti soles ad punienda maleficia improborum, & virtutes piorum exercendas.

Conserua me ab infidiis & violentia hominum per litorum, quorū animus rebus fragilibus, & caducis affixus est, atque isti boni fugacibus, & adumbratis saturatur, in altera illa vita sumimā omnium rerum egrediātem perpeſsus.

Itaque nunc affluit gemmi, auro, & ceteris opib⁹, & copus, qua intimo terræ ſiu, & venis occultantur, & quod ab opulentis, & copiosis optatur in primis, eorum domus coniugibus & liberis florent, quibus relinquent opes, que libidini ſuē, atque intemperantia ſupererint.

Explentur iſti fallacibus bonis, & celeriter intertirur, ego certè iuſtitiam & pietatē coleam, & ſolda illa & vera, atque aeterna bona conſectans contemplabor aliquando beatissimam fāciem tuam, & tunc dñique omnibus gaudiis &

voluptatibus cumulatus ero, cum te coram in tuebor, & in ſuauifima pulcherrimi numinis tui contemplatione conquiescam: quod nihil tandem tua benignitate continget, cum plenè atque perfectè excitaueris. & ſomno ſculpet animus noſter paulatim expurgabitur, cum illum quām maximè fieri potest à corpore, & ſenſibus abducimus, quorum voluptatibus ſi perfundarit, dulci illo quidem, ſed peſtiferō ſomno conſopitur, & noctem luci anteponit, & vanis bonorum ſimulachris deluſus ſolda & expreſſa bona con temnit. At qui animi quām minimam cum corporibus ſocietatem habuere, & quotidiane magis magisque vegetiores fūnt, & aptiores ad contemplationem rerum diuinarum, ad obſeruandum & colendum deum, ad mores ac ſtudia, & actions omnes ad eius voluntatem accommodandas, que cum geruntur, tunc animus vigilit, tunc officio fungitur, ſequere imagine diuina, quam gerit, dignum exhibet. His igitur curis & ſtudib⁹ exercitatus animus, tum demum plenè excitat⁹ ſomno, cum omni admixtione corporis liberatus planè ſyncerus & integer effe caput, & in aeternam illi in domum ſuam peruelat, ubi ſemper vigilant mentes illæ beatæ ſempiterno aeo frumentis ſummum illum deum & liquido cernen tes, & incredibili cum voluptate amantes & perpetuis hymnis celebrantes.

EXPLANATIO IN LIE.
ARGUMENTVM PSAL.
XVIII.

Hic hymnus tot figuris verborū, & sententiarum illuminatur, & cursu tam rābido incitat' fertur, vt si Latinus interpres, & nūc ros, & elegatiā sermonis Hebræi expressisset, nulla maior eloquēta requiri potuisse videatur. Eum cecinīt deo opt. max. Rex domi, bellique potētissim us, cū omnes hostes funditus delevisset, & regno cōstituto placidissima pace frueret i. Itaque vi biū expugnationes, secūdā prælia, nomē hostiū ad inter nacionē redactū, quicquid denique omnibus bellis feliciter administratū est, id omne misericordiē tribuit diuinē: nihil preclarū, nihil memoria digna sua virtute gestū esse prædicās, & omnes quidē exēplo suo ad iustitiā & pieratem ad hortātur dem. 6. trans nulla arma, nullas copias, aut munitiones esse tam firmas, quām religionis amorē, & perpetuā in recta viūedi ratione cōstantiā. Neq; verò sumus ignari, in hoc hymno maxima mysteria inclusa esse, quē magnis obscuritatis circūfusa fuerunt, t' ab ipserum aspergētū oculi profanarē multitudinēs arcerentur: quae quidem mysteria apud latinos Argutius, apud Græcos Athanasius, Eusebius

PSALM. CVM PARAPH. 75

Cæsariensis, Dydimus atque alij graues in primis theologi summa diligentia vestigauerunt. Sed nos, cū velimus eas res summam attingere, ne ab ea explanādi ratione discedamus, quā nobis prop. suimus, Theodoreum, & Theodorum Antiochenum imitabimur, qui hæc omnia simplicius tractauerunt. Principio quōd vir sanctus commemorat maximos terræ motus extitisse, & reiecta fuisse fundamenta orbis terrarū, eam scito esse orationis exornationem, quā rhetores Græci ὑπερβολὴ Latini, Superlationē vocant, ea vixit David ad impetum, & vim iræ diuinæ exprimendū & amplificandū. Ad eundē modū deus apud Iſaiam, Cœl, inquit, turbabo, & cōquassabitur terra ppter indignationē domini exercituū: quē locū Hierony. explanās ait, hāc esse superlatiōnē, qua vchemetissimā iram dei va tes sanctus exaggeret. Cū verò deū de cœlo descendente facit, eā rē ad prouidentiam ei⁹ declarandā pertinere intelligito bonos tuentem, improbos vlciscentē. Sic in Geneſis scriptū est, descendisse de cœlo dominum ut inspiceret urbē, & turrē, quā edificabant homines stulti & arrogātes. & in eodē lib. dominus ait: Descendā, & videbo, num ea vera sint, quæ ad aures meas peruenient, K.

EXPLANATIO IN LIB.

Quod deum voluntatem inducit alisque vē
torum, & pennigeris cœlitibus insidentem,
id quidem incredib. lem diuinæ mētis per
niciatē indicat, id est vim omnia penetrantē,
vbiq; præsentē, & omnia cœlo, ter-
ra, mariq; per lustratē. Caligo autē, & tene-
bræ domicilio Dei offusæ significant, nullā
mentis aciē esse tam acutā & perspicacem,
quæ illū possit intueri, eiviq; naturam nulla
ratione aut cogitatione comprehendendi pos-
se. Itaque cū deus veniret ad Mosem, le-
ges datus Hebrais, memoræ proditum
est, nube densissima obductum fuisse mon-
tem Horebum: & cū Salomon templum il-
lud augustissimum prædicaret, deo aduen-
tante nebulæ omnia oppleuerunt. Cū verò
Dauid grandinem, & sagittas, & ignem cō-
memorat, intelligere vult p̄ nas & graui-
fissima supplicia, quæ deus infligit hominibus
sceleratis & impiis. Huius exhortationis cū
alia multa exempla sunt in hoc diuino poë-
mate, cū illud: Ignis, sulphur, & vis procella-
rū, merces debita scelerib⁹ eorū. Et Esaias,
cum minatur excisionem Hierosolymis, sic
inquit: in hanc ciuitatem rex cœlestium in-
uadet cum tooitris, & terræ motu, & horri-
fico sonitu procellarum & tempestatis & cū
flamma ignis omnia deuorantis. Deniq; nē

PSALM. CVM PARAPH. 76

longum faciam, cum Dauid alio loco preca-
tur à deo vt de medio tellat inimicos suos,
iisdem & sententiis, & orationis ornamentiis
vtiur ad hunc modum: Domine, inclina cœ-
lū & descende, tage montes, & fumabūt: ra-
ce fulmina & disisce impios, mitte sagittas
& perime illos: dimitte manum ex alto & li-
bera me, & vitā meā de tantis fluctibus ex-
trahe, de manibus exterarū gētiū eripe me.
His breuiter explicatis, ne illud quidē præ-
termittendū esse duco, in qua parte hymni
vir sanctus cōmemorat, se populi seditioni
bus liberatū, & potitiū esse imperio gētiū
externarū, eā partem sic explaauisse om-
nes theologos antiquos, vt dicerēt, Dauidē
iis versibus cecinuisse imperiū Christi, quē
pater omnī nationū regem & dominū cō-
stituit. Id enim cuiq; pio & Christiano per-
suasum esse oportet, hunc excellētissimum
vatem non solum multa de Christi ortu at-
que obitu, & rebus gestis diuinitus prædi-
xisse: sed etiā moribus & factis eundē mul-
tis in rebus repræsentasse suorum temporū
hominibus, atque ob eā caufam s̄penun: cē-
ro sub ei⁹ persona, quā exprimebat, in suis
carmenibus locutum esse. Itaque tanquam
Christus Deus loquatur, sic breuiter & stri-
ctim interpretetur hanc partē. Is quidem

EXPLANATIO IN LIB.

ab iniuriis & oppugnatione populi libera-
tus est, cùm à patre ad vitā reuocatus fuit
immortalem, neque iam furor nationis in-
graissimæ quicquam ei nocere poterat. Idē
constitutus est gentium rex, cum illi ad vi-
tam redeunti pater imperium dedit omniū
terrarum, qua de re in secundo hymno sa-
tis explicatum est. *Quod verò dicitur: Po-*
populus, quem non cognoram, seruiuat mihi,
id congruit cum illa vaticinatione Esaiae:
Ecce geatem quam ignorabas, vocabis : &
*gentes, quæ te nō cognouerant, ad te cur-
rent. Nō cognoscebat autem dominus olim*
genites, id est cultores falorum deorū, pro-
p:crea quòd ab iis ipse ignorabatur. nā dei
*cognitione i: soli digni sunt, qui cum reli-
gi: se colunt, & p: è sancteque venerantur:*
quocirca scriptum est in epist. Pauli: deum
*suos nosse : at in euang. Discedite à me, in-
quit, homines conselerati, nunquam noui-
vos, Itaque cum falorum deorum cultores*
repudiata superstitione ad veram pietatem
animū applicuissent, scq; imperio Christi li-
betissimis animis subiecissent, cogniti sunt
*ab eo, & fratrum loco aumerati, & ipsi qui-
dem sola fama, & auditione, perducti sunt*
*ad syncerum & purum dei cultum, plenissi-
mā nque sanctitatis religionem: quippe qui-*

PSALM. CVM PARAPH. 77

neque Christum Deum in terris versantem
vnquam viderant, neque prodigiis & mira-
bilibus illis facinoribus interfuerant, quæ
is in terra Iudæa plurima ediderat, sed apo-
stolorum verbis fidem habuerunt, & quem
summis cruciatibus necatum audiebant,
Dei filium esse crediderunt. At Hebræi, qui
Deo charissimi erant, & ab eo filij appella-
bantur, mentiti sunt Christo quem enim vē-
turum expectabāt, & summo studio & gratia-
tulatione se amplexuros p:re se ferebant,
cum, posteaquam venit, vexauerunt, & ad
extremum acerbissimè excruciatum neca-
gerunt. Itaque merito, ac iure filij alieni no-
minantur, quippe non iam filij Dei, sed dia-
boli, vt scriptum est in euangel. Ioannis.
Hoc idem queritur Christus apud Esaiam
his verbis: *Filios alii, & maximis honori*
bus affeci, i: verò spreuerunt me. Cogno-
scit hos dominum suum: a finis p:re sepe do-
mini cognoscit: at populus meus nihil intel-
*git. Ii filij virtutibus, & p:claris illis ani-
mi viribus defecti, & tanquam senio confe-*
cti sunt, propterea quòd in veteribus illis ce-
*remoniis, & legibus obstinato. & contuma-
ci animo permanserunt, neque nouum ho-*
minem, vt verbis vtar Pauli, induere value-
rant. Ex eo factum est, vt in maximas misé-

tias incidenterat, atq; ab exercitu popu. Ro-
ma. ob siderentur, à quibus ad extremum
capti, cæsi, & in seruitutem acerbissimam
adducti fuerunt: neque hodie gés vlla vinit
abiectione Iudeis, aut calamitosior.

*Victori, David servii Domini, qui locutus est
Domino verba cantici huius in die, qua libe-
ravit eum dominus de manu omnium inimi-
corum suorum, & de manu Saulis & dixit.*

Psalmus XVII.

Diligam te domine fortitudo mea, do-
minus firmamentum meum, & refugium
meum, & liberator meus.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eū.
Protector meus, & cornu salutis meæ, &
susceptor meus.

Laudens inuocaui dominum, & ab inimi-
cis meis salvus fui.

Circuiderunt me dolores mortis, & tor-
rentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circundederunt me, pra-
occupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui dominum,
& ad deum meum clamaui.

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem
meam, & clamor meus in cōspectu eius in-

troiuit in aures eius.

Et commota est, & contremuitt terra, fun-
dimenta montium conturbata sunt, & eo-
mota sunt, quoniam ipse iratus erat.

Ascendit fumus è narib⁹ eius, & ignis ex
ore ei⁹ deuorās, carbones succēsi sunt ab eo.

Inclinauit caelos, & descendit, & caligo
süb pedibus eius.

Et equitauit super Cherub, & volauit, vo-
lauit super pennas ventorum,

Et p̄fuit tenebras latibulum suum, & in
circitu tabernaculi eius erat obscuritas a-
quarum, & densitas nubium.

Prae fulgore in conspectu eius nubes tran-
sierunt, grando, & carbones ignis.

Et intonuit de cœlo dominus, & altissim⁹
dedit vocē suam, grando, & carbones ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos,
fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Et apparuerunt profunda aquarum, & re-
uelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua domine, à flatu spiri-
tus iræ tuae.

Misit me de alto, & accepit me, & assump-
pit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortis imis
& ab iis qui oderūt me, quoniam robustio-
res erant me.

E X P L A N A T I O N I N L I B.

Vrænenerant me in die afflictionis meæ,
& factus est dominus protector meus.

Et duxit me in latitudinem, salutem me fecit,
quoniam diligit me.

Et retribui mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuit mihi.

Quia custodii vias domini, neq; impius defeci a deo.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non repulsi a me.

Et ero immaculatus cum eo, & obserua bo me ab iniuste mea.

Et retrahet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:

Et cum electo electus eris, & cum per verso peruerteris.

Quoniam tu populum humilem salutem facies, & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam de mine, Deus meus illuminavit tenebras meas.

Quoniam per te acies hostium fregi, & per deum meum transiliui murum.

Deus meus impolluta via eius, eloquia domini igne examinata, protector est omnium

P S A L M . C V M P A R A P H . 79

sperantium in se.

Quoniam quis deus præter dominum aut quis est fortis præter deum nostrum?

Deus, qui præcinxit me fortitudine, & posuit immaculatam viam meam.

Qui effecit pedes meos tanquam ceru rum, & super excelsa statuit me.

Qui docet manus meas ad prælium, con tritus est arcus æreus brachiis meis.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, & dextera tua sustentauit me, & benignitas tua auxit me.

Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea.

Persecutus sum inimicos meos, & comprehendidi illos, & non reversus sum, donec consumerem eos.

Vulnerauit illos, nec potuerunt surgere, & cederunt ante pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subitus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdisti.

Glamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad dominum, nec exaudiuit eos.

Et comminuai eos ut puluerem ante faciem venti, ut lutum platearum attrui eos.

Eripuisti me de contradictionibus popu

E X P L A N A T I O N E .

li, constituiti me in caput gentium.

Populus quem non cognoui, seruauit mihi, in auditu auris obediuuit mihi.

Filiij alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & expauerunt inclusa munitionibus suis.

Viuat dominus, & benedictus deus meus & exalteatur deus salutis meæ.

De^r, qui dat vidietas mihi, & subdit populos sub me, liberator me^de inimicis meis.

Et ab insurgentibus in me exaltauit me, à viro iniquo eripuit me.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine, nomini tuo psalmum dicam.

Deus magnam salutem fecit regi suo, & fecit misericordiam Christo suo David, & semini eius usque in seculum.

E X P L A N A T I O N E .

Cornu salutis meæ. Sic appellat Deum. propter quod ipsius ope, atque auxilio salutem retinuerat. Translatio sumpta est ab iis animalibus quæ cornibus se se tinentur.

Et torrentes iniquitatis. Id est, incursionses hostium more torrentium incitatæ.

Dolores inferni. Qui scilicet vitam auferunt ad inferos trahunt.

Præoccupauerunt me laquei mortis. Ita vocat insidias inimicorum, quibus tam subito op-

P S A L M . C V M P A R A P H . 30
primebatur, ut statim deliberandi, & euaderet non haberet.

Commota est, & contremuit terra. Quod ait montes intremuisse, & terra desidente aquarum profundas, id est, intimas venas apparuisse, & reteclata esse fundamenta orbis terrarum, et esse hyperbolē intelligito, qua visitur ad vim, & impetu iræ diuinæ exprimendū, atq; amplificandū. Cum ver dē deo de cælo descendente facit ea res ad prouidentiam eius referenda est, bonos tuentur, & improbos vlcyscentur. Quod illum valantē inducit, & pennigeris celitus, aliisque ventorum incidentem, id quidem incredibilem diuinæ mentis celeritatem significat, hoc est, vim omnia pene trantem, vim ubique præsentem, & cù sa cælo, terra, marique perlustrantē. Cum vero grandinem & sagittas, & ignem commenorat, intelligi vult poenas, & supplicia, quæ deus infligit hominibus sceleratis, & impiis. Hæc autem nunc strictior attingimus, propterea quid satis fuse in nostra paraphrasi ea omnia persecuti sumus.

Posuit tenebras. Deus habitat lucem in accessam, vt ait diuus Paulus. Itaque recte lux tabernaculum eius intelligitur, vt sentiunt Theodoreus, & Theodorus Antiochenus. Hinc quidem tabernaculo circūfudit deus tenebras, & caliginē descensurus in terras: quod quidē significat, nulla mentis aciem esse tam acutā, aut

EXPLANATIO IN LIB.

per spicacem, quæ deū posīt intueri, iusq; natu-
rā nulla ratione, aut cogitatione cōprehēdi posse.

Prae fulgore. *Præ fulgore* (inquit) fulgurum
micantum obscuritas nebulas in dissoluebatur.

Misit de alto. *Demissæ* (inquit) manu extra-
xit me ex profundis gurgitis calamitatū, que
me iam obruerat: scimus enim aquas in literis san-
cti: pro periculis et rebus aduersis appellari.

Praeuenient me. *Id est*, incautum oppre-
rant temporibus difficultimis, ut nulla elabendī
spes offendetur.

Et secundum puritatem manuum mearū.
Ita vocat innocentiam vitæ manus: enim in lite-
ris sanctis pro actionibus sacerdotia appellatur. Quid
verò in prædicandis benefactis suis non nihil co-
moratur, non id profecto vir sanctus facit cupi-
ditate gloria elatus, sed ut ceteros accendat ad
studium religionis, et honestatis, ut videant tan-
ta præmia proposita esse vir tui. Verum illud
aduertere oportet, hæc omnia, quæ David
commemorat de iustitia, et integritate sua, refe-
renda esse ad conatum et studium mentis, virtutis
et peccata summo per detestantis, atque omni
cogitatione in eam curam incumbentis, ut sepe ca-
san, et ab omni labore integrum, puramque ser-
uaret, licet autem vir sanctus et ipse per impru-
dentiam, et infirmitatem animi multa commis-
seret, quæ minus resista forent, non tamen ob eam

PSALM. CVM PARAPH. SI

ea sam iustus esse desinbat: nam humilis, et me-
rens confusus erat ad misericordiam Dei, qui ve-
nienti dabant summa benignitate illi cū-
ga errata condonans.

Et cauebo ab iniuitate mea. *Id est*, ab iis
peccatis, quæ olim admisi, peccauerat autem gra-
uissim, cum et Betsabea stuprum, et eius ma-
rito mortem obtulisset. *Quid vero si iniuitatem*
appellet peccatum illud, quod (ut verbu utar
Pauli) in carne ipsius habitabat? *Id est*, vim illâ
natiua corruptela à qua nisi summa diligentia
caueant etiam viri sancti, in maxima celera, et
flagitia impelluntur, cuius rei testis est cædes teter-
rina Vrie, et stuprum uxori eius illarum, de qui-
bus maleficiis paulo ante mentionem fecimus.

Cum sancto sanctus eris. Dixerat, deum re-
muneraturum esse iustitiam suam, ad id confir-
mandum hanc sententiam interponit, quæ eam
vim habet, ut diuus Athanasius, et Theodore-
retus sentiunt, qualem quisque se gesserit, talem
aduersus quæcum deum faturum. qui igitur iu-
stitiam, et pietatem coluerit, cum maximis mu-
neribus afficiet deum: quem vero peruersitas mo-
rum, et opinionum recta vivendi ratione ad-
ixerit in eum deus seuerum, atque acerbis exulet,
cumque nisi resipuerit, omni iudicio veri solida-
tum, amorem, et cæcum permettit potestati tur
pissimarum libidinum et cupiditatum: ut qui

pulchritudinem virtutis adamare noluit in sor-
dibus, et luto viciorum volutetar, qua quidem
de re multa diuus Paulus in epistola, quam scri-
bit ad Romanos. Illud item scire oportet, qua-
lis quisque sit, talem cuique deum videri: ut enim
de illo vir bonus bene sentit, ita improbus male.
Alter existimat, humanum genus a deo summa
iustitia regi, gubernariisque, nihil ab illo non ri-
se, non sancte, non sapienter administrari. Alter
aut deum res humanas curare non credit,
aut illius administrationem iniustitiae, ac temeri-
tatis nomine condemnat. Ita fit ut Deus sanctio
sanctus, et peruerso peruersus existat, id est, ut
qualis cuiusque animus est, talis cuique de
dimno numero sensus sit. Quid si de illo recte, ac pie
sentias, simul celeste instinctum, afflatimque sa-
lutarem sentis animum tuum ad omnia pietatis
officia impellentem: sin autem peruerso ac im-
pie, vim ultricem experiris oculos mentis exca-
cantem, teque praecipitem in sceleris, et flagitia
pro eo, ac tua meretur impietas, degeneres. Ex
qua quidem re fit, ut quemadmodum sanctitas,
et innocentia piorum crescit in dies, ita impio-
rum animis quotidie magis ac magis inquine-
tur, ac sordeat: et quem locum deus apud omnium
quisque obtinet, eo loco et numero apud deum
quisque sit. At qui summum rectorem, ac
dominum rite veneratur et colit, de quo eius vi-

et numine vera sentit, is gressus immortales a-
gat misericordiae ipsius, qui solus ex omnibus re-
tas opiniones animis inserit, illo que desiderio
aque amore pieratis accedit. Ex iis quae breviter
a nobis dictas sunt facile, ut arbitror, intelligi
potest, quibus rationibus adductus David proni-
tuauerit deum cum sancto sanctum, cum peruer-
so peruersum existere.

Quoniam tu illuminas. Tenebrae sunt cala-
mitates, lux accessa est periculorum depulsio,
et malorum finis, quae quidem translatio est fre-
quentis in literis sanctis: sed etiam sua cuique mens
lucerna est, quam nisi lux caelestis illuminet, sem-
per in maximis errorum tenebris vita versatur.

Quoniam per te. Id est, auxilia tuo et co-
pias hostium delecti, et eorum oppida, et virbes
expugnauit.

Deus meus impolluta via eius. Id est, quic-
quid agit dominus, rectum, simplex, iustum, et
sanctum est. sic alio loco, deus in sanctitate via
tua, item, Inclusus dominus in omnibus vis suis.

Eloquia domini igne ex animata. Id est,
sincera, et ab omni admixtione falsitatis pura
hac enim est orationis exornatio ducta ab auro,
et argento, que igne purgantur.

Et super excella. Significat sed diuino auxi-
lio quemlibet praerupta loca, et castella munita
expugnasse.

EXPLANATIO IN LIB.

Et contritus est. Id est, viribus meis fratres sunt opes inimicorum, qui vix illa ratione superari posse videbantur.

Et inimicos dedisti mihi dorsum. Id est, per te factum est, ut hostes mihi tergaderent, sequitur fuga perterriti mandarent.

Eripueristi me de contra dictioribus. Id est, deseditiōnibus, et rebelli ne popularium meorum, a quibus acerbissime exagitatus fui.

Constituisti me. Deus enim eius imperio subducit Ammonias, Syros, Moabitas, Palestinos, aliisque nationes.

Populus quem non cognoui. Id est exteriores gentes et alienigenae.

In auditu auris. Id est, fama nominis mei per motus ad fidem meam confudit.

Filiij alieni mentiti sunt mihi. Vir sanctus in psal. 66. ut. Dicite deo, quam terribilia sunt operata tua domine, propter multitudinem virtutis tue mentitur tibi inimici tui quæ locū Graecis explanat, falsorum deorum cultores magnitudine operū diuinorum territos, pietate et cultu veri dei simulaturos, a quo maxime abhorreat: Eodem modo David hoc loco dicit, alienigenas sibi mentitus est, propterea quod bello domiti coacti sunt fieri præ se ferre benevolentia, et voluntaria servitu, cum tandem inimicissimos animos gererent.

Filiij alieni inueterati sunt. Id est, debilitati,

PSALM. C V M P A R A P. MA.

91

et fratre, ut iam nobis obſtare non posint.

Et expauerunt. Id est, quādis mœvibus, et munitionibus septi, formidauerunt opes meas.

Viuat dominus. Hæc est tanquam orationis conclusio, quæ summam totius hymni breuiter colligit. Quod autem dixit, viuat dominus, videtur esse ea vox gratias agentis, et ob victoria glorificationem more militum ouantis. Néque tamen ignoramus, plerosque ex Hebreo vertisse, Viuit dominus: quæ quidem est formula iurandi apud Hebreos.

Propterea confitebor. Id est, cum igitur tantum sint tua erga me beneficia, et merita, immortales tibi gratias semper agam: quin etiam tempus erit, cum laudes tuas inter omnes exteriores nationes predicabo, quod sanè perfectum videmus, cum multa iam secula hymnis Davidis toto terrarum orbe decantentur.

Deus magnam salutem. Deus (inquit) non solum in me conservat, et ab omnibus inimicorum iniurias tuctur, ac defendit, verum etiam illustrat, et apud omnes glorijsam hanc salutem efficit, neque salutis, et laudis meæ tantum rationem habet, sed etiam posteris meis pro sua singulari misericordia consulit, et prouidet, ut eorum deus et gloria sit immortalis, quod plane falsum esset, nisi hoc ad Iesum deum referremus, qui in Deo misericordia nostra est, et regnat in perpetuum.

I

que fiduciam meam spes fecellit, ille enim clamore
inuocantis auditu, exiluit inflammatu iracudia,
sagittis acutissimis, et fulminibus armatus exili-
uit, exiliente illo omnia terrarum sola terribili
terre motu conquassata sunt, et montes omnibus
gentium oris contremuerunt.

Vomebat ille naribus atram nebulam turbine
fumantem piceo, et candente fauilla, totaque ar-
dentis ab ore scintillæ absistebant, oculi micabat
acribus ignis.

Inclinavit calum, et descendit, caligo tetera
subter pedes eius longe, lateque se diffundebat.

Volebat ille per aera immensum inuestiu pen-
nigeris colitibus, alisque ventoruri.

Prætorio suo densissimos imbres, nimboisque
nigerrimos circundederat.

Sed tenebras illas cæcas fulgor ignium mican-
tium discutiebat, grandine, procelli, fulguribusque
omnia miscerantur.

Intonuit deus, et totum cælum tremefecit: cel-
sisissimum ille rex horribili clamore increpuit hostes
meos, grandine, procellis, fulguribusque omnia
miscerantur.

Ingredi fulminus vi sagittarumque missa cam-
pos stravit corporibus impiorum.

Spiritus ardens, quem summe pater naribus
effusbas iratus, et flumina, et fontes, et maria
fucabat, et fundameta omniū terrarū retegebat,

Diligam te semper toto animo potentissime
mundi rector et domine, et sanctissimum
numen tuum quanta maxima potero pietate sem-
per venerabor et colam: neque tamen pares be-
nignitati tuae gratias agere, et habere, sed ne
partem quidem villam tuorum meritorum satis
cogitare, atque animo comprehendere unquam
potero. Tu enim et fortitudinem mihi, et fr-
mitatem animi praestas, tu te mihi tanguam ar-
inexpugnabilis, tutum perfugium praebes, tu me
de omnibus periculorum casibus eripis, te sem-
per pro salute et dignitate mea propugnantem
habeo.

Scilicet ego semper summa pietate colui do-
minum, et ille inuocantem, et auxilium sum
suppliciter implorantem semper audiuit, et
omnium discriminum, periculorumque corum
fidissimus comes fuit.

Iam mortis angustijs vndique premebar, et
incurioses hostium more torrentium aquarum
incitata me examinauerant, iam vincula mortis
me circumPLICARANT, et infidis inimicorum tam
sudden oppressus fueram, ut potestass euadendi
nulla foret.

Itaque cum in tantis calamitatibus iacerem
fidenter ad domini misericordiam confugi, ne-

Demissa de calo manu extraxit me ex profundi gurgitibus calamitatum, quibus absorbabar, vitam meam ille de manibus potentissimorum hominum eripuit, atque seruauit. & quod illi violentiores erant, hoc ipse acris pugnauit pro salute sc dignitate mea.

Incautum opprresserant temporibus difficultis, ut nulla elabendi spes ostenderetur: sed et dominus praesto fuit, qui me praesidio suo conseruaret, neque vi et impetu inimicorum prostraret pateretur. cumque maximis periculorum angustiis premeret, is viam mihi latissimam muniuit, neque in tuto, et tranquillo collocauit, propterea quod me amat, charissimumque habet.

Pulcherrimas præmia persoluit integritatim meam, et puritatem animi mei mas imis muneribus affectit: quandoquidem sanctissima præcepta eius diligenter obseruo, neque unquam presum elatus arrogantia, ut deficerem a deo meo, quin in semper oculos animi desfixos habeo in legibus eius, ut quicquid ago, et loquor, et cogito, ad earum regulam et normam dirigam, et vitam quidem mihi eripi, quam obseruacionem malo.

Itaque semper illi adhærebo, integrum me ab omni virtutum labore sincerum, purumque conservans, neque ab omni maleficio diligentissime temperabo: et cum ita me gessero, dominus me

SALM. CVM PARAPH. 93
agna liberalitate prosequetur innocentiam et puritatem meam, qua certè clam illum esse non potest, quippe cuius oculis subiecta sunt omnia.

Nimirum qualem quisque se gerit, talis domine aduersus quicque es, ut enim iustitiam et pietatem colentibus amplissima præmia pro virtute et sanctitate persoluis: sic quem perueritas morum a recta viuendi ratione quereris, in eum seuerus et acerbus existis, gratiam ei referens quam debes.

Itaque populum humilem, afflillum et iacentem extulisti, animos autem et spiritus superborum se effervescit, deprecessisti.

Per te domine omnium malorum caligine, et tenebris depulsi lucem respicere, ac liberum et tranquillum spiritum ducere capimus.

Per te copias innumerabiles hostium deleuimus, et eorum oppida, et urbes munitissimas expugnauimus.

Quicquid agit dominus, quicquid molitur, regnum, simplex, iustum, et sanctum est. Verba domini sincera sunt, et casta, et ab omni admixtione falsitatis pura. Ille misericordia sua tanquam firmissimo clypeo protegit omnes quicunque confidunt benignitati sue.

Quis deus praeter dominum? quis fortis et vehemens bellator praeter deum nostrum?

Ipsè est ille deus, qui vires et fortitudinem

mihi præstitit, ut res asperas magno & inuitio animo sustinerem, & copias hostium secundis prælatis frangerem, & domarem, ipse perficit, ut omnis vta meæ ratiæ casta sit, & ab omni sceleris labore integra & pura: per illù consecutus sum, ut certos pernicitate superarem, & quamlibet prærupta loca, & castella hostium munita expugnarem.

Tu me scientia rei militaris instruis atque ornas, per te compresbi & fregi maximas opes hostium, qui vixilla ratione vinci posse videbatur, ope tua semper defensa, & conservata est salus mea. & cum fractus pondere calamitatum iamiamque procumberem, misericordia tua non medd sustentauit me, sed etiæ opibus, gloria, dignitate, bonis denique omnibus auxit & ornauit.

Quoties in eas angustias incideram, ut iam non haberem, vbi vestigium facerem, nullaque fugienda mortis spes ostenderetur, nisi tu miseratus in commoda mea laboranti succurrisse: toties tu domine viam peribus meis laram effecisti, tu me in tuto & tranquillo collocaisti, & tantum reboris & firmitatis addidisti, ut nulla vis inimicorum posset me prosteruere.

Quoniam mixta ope tua illos in fugam præcipites dedi, fugerunt, sed non euaserunt manus meas, illos ego ad unum concidi, & cum gente & nomine funditus deleui,

Cæcidi eos, nec potuerunt obſſistere: abiecti, prostrati, mis̄que viribus fracti iacerunt emnes qui cunque bellum mihi facere conati sunt.

Per te factum est dominus, ut hostes mihi tergadarent, sequæ fugæ metu per territi mandarent, & occisione occiderentur.

Vociferantur illi quidem, sed nemo subſidio veniebat, implorabant dominum, sed ille oculos & aures auerterat.

Ut puluerem diſpat ventus, ut lutum platearum populus conculcat: sic hostium copias protraxi ego, sic omnes ad unum diſpici, diſpauque.

Liberaſſi me tandem ſeditionibus popularium meorum, à quibus acerbissime exagitatus sum, im perio meo ſubiecisti Palestinos, alia que finitimas nationes.

Exteræ gentes ſeſe mihi dederunt, & fama nomini mei permotæ ad fidem meam coſfugerunt.

Alienigenæ bello domiti coacti ſunt ſpecie praefere benevolentia, & voluntaria ſeruitutis, quanquam inimicissimos animos gerebant.

Alienigenæ debilitati & fracti ſunt, ut iam mihi obſſistere non poſſint: & quāuis mēnibus & munitionibus ſepti formidant opes meas.

Vuat dominus, propugnator & ſeruator meus ab omnibus gentibus angustiæ ſanctique colatur, & venerabile nomen eius hymnis celebretur.

EXPLANATIO IN LIB.

Dominus iniurias meas persecutus atque vltus est, dominus imperium meum longè latèque proponuit, dominus eripuit vitam meam ex ore et fauibus immanium barbarorum: ex quo magis illi me deprimere conatis sunt, hoc magis ipse gloriam et opes meas extulit, idemque a tyranno importuno ex violento salutem meam tutatus est.

Cum itaque domine tanta sint tua erga me beneficia, immortales tibi gratias semper agam, quin etiam tempus erit, cum laudes tuae inter exteras nationes praedicabo; atque hymni mei, omnibus omnium gentium te nplis celebrabuntur.

Tu domine non me conferas modum, et ab omnibus inimicorum iniurias defende, verum etiam illustra, et apud omnes gloriosem hanc salutem effici: neque salutis et laudis mea solùm rationem habes, sed etiam posteris meis pro tua singulari misericordia consulis et prouides, ut eorum deus ex gloria sit immortalis.

ARGUMENTVM. PSAL.

XI X.

EA est rerum naturæ pulchritudo, tamque admirabilis ordo, & dispositio, vt nemotam barbarus sit, aut à natura tam male informatus, quin rerum excellentiam contemplans possit ad notitiam dei, co-

PSALM. CVM PARAPN. 95

gitatione per duci. Ab his naturæ principiis orta est lex, quæ omnibus genitibus suaderet religione, & iustitiâ, ceterasque virtutes, quibus societas humani generis contineatur: eamque legem summus pater in animis omnium mortaliu[m] ita inscripsit, ut nemo diuina religionis, & humani officij ratione negligens possit excusatione erroris, & ignoratio[n]e vitiū & impietatem suā tegere. Sed cum mortales paulatim spatio temporis falsis opinionibus depravati in maximos errores incidunt, & quæ soli deo cultu, & honoré tribuere debebat, nō solum hominibus, sed etiā bestijs, & lapidibus, aliisque rebus inanimatis adhibuissent, se legit deus nationē sibi, à qua pie, sancteque, coleretur, eique per Mosen ceremonias, ritusque sacrorum, & viuendi iura prescripsit. Et hæc quidem lex scripta, superior vero illa naturæ lex ab omnibus appellata est. Itaque vir sanctus hoc hymno cognitionem dei, quæ percipitur ex vtraque intelligendatione, ex contemplatione scilicet rerum naturalium, & ex studio sanctorum literarum.

Victori, Psalmus David XI X.

Cœli enarrant gloriæ dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei erudit verbum, & nox nocti indicat scientiam.

E X P L A N A T I O N E

Non sunt loquela, neque sermones, qui
bus non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum, &
in fines orbis terra verba eorum.

Soli posuit tabernaculum in eis, & ipse
tanquam sponsus procedens de thalamo
suo.

Exultauit ut gigas ad currendam meam
ab extremo celo egressio eius.

Et recursus eius usque ad extremum eius
nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex domini in maculata conuertens animas,
testimonium domini fidele, sapientiam
præstans parvulus.

Mandata domini recta, lætificantia cor
præceptum domini lucidum, illuminans
oculos.

Timor domini sanctus, permanet in se-
culum seculi, iudicia domini vera, iustifica-
ta simul.

Desiderabilia super aurum, & lapidem
pretiosum multum, & dulciora super mel, &
fauum.

Etiam seruus tuus admonetur per ea, in
custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelliget ab occultis munda
me, & a superbiis prohibe seruum tuum,

N e d o m i n e n t u r m i h i , t u n c i m m a c u l a t u

P S A L M . C V M . P A R A P H . 96

cro, & purus à scelere grandi.

Sint accepta eloquia oris mei, & medita-
tio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

E X P L A N A T I O N E

Cœli enarrant. Significat ipsis verbis, unum-
quaque ex celestium rerum contemplatione fa-
cile pervenire ad notitiam dei.

Dies dici. Si quis diem diei comparet, et no-
titem notitii, corumque vici studines, ac certum or-
dinem perpetuamque constantiam animaduertat,
facile perspicit, tantorum operum laudem fortu-
ne ac temeritati non esse tribuendam, sed aliquem
praesesse, qui haec omnia summa sapientia mode-
retur, atque conseruet. Hoc modo interpretan-
tur hunc versiculum apud nostros Eusebius Cæ-
sariensis, et apud Hebraeos Salomon explanator
illustris.

Non sunt loquela. Significat ipsis verbis, nullâ
nationem esse tam immanem et barbaram,
qua celestium rerum excellentiam contemplans
non possit ad notitiam dei cogitatione perduci.
Sed Symmachus, ut refert Theodoretus, ita
vertit hunc versiculum ex Hebreo, Non sunt lo-
quela, neque sermones, quorum non audiantur
voces; neque dissentit d Symmacho apud Gra-

EXPLANATIO IN LIB.

cos illa, quæ nominatur editio vulgata. Quid vero subiungitur, In omnem terram exiit sonus eorum, fidelibus. Aquila vertit ex Hebreis διενόν δύται, id est regula eorum est autem sensus, hæc opera miserabilia nequam vita mortalium loqui, aut ullam vocem humanam emittere, quæ ad omnes terrarum oras peruenire non potest, sed orationem eorum vel grauis simam esse immutabilem ordinem, et dispositionem, et structuram tanquam ad regulam factam, et lineam respondentem, quæ eorum oratio cunctis terrarum finibus exauditur, et uniuersos mortales ad cultum, et venerationem dei mirabiliter accedit, et quoniam earum rerum, quæ aspectu sentiuntur, nihil est tam præclarum, tamque diuinum, quodque homines tantum admiratione afficiat, quād sol: propterea enim vim et naturam potissimum considerandum proponit, qua magis elueat sapientia dei, tanquam operis et munieris effectrix.

Et ipse tanquam sponsus. Pulchritudinem solis comparat sponso, vim et impetum gigantum.

Ab extremo celo. Ereditur enim sol ab extremo oriente, et incitat finem celi stellarum conuersione fertur ad extremum occidentem.

Lex domini. Satis erat tantarum rerum spectus, et contemplatio, ut earum effectorem, et moderator em agnosceremus deum: ea tamen

men fuit benignitas dei, ut ad hanc præclararam intelligendi rationem adheret etiam leges suis manibus scriptas, quibus homines errantes ad viam veritatis restocaret, atque animos a prava consuetudine ad honestas vita rationes converteat. Eas leges vir sanctus varijs nominibus vocat, ut etiam Moses facit.

Testimonia domini. Leges dei sic appellat ex eo, quod ille per has testificatus est; quid exigit a nobis. Easdem ait cognitionem rerum diuinarum tradere parvulis, id est animis simplicibus, sequi summis gerentibus: quoniam nullus est sapientie locus in hominibus imparis, et superbus.

Timor domini sanctus. Sic nominat leges diuinas, propterea quod illæ mentes religione sancta imbunt, atque in hominibus prius timorem parvum et sincerum, qualis solet esse optimi filij aduersus optimos parientes, cum Greci vocant, θλιψιαν, nos reverentiam possumus rite nominare.

Iustificata simul. Id est, omnia sunt pariter aqua et iusta.

Delicta quis intelliget? Dixi (inquit) effervuantibus leges diuinæ magna præmia, et dona esse proposita: sed quis attendens infirmitudinem humanam, et quantum multa peccamus insinuantes, quorum tamen luenda pena sit, nisi deus

illa condonet imbecillitati nostrae, quia hæc animaduertens audeat affirmare, se nulla in re violare præcepta domini. An est alius, qui posset errata cureret animaduertere? qui in tantis tenebris nihil offendat? quem virtutum specie virtutis aliquando non fallat?

Et à superbiis prohibe seruum tuum. Illa vero in primis est detestabilis, atque intoleranda superbia, et importunitas, si quis existimat, seipsum ita obseruantem esse legum diuinarum, ut sele ab omni peccato temperet, neque aliquid committat, quod aliquo supplicio vindicandum sit.

Et pars à scelere grandi. Superbia enim fons, et origo est omnium scelerum, et flagitorum, ut si quis deo fauente ab illius dominatis liber sit, vitam ab omni grauiori delicto puram agere.

PARAPHRASIS.

Cœli species undique syderibus ornata, admirabiles astrorum ordines, ipsorumque diaspares conversiones, et multiplices cursus continenter laudes dei predicanter, et omnes nationes cogunt esse gratias, et pietatem colere, et vim diuinam admirari, eamque dominam et effectricem rerum omnium agnoscere.

Quin etiam dies dier collatus, et nox cum nocte cōparata, et ipsorum alterna accretio et dimi-

natio, certisque ordo, perpetuaque constantia clament atque testantur, taurorum operum laudem fortunæ ac temeritati non esse tribuendam, sed aliquem præesse, qui hæc vniuersa ab initio constituerit, et sempiternis seculorum etatibus omnina moderetur atque conservet.

Neque verò hec opera mirabilia et divine sapientia monumenta sempiterna mortalium ritu loquuntur, aut ullam vocem humanam emittunt, qua ad omnes terrarum oras peruenire nō potest: Sed oratio eorum vel grauißima est immutabilis ordo pulcherrimaque descriptio, et structura tanquam ad regulâ facta, et ad lineam respondens que eorum oratio omnibus terrarum finibus exaudiatur, et vniuersos mortales ad cultum et venerationem dei mirabiliter accedit.

Sed cum omnia diligenter oculi animoque lustraveris, omnium rerum, que aspectu sentiuntur nihil est tam præclarum, tamque diuinum, quedque homines tanta admiratione afficiat quidam sol, qui dux et gubernator est syderum cunctorum, et omnium rerum caducarum salutem et conservatio. Quæ verò species aut iucundior, aut vsu pulchrior sepe oculis offerre potest, quidam solis exortis aspectus? qui candore suo splendidissimo tenebras fugat, rebus, colore, affert, celum, maria, terras exhilarat, et insatiable quadam latititia et volupitate omnium

animantium oculos atque animos compleat, ut eleganter possit eius pulchritudinem & iucunditatem comparare formosissimo sposo, vim & impetum giganti siquidem eius circumuersio tanta celeritate ab extrema oriente fertur ad extremum occidentem, atque inde ad dextrum celi regionem reuoluitur, ut uno integro circuitu diem noctemque conficiat, modis sublimis pulcherrimos radios nobis ostentans, modis sub pedibus ab oculu nostris oblitescens, ac regiones aeris longè latè que occupans, neque locus est, quo fulgor eius non perueniat. solen in omnia terrarum opera flammis radiantibus lastrat, & mundo salutarem largitur, & maxime vitalem calorem, cunctas naturas augentem, nutrificantem sensuque afficiensem: ex quo factum est, ut homines decti hanc pulcherrimam stellam, appellarunt parentem atque altricem omnium rerum fragilium & caducarum.

Satis profectò erat tantarum rerum aspectus & contemplatio, ut earum effectorem & moderatorim agnosceremus decum: ea tamen fuit benignitas dei, ut ad hanc præclaram intelligentiam adderet etiam leges suis minibus scriptas, quæ homines palantes & erroribus turbulentu implitas ad viam veritatis reuocarent, atque animos à praua consuetudine ad honestam vita rationes conserterent. & vita & virtutum

omnium leges magistri, & in caelum duces & impie superstitionis expaltrices, quanam per illum deum, qui vos tudit, aut vis ingens, aut libertas eloquentia, perinde ac de nobis meritæ efficiat, collaudare vos posse? Per vos maximus ille coeatum atque hominum pater & rex testificatus est, quid exigeret a nobis, quidve faciendum, frigidiante foret, ut ad vitam beatam & immortalē peruenire possemus. Per vos ille cognitorem rerum diuinarum tradit animis simpliciis, seque summis se gerentibus, nullus enim sapientia locus est in hominibus impuris aut superbis.

Vestra præcepta & monitiones iustitiam & pietatem docent, exhilarant animos, inanes timores & solicitudines pellant, aciem mentis illustrant, ut posset intueri, quæ via ducat in caelum.

Vos mentes hominum religione sancta imbuitis, & reverentiam aduersus deum, timoremque ingeneratis castum & pium, qualis solet esse optimi filij aduersus optimos parentes. Iisque timor animos priorum ab omnibus miraculis puros integrisque conseruit, & migrantes e corporibus sequitur in caelum sanctitatis cimes simpiterius. Vos optimæ atque sanctissimæ leges doctis iudicio & ratione cuncta agere, vos summa justitia & veritate indicatis, quibus premis

EXPLANATIO IN LIB.

boni sint afficiendi, quibusve suppliciis mali.

Itaque nulla imperia, nulla copia, nulla voluptates cum vestris opibus & delectationibus sunt conferenda. Quis enim cogitatione complecti, nedum verbis explicare possit, quæta sint gaudia, quæta voluptates animi vestrae præceptant, & vitam celestem in humano corpore imitantis? Sæpe fit, ut quemadmodum gustus disensus aliquo morbo depravatus mel indicat amarum: si animi sensus falsis & pestiferis opinionibus corruptus, præceptiones vestras natura suauies & iucundas repellat, & in luto libidinum & flagitorum volvatur.

Sed quidam volent, imp̄y contemnunt extensis leges Dei, ego certe percepta iam ipsorum dulcedine ac suauitate attentum animum ad earum admonitiones semper teneo, atque in iis colendis omnem curam & diligentiam ponō. Nimirum quisquis ad extremum spiritum eas leges diligenter obseruarit, præmia tanta consequetur, quanta vis nulla orationis explicare unquam poscit, neque enim aspectu oculorum comprehendi, neque auribus percipi, neque illa cogitatione queunt adumbrari, quæ paravit deus pie colentibus se. Neque tamen viri sancti, ut legibus animis pareant s̄p̄ mercedis adducuntur, aut cogitatione, quantum illa res utilitas sit ha-

PSALM. CVM PARAPH. IO

bitura: sed accensi pulchritudine virtutis & amore divino flagrantem amorem ipsum uberrimè fructus loco ducunt, & si s̄ f̄ es omnis premiorum adimatur, non tamen ardor ille charitatis aliqua ex parte se remittat, aut animus cibam causam minus in officio perfueret. At quo magis in amando & colendo deo ab omnimecerdis cogitatione absunt, eo se digniores parant, qui maximis donis & honoribus decorentur. Sic virtus inter bonos amicitiam conciliat, commoditates deinde plurimæ & maxima consequuntur, & si amandi ratio ab utilitatis fonte non manaret.

Sed quamquam obseruani legum diuinarum tanta præmia & dona proposita sunt, quis tamen attendens infirmitatem humanaam, & quam multa peccamus insidentes, quorum tamen lucida pena sit, nisi deus illa condonet imbecillitatē nostrę, quis hec animaduertens audeat affirmare, se nulla in re violare præcepta Domini? An est aliquis, qui posset errata cuncta animaduertire? quis in tantis tenebris nihil offendat? quem vitium specie virtutis aliquando non fallat? Itaque pater optime pro tua insinua misericordia omnes maculas oculas & latentes elue manus tuis ex animo meo, ne quid in eo resideat impurum, & tuis oculis castigans indignum.

Mij

EXPLANATIO IN LIB.

In primum illud etiam atque etiam vehementer obsecro & obtestor, ut qui constantiam mihi praestitisti ad ferendas fortis animo calamitates, idem modestiam conferas yebus ad voluntatem meam nunc fluentibus, quod arrogantiam faustiam, superbiisque fugere possem, neque enim domine sum nescius, ut animi sum misericordia caput est ad pietatem, sancte que viendum ita nullam destabiliorum esse pestem, neque capitale, quoniam superbiam & importunitatem, ex quibus tanquam stirpibus ceterae omnes scelerum & flagitorum pestes pollulant, qua pulcherrima illa semina virtutum nostris ingenii innata adolescere non sinunt. Proinde quo quisque magis se demittit, ad altiorem dignitatis gradum a te perducitur domine: qui vero opinioribus inflati, sibi que praesidentes animos in altum sustulerunt, precipites ad ima deturbantur, & in maxima miseria obscurari, despiciuntque iacent, cuius rei testis est calanitas Luciferi, qui de celo deiectus grauiissimas arrogantiæ penas dedit, & ad infinitum tempus dabit.

Vt in hac carmina mea, & quicquid aliud scribo & loquor, & cum animo meo tacitus cogito, tibi per gratum, acceptumque sit pater optime atque sanctissime, qui pro mensa benignitate tua semp subuenis imbecillitati meæ meæque de omnibus periculorum casibus eripis, atque

PSALM. CVM PARAPH. ICI
animum meum seruitate misera oppressum redi-
mis, & ab omni vitio ac impunitate liberas.

ARGUMENT. PSAL. XXX.

Opulus regem ad bellum difficile proficit, votis, & faustis omnibus pro se quirit. Hac formula supplicandi, nos etiam cōmodè utemur, si quando deus nobis principem piū & religiosum dederit, pro cuius salute & imperio sint vota facienda. Cum verò multa bella difficultia gesserit David, nullum tamen periculosius eo fuit, quod gestum est cum Ammonitis: quorum quam magna fuerint copiae, vel hinc possumus iudicare, quod uno prælio cæsa sunt ex iis equitū militia 40. totidec peditū, currū captorū numerus fuit miliū 7. Itaque nonnulli opinantur hoc bellū grauissimum atq; horribilē, appellari tempus calamitosum & difficile, à viro sancto in principio carminis. Nos vero hæc eiusmodi rerum vestigationem nimis curiosam, & parum utilē existimamus.

Vt hæc Psalmus David, XX.

Xaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sanctuario, & defensio tueatur te.

EXPLANATIO IN LIB.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocatium tuum in cinerem conuertat.

Tribuat tibi secundum cor tuum, & omnne consilium tuum impleteat.

Lætabimur de salutari tuo, & in nomine dei nostri vexilla extollemus.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

Nunc cognoui, quod saluum fecit dominus Christum suum.

Exaudiens illum ex celo sancto suo in potentia salutari dexteræ suæ.

Hi in curribus, & in equis: nos autem nomine domini dei nostri inuocabimus.

Ipsi succubuerunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erexit fumus.

Domine salua nos, rex exaudiet nos in die, qua inuocauerimus.

EXPLANATIO.

In cinerem conuertat. Id est, victima, quam pro victoria adipiscenda immola, illi sit gratia & accepta. Hæc orationis exornatio sumpta est ex historia Mosis, cuius hostiam celestis ignis absumpserit.

Lætabimur de salutari. Nunc quidem in uersam civitatem periculū tuum sollicitam habet; at cum in conuictu & vicerit in bello reuenterit.

PSALM. C V M P A R A P H . 101

omnia plausu lætitia que, & gratulatione perso nabunt; ja enim significat, cum ait, vexilla extollemus.

Nunc cognoui. Populus inter pias & castas precatrices diuino spiritu afflatus vaticinatur, regem suum bello superiori fore.

Hi in curribus. Hostes nostri curribus, & equorum vi, ac multitudine confidunt, nos autem salutem nostram sanctissimi numinis imploratione munierimus.

Rex exaudiens nos. Sic appellat deum, significans, non Davidem, sed illum esse verum populi regem.

P A R A P H R A S I S .

Avidiat deus opt. max. preces tuas his tempore difficultissimis. Te vis & potestas Dei tueatur, qui Iacobum multis & maximis periculis liberauit.

Respiciat ille periculum tuum & sanctissimo templo suo, teque saluum & victorem reducat ad prælio.

Gratiæ tibi referat pro sanctitate, quam semper declarasti victimis castè pieque malitandis: quāmque hostiam pro adipiscenda victoria nunc immola, ea sit eius animo acceptissima, illamque delapsa de celo flamma consumat.

M. iij

EXPLANATIO IN LIB.

Adgit dominus incepit omnibus & conatibus tuis, ut quicquid optas, quicquid aggrederis, tibi succedat ex sententia: nihil enim a te proficiatur vñquam, nisi rectum & pium.

Nunc quidem vñiversam ciuitatem periculum tuum sollicitam habet optime rex, atque cū in calamitate bello reuertaris, omnia planis, letitiisque & gratulatione personabunt.

Inter pias & castas precatione ea signa dedit summus pater, ut plane intelligamus sanctissimum fortissimumque regem hostibus casis, furgatisque, urbem trophyis & triumphis ornatus rum esse.

Audiet dominus eius sanctas preces & supplicem respiciet eū sempiterno domicilio numinis sui, & dexter & salutari pro rege fortissimi propugnabit.

Confidant hostes curribus, equorumque vi & multitudine: nos certe salutem nostrā augustissimi numinis imploratione munemus.

Quid vobis profuit oī barbari tantus apparatus bellicosus de curribus & equis deuesti effis, vos terrā nostrā vestris corporibus strauistis: et nos deus noster afflictos & iacentes erexit, & victorie munere pulcherrimo afferit.

Tu domine salutem nobis attulisti, & precibus nostris te facilem ac lenem prebuisti. Hac eadem quæsumus utere misericordia in reliquum

PSALM. CVM PARAPH. 109

tempus, ut omni metu liberatis, placidae, quiete, & que vitam degamus pietate & institū colentes. Continget nobis, quod preciamur, maximus enim ille mūdi rex populo suo semper placatus, & propitius erit semper ille ciuitatiē nostrā ab impiis gentibus saluam incolumentque seruabit.

ARGUMENT. PSALM. XXI.

Celebratur his carminibus victoria, & regnum Christi sempiternum, ut etiā Iudei confirmant: sed hunc illi venturum sperant, nos venisse, & hominibus piis adiutum ad cælum aperuisse non ambigimus. De codem vaticinatu est item Daniel foread eam his verbis: Ecce inter nubes quidam humana specie ac figura veniebat, & usq; ad veterissimum illum penetravit, in cuius conspectum adductus amplissimo regis honore ac nomine affectus fuit, itaque omnium terrarum nationes servient ei, potestas eius sempiterna erit imperium eius nullā vñquam vi aut vetustate delebitur.

Victori, Psalmus David. XXI.

Domine in virtute tua letabitur rex, & in salutaris tuo exultabit vehementer. Desiderium cordis ciuii tribuisti ei, & vor-

Iunctate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus bonitatis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudo dierum in seculum seculi.

Magna est gloria eius ob salvare tuum, gloriam & magnum decorum impones super eum.

Quoniam pones eum benedictiones in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio eum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi, non commouebitur.

Inueniet manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inquiet omnes qui oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore iræ tuae, dominus in ira sua disperdet eos, & deuorabit eos ignis.

Frustrum eorum de terra perdes, & seminas eorum à filiis hominum.

Quoniam interderuat tibi mala, cogitauerunt confilia, quæ nō potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum, & funes tuos diriges contra facies eorum.

Exaltare dominic in virtute tua, cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

EXPLANATIO.

Domine in virtutem tuam. Tua (inquit) operæ franget potentiam inimicorum, & per te conservatus vita fruetur immortali.

Voluntate labiorum. Hac est, nihil ille unquam à te petuit, quin impetraret, & amplissimis virtutis beneficiis auctus, & ornatus est; hac enim significat, cum subiungit, præuenisti eum in benedictionibus bonitatis.

Posuisti in capite eius. Id est, eum constituisti regem cœli, ac terrarum.

Vitam petiit à te. Ut felicet à morte, reuocatur ad vitam immortalem.

Quoniam pones eum benedictiones. Id est, bonis omnibus, & illis quidem sempiternis eū cumulabis, simili locutione vittur etiam Moses in genesi, cùm deus Abrahamo dicit, benedixi tibi, & magnificaui nomen tuum, & esto benedictio. sic enim videntur est ex Hebreo, & Esaias, exiit (inquit) Israel in medio terræ benedictio, id est, omni bonorum genere circumfusa.

Lætificabis eum. Quia, enim Christus homo est diuinatae conuenientiae cateris omnibus, hoc eam clarius intuetur, & maiorem ex ea re iucundatatem, & letitiam capit.

Inueniet manus tua. Hac tensus imperium, ex immortalitatem Christi celebravit, nunc praedita pœnas impendentes inimicis eius.

EXPLANATIO IN LIB.

Fructum eorum. Nec solum (inquit) absam-
tur ipsi, sed etiam stirps corum impia fundit
tolletur. Hunc enim fructum, & semen appellat,
ut sentit Theodoreius.

Pones eos dorsum. Id est precipites in fu-
gam conuicies, & terga dare ceges.

Et funes tuos. Vertent illi quidem terga tua
sagittis vulnerati, sed tu fugientibus te te obiici.
& in ora illorum mortifera tela torquebus. Fu-
nes autem pro arcis appellauit : ea est orationis
exornatio, qua res tota aliqua de parte cogni-
scitur. Sagittas autem ex ignem consuetudine
terarum sanctorum penas interpretamur, qui
bus impios afficit deus.

Exalte domine. Id est, declaravim, & pa-
testatem tuam imperio Christi dilataeo, &
aduersariis eius opprimendis. Ceterum si quis ea
qua continentur in versibus, non solum ad Chri-
stum, sed etiam ad ipsum Davidem, qui illum in
seipso adumbravit, accommodare velit, cum hoc
ego non contenderem: Nam Deus Davidem ad re-
giam extulit dignitate, & omni bonorum gen-
ere cumulauit, & grauiissime uirtus est omnes
qui domi, vel foris contra scismatarm ferre con-
ti sunt. Haec autem de rege predicanter hochy-
mo, non quam verisiculus ille nequaquam Dan
dicouenire videtur, Vitam perit a te, & tra-
basi ei longitudinem dierum in seculum secu-

PSALMUS V. PARAPHR. 105

Sed nonnulli interpretatur, hanc esse hyper-
bole, que significet, regem usque ad extre-
mam enectuam vitam perdutum. Ego ve-
rò libertius crediderim, his versibus descriptam
esse perpetuitatem aui, quo beati fruuntur in ce-
lo, qui in corporibus humanis vitam diuinam co-
luerunt.

EXPLANATIO.

M. Axime omnium rerum domine, maxi-
mam regi letitiam dabis, hostibus tuis
figatisque : neque solum v. etoriam illi, sed aeterno-
itatem etiam immortalitatēneque donabis.

Nihil ille unquam à te petitus, quim impetra-
ret: & amplissimis ultra beneficis auctus, & or-
natus es.

Cum primum enim in lucem editus, & suscep-
tus fuit, celestibus & diuinis spiritus sancti mu-
neribus illum cumulasti: neque id solum obtinuit,
vt à morte renocaretur id vitam immortalem,
sed coelum atque hominum & inferiorum mo-
derator & dominus constitutus est.

Nihil ad decus & gloria poterat expeti, quin
à tua benignitate consecutus sit, quid enim tam
preclarum, aut magnificum, quarr in solio cœ-
lesti ad dextrum latu maximi numini confi-

EXPLANATIO IN LIB.

dere, confortem & socium factum imperij semp-
terni, & nomine illo augustissimo affectum, quod
ceteris omnibus nominibus antecellit.

Itaque bonis omnibus, & illis quidem scimpia-
nis locupletatus est, & perpetuas voluptates, & gau-
dia percipit ex iucundissimo pulcherrimoque aspe-
ctu tuo. quo enim diuinitati coniunctior est car-
ris omnibus, hoc illam clarius intuetur, & mai-
orem ex ea re iucunditatem & letitiam capit: cum
que omnem spem suam fixerit in deo eius imperiu-
m stabilitetur, ut nullis oppugnationibus hostium fra-
gi, aut labefactari queat.

Profectò rex fortissime non evadent ex manibus
tuis homines impii: omnes ad unum capientur, &
vini ac mortui suppliciis eternis mactabuntur.
At est uerbi clausis rapidus fornacibus ignis: sic
lic estu & penarum acerbitate iactabuntur, qui
primum supplicij tempus aduenierit, atque ut suppeli-
lum vorax flamma consumit, sic nefarios & confe-
leratos ira tua funditus delabit: neque solùm abf-
mentur ipsi, sed etiam stirps eorum impia pariter
omnime tolletur.

Auspicie esse homines amentissimos contra salu-
tem as dignitatem tuam arma ferre? & plena fu-
roris & iniuriantatis consilia inire, que nulla ordi-
tione potest una explicare?

At tu precepites eos in fuzam dabis, & ter-
ga dare coges: revertent illi quidem terga tuis sa-

PSALM. CVM PARAPH. 106

giris vulnerati: sed fugientibus tete obiiciens, &
in ora illorum mortifici tela torquebis.

Declarat dominus vim, & potestatem tuam im-
perio Christi dilatando, & aduersariis eius op-
primendis. Nos interim perpetuis hymnis, & lau-
dibus prosequemur magnitudinem tui numinis
& potentiam, que terroriam diaboli tyramni-
dem euertit, & viam nobis munisit ac patefecit
in celum.

ARGUMENTVM PSAL.

XII.

Christum Deum loquentem inducit, ac
tormenta & cruciatus acerbissimos,
quos ille salutis nostra causa pertulit, ita
persequitur, & singulatum enarrat, ut non
multis ante seculis vaticinari, sed rem geste
se praesente videatur exponere. Praedicit e-
tiam eius ad vitam revocationis, atque omni-
um gentium salutem. Inscriptus autem
hymnus pro cerua matutina, propterea q
ut cerua canum vi exagitur, sic Iesu matut-
ino tempore à rabiosis hominibus dilati-
natus, & in crucem actus fuit. quocirca sec-
undum atq; iterum queritur in his carminibus,
se à canibus circumfederit.

EXPLANATIO IN LIB.

Victori præcerua matutina,

Canticum David.

Psalmus XXII.

Deus meus, deus meus quare me depet
liquisti longè à salute mea verba rugi-
tus mei.

Deus meus clamabo per diem, & non
exaudies: & nocte, & non est silentium mei.

Etu sanctus habitator, hymnus Israe-
lis.

In te sperauerunt patres nostri, speraue-
runt, & liberasti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in
te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo, op-
probrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me, di-
stenderunt labia, & mouerunt caput.

Sperauit in domino, eripiet eum: saluum
faciet eum, quoniam diligit eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ven-
tre, spes mea ab ubribus matris meæ, in te
proiectus sum ex utero.

De ventre matris meæ deus meus es tu
ne discolleris à me.

Quoniam tribulatio proxima est, quoniam

PSALM. C V M P A R A P H. 107

non est, qui adiuuet.

Circuadederunt me vituli multi, tauri
pingues obsederunt me,

Appuerunt super me os suum, sicut leo
rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt
omnia offa mea.

Factum est cor meum tanquam cera li-
quescens in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua
mea adhæsit fauicibus meis, & in puluerem
mortis deduxisti me.

Quoniam circuiderunt me canes mul-
ti, confilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos, di-
numerauerunt omnia offa mea.

Ipsi vero considerauerunt, & inspexerūt
me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super
vestem meam miserunt sortem.

Tu autem domine ne elongaueris te, for-
titudo mea in auxilium meum festina.

Erue à phramea deus, animam meam, &
de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à cornibus uni-
cornium libera me.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in
medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timeris dominum, laudate eum, vni-

N

EXPLANATIO IN LIB.

uersum semen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne semē Israel, quoniam
nō spreuit, neque despexit deprecationem
pauperis.

Nec auertit faciem suam à me, & cum de-
marem ad eum, exaudiuit me.

De te hymnus meus in ecclesia magna
vota mea reddam in conspectu clementium
eum.

Edent pauperes, & saturabuntur, & la-
dabunt dominum: qui requirunt cum, vis-
cordia eorum in seculum seculi.

Reminiscetur, & conuertetur ad domi-
num vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius vniuersa
familia gentium.

Quoniam domini est regnum, & ipse do-
minabit gentium.

Manduauerunt, & adorauerunt omnes
pingues terræ, in conspectu eius genua fle-
gent omnes, qui descendunt in terram.

Quoniam animam suam non vivificauit
semper seruieret ipsi.

Annumerabitur domino in generatione
venient, & annuntiabunt iustitiam eius po-
pulo, qui nascetur, quoniam fecit.

EXPLANATIO.

PSAL. CVM PARAPH.

168

Pro cerua matutina. Inscrifitur ad hanc mo-
dum hymnus, propterea quod ut cerua canum vi
exagitatur, sic Iesu matutino tempore à rabiōsis
hominibus dilaniatus, & in crucem actus fuit,
quocirca semel, atque iterum queritur in his ver-
sibus se de canibus circumfideri.

Deus meus, deus meus quare me dereli-
quisti? Cum Iesu Christus duplice natura sit,
nemini mirandum accidere debet, si multa eius
rum dicta, tum facta referantur tanquam homi-
ni, & mortali. Hos autem clamores, & lamenta-
bles voces incredibilis magnitudo cruciatus
expressit: cum enim innocentissimus dominus pec-
cata, & sceleris vniuersi generis humani pro suis
agnosceret, eaque supplicio, ac sanguine suo lue-
ret, & qua tormenta nos commerrieramus, ac
tormenta omnia ipse pro infinita bonitate sua fu-
sineret, tantas acerbitates, tantosq; dolores per-
pessus est, quantos nemo vñquā cogitatione com-
plecti, nedum verbis explicare posset: ut non im-
merito mortalitas ipsius à deo se derelictam ex-
clamaret, quippe quæ angoribus intolerabīs nulla
consolatiō adhibita conficeretur.

Longe à salute. Id est, processit mea magnis
clamoribus effusæ nullam mihi salutem afferunt,
neque iam quicquam proficio præsidium dei im-
plorando.

Et tu sanctus. Promiserat deus, se commo-
N y

naturum apud gentem Hebreos, & bonis per
petuo praesidio, ac ornamento futurum. Itaq; illi
promisi ad monens ait, Tu certe custos huius san
ctae ciuitatis es, tu eiusdem habitator, scis de ho
minis, te caecus piorum semper cecat, tibi semper
gratias agit adiutus, & conseruatus, & omni
bus bonis auxiliis, & ornatus: vtere igitur solus
misericordia, succurre laboranti, & querelam ad
datoris, & cultoris tui supplices exaudi.

Sperauit in domino. Hac pronuntiabant
principes sacerdotum illudentes, ut est in Euangeli
o Matthaei.

Tauri pingues. Ita vocat Iudeos homines
instar taurorum pinguium petulantes, & effe
ratos.

Sicut aqua. Hoc ait ab effusionem sanguinis,
qui confosso multis vulneribus corpore totus iam
effluxerat.

Fæcum est cor meum. Simile est illud ex li
bro Iosuæ, pertinuit cor populi, & instar aqua
liquefactum est.

Aruitque quam testa virtus mea. Id est, vs
membrorum defecta sanguine, & omni succo
vituli.

Vnicam meam. Meam inquam animam so
litariam, ut veritatem Hieronymus, & omni ope
desolutam.

Et à cornibus unicornium. Sic appellat ho

mines immaues, & fero! Monoceros enim ani
mal est asperum, & violentum, quod affus cere
ad homines, & mansueti non potest.

Narrabo. Cum me (inquit) liberaueris, & ad
vitam reuocaris immortalem, memor ero tantib[us]
neficiis, t[em]p[or]e, ac tuum sanctissimum nomen cele
brabo inter omnes nationes, fratres enim vocat
Christianos, ut pote filios dei, & cohæredes suos:
vnde illud Pauli, Ut scripsit primogenitus inter
multos fratres. & ipse dominus in euangelio Io
annis Marie Magdalene dicit, vade ad fratres
meos, & dic eis, ascendo ad patrem meum, & pa
trim vestrum. Hunc autem versiculum sub perso
na Christi dictum esse, testis est Apostolus in
Epistola, quam scribit ad Hebreos.

Qui timetis. Intelligens se liberatum iri, iam
fratres suos excitat ad canendos hymnos, & gra
tias, agendas patri rerum omnium præpotenti.
& quoniam Ecclesia ex Iudeis, & reliquis na
tionibus constituta est, utroq; nominatim adher
etur, alteros semen Iacobi appellans, & quo pro
gnati sunt: alteros ab animi virtute, & religio
ne denominas: timetes enim deum appellabatur
a Iudeis, qui relictis falsis diis religioni pie, &
sancte adhaerabant: vnde legimus Psam. 114.
Benedixit domui Israel, benedixit domus Ad
aron: benedixit omnibus qui timet Dominum. &
Petru[m] in Actis Apostoloru[m] viri, inquit Israel.

EXPLANATIO IN LIB.

line, & qui in vobis timent deum.

Vota mea reddam. *Hymnos significat, quos deo voverat, si vita restitutus esset: laudatur autem a Christo deus continenter per Ecclesiam sanctam, cuius ipse caput est.*

Edent pauperes. *Predicit explicatus salutem gentium, quae falsos & commentitios deos colebant: eas quidem pauperes appellant, ut pote religione, & bonis animi carentes, quae vera, certaque diuitiae sunt habenda: sed etiam beati pauperes spiritu, & qui eserviunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, saturabuntur autem doctrina dei, & pane illo viso, qui e cœlo descendit, quo vescentes vivent in perpetuum.*

Reminiscentur. *Mortales oblii erant dei dum falsis opinionibus inducti diuinitatem tribunnt rebus creatis, sed doctrina dei, & Apostolorum monitis excitabantur ad pietatem, & veram religionem amplectendam.*

Et adorabunt omnes pingues terræ. *Sic vindetur appellare reges, & principes, qui & ipsi deum agnoverunt, & imperio Christi sepe ultra subiecerunt.*

In conspectu eius genua flectent. *Id est, eum colent, & venerabuntur vsiuersi mortales, qui in terram & puluerem dilabuntur. & iure quidem hunc illi honorem habebunt, quando ipse mortem acerbissimam non dubitanit oppetere,*

PSAL. CVM PARAPH. 110

vt eos vita efficeret beata, & sempiterna.

Semen seruinet ipse. *Semen (inquit) meū deo se ē in seruitutem pie sancteque dicabit, & in eius familia, & gente numerabitur. semen autem suum vocat filios per euangelium conceptos & generatos.*

Venient & annunciarunt. *Nascuntur, qui posteritati prædicens beneficia, & iustitiam dei: Iesus est enim ille iustitia: id est infinita bonitate, ac misericordia, eripiens humanum genus ē manus diaboli, qui miseris crudelissime vexabat, & omnibus iniuriis, & ignominias afficiebat. Ille autem scire oportet, & hoc loco, & scire semper in literis sancti iustitiae dei appellari pro beneficiis, & bonitate, qua ille munifice, prolix, largè vitur in genus humanum: severitas enim iuriis, quae opponitur misericordia, non tam iustitia dei quam iudicium nominari solet.*

PARAPHRASIS.

Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? Preces mee maximis clamoribus effusa, nullam mihi salutem impetrant, neque iam quicquam proficio subsidium tuum implorando.

Dens meus, inclamo dies noctesq; nomen tuum, neque tu aures ad voces meas supplices, & queribundas adhibes.

EXPLANATIO IN LIB.

Tu certe custos huius sanctae ciuitatis es: tu eiusdem, habitator, eiusdem hymnus nihil à te nisi rectum et sanctum manat, te cœtus priorum semper cantat, tibi semper gratia agit, adiutus et conservatus, et omnibus bonis auxiliis, et ornatus. Vt vele igitur solita misericordia, succurre laboranti, innocentis miserere, et querelas laudatoris et cultoris tui supplices exaudi.

Maiores nostri tuae benignitati confidebant, neque unquam opinione falsi sunt.

Nemo de ipsis suppliciter ad te confugit, quin illum unum aliquod auxilium, et numen ostenderet: at me sic deservisti, sic impiorum crudelitatem dedidisti, ut iam non homo, sed vermis esse videar: infirmissimum animal, et contemptissimum.

Omnes, quotquot vident me illudunt, atque insultant in cruciatus et calamitates meas.

Iste, inquit, omnem suam spem in Deo positam habet: liberet ergo Deus illum, quem tam charum acceptumque habet.

Per te Domine eductus ex utero iucundum cœli lumen aspexi, adhuc pendebam ab uteribus matris meæ, cum omnem meam curam, et spem in te uno fixi et locauit.

Cum primum editus in lucem, et suscepimus fui, in tuo sinu conquiens, te semper Deum meum agnoui et predicauit: itaque ne discesseris a me, iam iamque enim imminet mibi mors acerbæ,

PSALM. CVM PARAPH. III

iam omnia exempla cruciatibusque in me crudeliter eduntur, Omnia circumspicio, collusstro oculis omnia, neque usquam cerno qui ullam opem ferat, quemve misereat tormentorum et calamitatis meæ.

Circuscedent me homines immanes, et instar tauorum pinguium petulantes et efferati.

Apertis fauibus appetunt me, tanquam leones preda correpta rugientes.

Iam confosso multis vulneribus corpore totus sanguis effusus, ossa mea luxata, et a suis quæ locis aulsa sunt.

Vt cera tabescit ardore solis, ita cor meum per uore, et panarum aperitatem liqueficit.

Ariuit tanquam testa vis membrorum omni sanguine defecta, et omni succo vitali: lingua ad fauces adhescit praestiti, quam induxit sanguis effusus, et tormentorum acerbitas: neque me vires solam, sed vita iam deficit.

Vt certam canes, ita me homines feri circumfederunt: federunt manus meas et pedes meos, numerari licet omnia ossa mea.

Nemo tam ferus ac ferreus esse debuit, quin cruciatibus meis illachrymaretur: at istis acerbissima tormenta, iucundissimum et insatiabile spectaculum praebent. Partiti sunt uestes meas, inter se tunicam meam forti sunt.

Cum itaque tantis malorum fluctibus oppri-

EXPLANATIO IN LIB.

mar, ne queso domine differ auxilium tuum: & vis, & vnitate spes mea, accurre ad supplicem misericordie tuae, eripe vitam meam de manibus sciarorum, animam meam ab omnibus proieclam & derelictam e canum rabidorum faucibus eripe: extra he me ex ore cruento leonum, defende salutem meam ab impetu hominum immanum & ferorum.

Si preces meas audis, meque ad vitam reuocas immortalem, nullo tempore tanti beneficij memoriam deponam, te semper ac tuum dulcissimum nomen celebrabo inter omnes pios, & cohæredes meos.

Vos ego appello, quicunque relictis falsis diis religioni pure & sanctæ adhaeristis. Vos item appello, qui ab Israele prognati, virtutem & pietatem ciuii emulamini.

Agite omnes canite hymnos deo, immortales gratias agite sanctissimo numini eius, castissima mente veneramini eum, neque unquam intermitte laudibus prosequi vestre salutis authorem & custodem, qui propitius audiuit preces meas: & vita mihi redditia, vobis quoque salutem, & vitam donauit immortalem.

Tu solus Pater optime, atque sanctissime materiam suppeditabis hymnis meis, tuas ego laudes in celeberrimo piorum cōuentu semper canam.

Quæ gentes olim factos & inaneos deos vene-

PSAL. CVM PARAPH.

113

rabuntur, & in summa mendicitate vitam miserrimam trahebant, ut pote religionis, & virtutum omnium egentes, quæ veræ stabilesque diutiae sunt, haec gentes iam copiose & opulentæ fient, iam omnibus bonis celestibus circumfluent, & saturabuntur pane illo viuo, qui de celo descendit, que vescentes vivent in perpetuum, & hymnis sempiternis Deum venerabuntur.

Nimirū mortales obliiti erant Dei, dum falsis opinioribus inducti superstitiones pro religione, res creatas pro mundi creatore colunt: neq; virtutibus solū, sed etiam vitijs diuinitatem tribuunt, sed hinc excitabuntur ad pietatem, & verum sincerumque Dei cultum: & repudiatis diis falsis & commentitys, tibi domine, ceremonias, honores, preces adhibebunt, neque enim tu solus Palestinae principatum obtines, aut res Iudeorum tantum dāministras, sed omnia sola terrarum imperio & ditione sempiterna regis & gubernas, & omnes nationes ad celum, & coetus bona perduces.

Proinde omnes principes & reges edent, & saturabuntur doctrina illa tua, cibisque celesti, sequē libentes sub imperium Christi ditionemque subiungent, vniuersi denique mortales, qui in terram & puluerem dilabuntur, filium dei supplices venerabuntur. cur enim illi salutis & libertatis suæ vindicem & parentem non tolerant, &

EXPLANATIO IN LIB.

diuinis honoribus affuerent qui mortem acerbitissimam non dubitauit occumbere, vt eos vita afficeret in mortalitatem.

Itaq; posteri nostri se se in seruitute illi pli sancte dicabunt, et in eius familia et gente numerabuntur. Nascetur qui posteritati prædicet immortalia beneficia dei. Vt enim est ille infinita bonitate ac misericordia eripiens humanum genus de manibus diaboli qui miseris crudelissime vexabat, et omnibus iniurijs et contumelij afficiebat.

ARGUMENT. PSAL. XXXIII.

Gloriatur se ac sua omnia deo curæ esse, & demonstrat quām beati sint, qui iuste cū fide ac pietate vitā colūt, sēque in seruitute deo dicāt. Honestatur autē hoc carmen, & maxime illuminatur ea exornatione orationis, quām Græci & Ἀλυριανοι, Latini pmutationem vocat, ea sit, vt definiūt rhetores, cum fluxerūt continuae plures trāstiones. Itaq; deū pastorē, sēque ouē facit: quā quidē figurā dicēdi crebro usurpant literæ sanctæ, quicquid enim spectat ad minus & virtutem oprimi pastoris, id omne erga nos à deo præstatur vsque adeo, vt is etiā se se vltro ad mortē obtulerit, quōd nos ab incuribus & rapinis diaboli tueretur. Beatus igitur, qui tā bono, tamq; diligēti pastori se custodiēdū & pascēdū credidit, nihil profecto illi yngquam

deerit, quid enim ei possit abesse, cui semper adest omniū bonorū principiū & sons: quin etiā ipse cæteris prædeste, & maximas utilitates in vita societatem poterit cōferre. Sed pastore ipsum audiamus, de sua diligētia, & felicitate ouī suarum apud Ezechielem ita differentem: En ego ipse quæra oues meas, illasq; vestigabo, vt pastor gregē suū palantem & dissipatū vestigare solet, sic ego vestigabo oues meas & abducā eas ex omnibus locis, vbi dispersæ & vagæ disiectæ fuerant, quo tempore omnia nubibus & obscura caligine tegebātur. Illas educā ē nationibus exteris, & cogā ex omnibus terrarū finibus: illos ego reducam in agros suos, & pascam in montibus Israels propter riūos, & in omnibus agris, in pascuis uberrimis pascā eas, & in montibus excelsis Israels illarū caule & præclara stabula erūt. Ibi requiescēt in herbis virētibus, & in partis lātissimis pascētur Israels. Ego ipse pascā oues meas: faciā, vt molliter acquiescāt, ait omniū rerū dominus deus. quod amissum est, quæra: quod abactū est, reāducā: quod cōfractū est, facile deuinciam: quod infirmū est, corroborabo: pinguē vero ac robustā & valentem pecudem, quæ opprimit imbecillas, exterminabo, & grecem meum pascam ratione & iudicio,

EXPLANATIO IN LIB.

Psalms David XXXIII.

Dominus pascit me, nihil mihi deerit;
In loco pascuae me collocauit.

Iuxta aquas refrigerij duxit me, animam
meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiae pro-
pter nomen suum.

Etiā si ambulauero per vallē vmbrae mor-
tis, non timebo mala, quoniā tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, ipsa me con-
solata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam aduer-
sus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, & calix
meus exuberans est. Sed & bonitas,

Et misericordia tua subsequetur me om-
nibus diebus vita mea,

Et habitabo in domo domini in longitu-
dinem dierum.

EXPLANATIO.

Dominus pascit me. Allegoria est elegan-
tissima, qua Deum pastorem, & que ouem facit:
et frequentissima est in literis sanctis.

In loco pascuae. Ita vocat pascuae uberrima
contemplationis rerum diuinarum, quibus rebus
mentes incredibili cum voluptate pascuntur. Hunc
illud apud Hieremiā, Dabo vobis pastores iuxta
cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina,

PSAL. CVM PARAPH. 114

Iuxta aquas refrigerij. Hi nimiriū sunt fons-
tes uberrimi spiritus sancti, & amoenissima flu-
mina literarum sanctorum. Huius aquae mentio
fit ab Esaiā, & ceteris variis sanctis, & in pri-
mo & Domino in Evangelio Ioannis.

Animam meā. Errabat, inquit, animus meus,
sē; à recta viuendi via auerteret: eum Dominus
conuertit ab erroribus turbulentis, & traduxit ad
obseruationē sanctissimarum legū suarum, idque
fecit propter nomen suū, id est, nulla merita meis,
sed propter infinitam bonitatem suam.

Etiā si ambulauero per vallem vmbrae
mortis. Sic appellat, loca infecta, & periculosa,
in quibus obversatur ante oculos imago mortis.
Itaque significat, se tutela, & praesidio Dei fre-
tum vel in media morte erecto, & tranquillo
animo fore.

Virga tua, & baculus tuus. Virga Domini
corrigit peccantes, bacillum sustentat imbecillos,
vitaque certe res animis piorum utilis pariter &
incunda.

Parasti in conspectu meo mensam. Repe-
tit sententiā primi versiculi, & altera allegoria
illam exornat, id quod sepe fit à scriptoribus no-
stris, similiter atque ab externis: quā igitur men-
sam paratam sibi gloriatur à Deo, ea est mensa
sanctorum voluminum, & contemplatio rerum
diuinarum, qui est unus saluberrimus, suauissi-

EXPLANATIO IN LIB.

musque pastus animorum. Sed Didymus luculentus theologus hunc locum explanans: fortasse, inquit, dum sumus in corporibus humanis, et veritatem per umbras, et caliginem cernimus, oves Dei sumus, herbis que saluberrimis doctrinae ipsius alimur ad aeternitatem: at cum exuti corporibus in colum migramus, et veritatis speciem formosissimam liquido intuemur, itaque sumum illum Deum cognoscimus, ut ab eo cogniti sumus, non iam oves, sed coniuic sanctissimi numinis sumus, atque ad mensam animorum celestium accumbimus delicatissimis epulis extricatae: de qua Dominus in Euangelio inquit, Ego dispono vobis sicut dispositi mihi pater meus, regni, ut edatis et hibatis super mensam meam in regno meo. Hanc igitur mensam viri sancti semper in conspectu habent, et delicias illas celestes pura mentis cogitatione presumunt, ex qua quidem re tantum roboris animis accedit, ut nullis rerum aduersarum fulminibus terreantur, nullis impiorum oppugnationibus frangantur, aut debilitentur. propterea vir sanctus aut hanc mensam a Deo paratam in conspectu tanquam inexpugnabilem propugnaculum impijis oppositum, iobiecatumque.

Impinguasti in oleo caput meum. Didymus dicit, caput pro mente appellatum est, o'leum pro affectu spiritus sancti: ut enim oleum lucem nutrit

PSALM. CVM PARAPH. IIS
laborem leuat, faciem exhilarat: sic ille luce animisouet, mente reficit, cor hominis laetificat, quapropter oleum letitia nominatur Psal. XLV.

Et calix meus. Calix ut supra dictum est, sepe appellatur in literis sanctis quidquid nobis aut boni, aut mali contingit a Deo: itaque calix hoc loco significat scientiam rerum diuinarum, quam vir sanctus precepit, ac honeste viuendo cosecutus erat. Sic Origenes interpretatur hunc locum in commentariis Matthei. Ceterum loquatur ecclesia in hoc psalmo, ut nonnulli veterum arbitrantur, non minus commodam explanationem adhibere poteris, atque adeo simpliciorē: habemus enim Christum Deū pastorem quis uas oves vocat nominatum, et educit eadē ad pascha uberrima, et propter aquam amoenissimam educat nos, a qua etiā renascimur ad vitam celestem, et beatam. Habemus et oleum letitiae, et calicem Domini, et mensam illam mysticam ad quam accumbentes pane celesti, et virtulo saginato saturamur: quae quidem omnia diligenter persequerer, si nihil videbentur explanationis indigere, ac non potius id perspicua esse, ut à quo quis vel imperito possum facile intelligi.

PARAPHRASIS.

Dominus pascit me, quare nihil unquam mihi ad bene beataque viuendum deerit, Is constituit me in pastu letissimis, atque pulcherrimis.

O

EXPLANATIO IN LIB.

mis doctrinæ sue, & in contemplatione rerum diuinarum, quibus rebus mentes incredibili cum voluptate pascuntur.

Propter uberrimos fontes spiritus sancti, & amarissima flumina literarum sanctarum posuit me, quibus in loco oves domini aluntur ad beatam vitam lacte abundantes, & flos pulcherrimos edentes. Errabant animus meus, sequens rectam vi uendi via longè auerterat, eum dominus conuerdit ab erroribus turbulentis & traduxit ad observationem præceptorum suorum: quibus omni pulchritudo virtutis contumet: que fecit nullus meritus meis, sed propter infinitam bonitatem suam. Itaque quicquid mali, aut parum honesti à me commissem est, id omne a falso intemperatus mei; siquid autem recte cogitatum est, siquid honeste administratum, totū id refero acceptum misericordiae Dei, qui mentem mihil bonam donauit, ut regla canarer: & vires, ut canata perficerem.

Cum itaque talem habeam ducem & custodem, me nulla vis periculorum, nulla mortis imago terrabit quid enim mihi mors efficiat vita praesentor: quid hominum improbitas deo propugnante?

Virga tua domine me corrigit peccantem, bacillum tuum suscitat imbecillum, & utique certiores animo meo utilius pariter ac incunda. Quid enim beatissimum, quam bacillo maximi numeri ful-

PSAL. CVM PARAPH. 116

cirquit item vilius, quam virga eiusdem cædit castigat enim dominus quem diligit, verberibus cedit omnes quo scunque sibi adoptat.

Sed dum sumus in corporibus humanis, & veritatem per umbras & caliginem cernimus, oues quidem domini sumus, herbi que saluberrimus doctrina ipsius aluntur ad eternitatem: at cù exuti corporibus in celum migramus, & veritatis specie formosissimam liquido intuemur: itaque sumum illum deum cognoscimus, ut ab eo cogniti sumus, non iam oues, sed coniuia sanctissimi numinis sumus, atque ad mensam animorum caelestium accumbimus delicatisimis epulis extulisti. Hanc i mensam domine in conspectu omnium piorum statuisti, tanquam inexpugnabilem vitam propagulae impii oppositi obiectumque. Has enim dapes celestes, & haec dulcissima pocula viri sancti pura mentis cogitatione gustantes, & suavisissimo sancti spiritus oleo delubiti, tantum firmatit ex ea re comparrant, ut nullis rerum aduersarum fulminibus terreanur, nullis oppugnationibus improborum hominum frangatur, aut debilitentur. Persuasum enim habent præ illis bonis celestibus & sempiternis, à quibus nunquam octolos dericunt, omnes labores & aerumnas huius vite nihil esset. Hanc mensam, has epulas domine etiam ante oculos meos posuisti, quod iniurias inimicorum magno & constanti animo ferrem,

EXPLANATIO IN LIB.

neque ullis incommodis de laetitia & tranquilitate animi depellerer.

Ego verò lata placidaque mente semper ero,
exploratissimū habēs, quod me nūquam derelinquet bonitas & misericordia tua: sed per has
vias vita periculosa ingredientem comitabitur
dies nostreque. & à corpore emigrantem ducet
in domum illam tuam caelestem, omnibus bonis
& gaudios affluentem, vbi tecum habitans beatus
tus auro fruatur sempiterno.

ALIA PARAPHRASIS

Carmine.

Rex calitum' est pastor meus,
Nihil boni deerit mihi.
Vberrimus in pascuis,
Amena propter flumina
Me spiritus sanctissimi
Aura beata recreat,
Dulcique mentem pabulo
Nutrit sue scientie.
Miserrimus animus meus
Dum longius abit à deo,
Errauerat procul à via,
Quæ dicit ad caelestium
Oras beatas, at dens

PSALM. CVM PARAPH. 171

Meæ misertus misericordia,
Benevolentia maxima
Quæfluit illum vltro, & sui
Reduxit ad caulam gregis.
Sisola solus perloca
Inermis eam, ubi plurima
Imago mortis territat,
Interritus perrexero
Custode securus deo.
Ne virga, pastor optime,
Coercet errantem tua,
Ne grauius offendar cadens,
Tuo bacillo fulcior.
Me mensa roboret tua,
Me dulcis exhilarat calix
Tuis, oleo fons tuo.
Nec me pater dulcissime
Per has inexplicabiles
Vias euntem deseres
Vnquam, sed ad tuam domum.
Duces, ubi vita fruatur
Et sempiterno gaudio.

EXPLANATIO IN LIB.

ARGUMENTVM

PSAL. XXXIIII.

ES T quidem Dei, quicquid omnibus ter
rarū finibus continetur, non tamen om
nes mortales apud ipsum pari conditione
sunt, aut æque in cœlum recipiuntur, illa e
nim sedes iis duntaxat parata est, qui vitam
cœlestem in terris imitantur. Id monet vir
sanctus his carminibus, & simul celebrat
ascensum Christi Dei in cœlum, apposito id
quidē, quādo ille nobis iter in ea loca pate
fecit, & princeps immortali corpore pene
trauit in concilium beatorum. Inducit au
tem coelites ea de re colloquentes inter se,
& gradum inferiorem mentium beatarum
à superiore discentem, eū, qui humana spe
cie ac figura ascendat in cœlum, esse cœli
tum, atque hominum regem ac dominum.
qua de re diligenter explicat Dionysius il
le magnus, quem rite possumus appellare
theologum diuinum ac cœlestem.

Psalms David XXXIIII.

Domihi est terra, & plenitudo eius, or
bis terrarū, & vniuersitatis, q̄ habitat in eo.
Qui a ipse super maria fundauit eum, & su
per flum ina præparauit eum.

PSAL. CVM PARAPH. 118

Quis ascendet in monte dominū aut quis
stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde, qui
non accepit in vanum animam suam, nec in
rauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à domino, &
iustitiam à deo salutari suo.

Hea est generatio quærentium eum, que
rentium faciem dei Iacob.

Attollite portæ capita vestra, & elevami
ni portæ eternales, & introibit Rex glorie.

Quis est iste Rex gloriae? dominus fortis,
& potens, dominus potens in prælio.

Attollite portæ capita vestra, & elevami
ni portæ eternales, & introibit Rex glorie.

Quis est iste Rex gloriae? dominus exer
citum ipse est Rex gloriae.

EXPLANATIO.

Quis ascendet. Dixerat deum terrarum, &
cunctarum rerum dominum, & creatorem esse:
nunc demonstrat, qua ratione posimus ad eum
peruenire, quando ob eam causam creati sumus,
vt in terris iuste cum fide, & pietate viuentes
in cœlum migraremus, & cum deo beati eum
ageremus sempiternum.

O iiiij

Qui non accepit in vanum animam suam.
Id est, qui non contemnit eas res, quarum rerum
 causa animus illi datus est a deo. datus est autem
 omnibus, ut iustitiam, et pietatem cele-
 mus, atque omnem operam, curam. et studium
 ponamus in iuuandis hominibus. Sed Chonius ex-
 stimat cum commendari, qui falsum non iurat per
 animam suam. verum verba haec possunt ex He-
 bræo converti etiam ad hunc modum, qui non
 extulit ad vanitatem animam suam, id est qui
 animum suum ita refrenat, tanguis studiofus est
 simplicis veritatis, ut ab omni mendacio sibi tem-
 peret, neque villa in re vanitatem orationum ad-
 hibeat.

Et iustitiam a deo. Dicitum est a nobis alio
 loco, iustitiam in literis sanctis saepe appellari pro
 bonitate, et beneficentia, qua virtutur Deus in eos,
 qui cum fide, et virtute vivunt.

Atollite portæ. Coelites, qui Iesum in super-
 ras sedes ascendentem comitantur, his verbis por-
 tas coeli, portarumque custodes affantur: sed
 huic locum diligenter explanat Dionysius in eo
 libro, qui inscribitur de coelesti Hierarchia.
Qued reliquam est, scire oportet, nonnullos ex-
 stimare, Dauidem, cum is templum Hierosolym-
 um edificare constituisse, atque omnia que ad
 edificationem erant necessaria summo studio co-
 parasset, hunc hymnum composuisse: itaque

istorum sententia is ad hunc modum explanan-
 dus est. Cum vir sanctus ait, Domini esse ter-
 ram, et quicquid in ea continetur, intelligi vult
 fortunatissimam esse nationem Hebreæam, quam
 deus, qui omnium terrarum dominus est, pre-
 cipue tuendam, atque ornandam suscepit, et
 suum apud eam domicilium collocare voluerit.
Cum vero infert, Quis ascendet in montem do-
 minus Sion loquitur qui mons templo desina-
 tus erat, tum exponit, quæ vita, quæ mores de-
 ceant eos, qui locum illum sanctissimum frequen-
 tare velut: Quid autem horitur fores tem-
 pli, ut se tollant, atque assurgant, regem enim
 gloria ingressurum, significat, perfecto edificio
 arcem fæderis in ædem a sacerdotibus introfe-
 rendam, cui arca DEVM inter Cherubinos in-
 fidere prædicant literæ sanctæ: propterea quod
 ex eo loco responsa dare, et præcibus populi be-
 nignas aures adhibere consueverat. Denique fo-
 res templi eternas vocat ad significandum eius
 diuturnitatem: tum etiam quod Deus id certum
 et stabile domicilium habiturus erat cum supe-
 riori tempore arca saepius locum, et sedem mu-
 tauisset. itaque alio loco dicitur, elegit dominus
 Sion, desideravit eam in habitationem sibi. Hec
 requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quo-
 niam elegi eam.

Domi ni est orbis terrarum, & quicquid eo continetur.

Imperat autem ille omnibus terris, non per vim occupato principatu, aut altero de posseſſione deiecto, sed ipſe ut cæteras mundi parte: ſic glo- bum terra eminentem ex aqua edificauit, & ex nihilo fecit ut omnia exiſtent, quo extaret mo- numentum ſua bonitatis admirabile atque ſem- piternum. Nos autem ob eam rem creauit, atque animum in corpore, intelligentiam coclusit in a- nimō, ut in terris iuſte cum fide ac pietate viuen- tes, ad celum migraremus, & ſecum beati auium ageremus ſempiternum.

Quis igitur hoc affequi, atque ad hunc altissi- mum dignitatis gradum peruenire poterit?

Nempe cuius neque facta, neque cogitata villo ſcelere aut flagrio contaminata fuerint: qui ne- que peiuerarit, neque contempſerit ea rei, qua- rum rerum cauſa animuſ ille datus eſt à deo: da- tus autem omnibus, ut dictum eſt, quod res diui- nae contemplatur, & iuſtitiam colamus, & hu- manam ſocietatem tueamur, quod totam viuendi rationem in modertia, & animi magnitudine, atque in rerum humanarū contemptione & de- ſpiciencia, & in omni virtute ponamus.

Qui vitam iuſtificant ad hunc modum, atque animum exercent in optimis rebus, & maximis præmis donabuntur à deo, & dominum querūt, & recipiuntur in conciliorum celeſtium, & iucun- diſimo maximi patris aſpectu ſuentur in perpe- tuum. Quid si purè eſt caſe vitam coalentibus eſt aditus ad celeſtes domos, quis tam purus, & innocens, quis tam integer animi, quam Iesu ille maximus atque sanctissimus? Itaque primus ille in ſuperas ſedes inuectus eſt triumphans ē recto- ribus tenebrarum, & ſempiternis illis hostiibus generū humani, ſecum agens innumeſabiles a- nimos piorū, qui ſublimis terris multa ſecula de- rinebantur.

Ergo Iesu mundi domino in celum ascenden- te præcurverūt mentes illæ beatæ corporum ſem- per expertes, atque his verbis affatæ celi portas, & cum earum custodibus ad hunc modum collo- cuta ſunt, tollite ò foreſ capita veſtra, tellite, in- quam vos altius ò foreſ ſempiternæ, & ingredie- tur rex ille illuſtrissimus.

Quisnam eſt iste rex illuſtrissimus? dominus for- tis eſt potens, dominus bellator eximius.

Tollite ò foreſ capita veſtra, tollite, inqua, vos altius ò foreſ ſempiternæ, & ingredietur rex ille illuſtrissimus.

Quisnam eſt iste rex illuſtrissimus? Dux coe- ſtis exercitus eſt rex illuſtrissimus.

PRecatio est homini in moximo periculo versantis & quoniā sāpenumero aduersae nobis accidunt à deo ob res paru honeste actas, propterea sibi misericordia tribui, & omnia peccata remitti ac cōdonari deprecatur, idq; lenitate ac diuini numeri clementia dignū esse demonstrat. Inter ponit autē sentētias grauissimas, atq; ad rectā & piā vitā institutionem utilissimas. In primis cōmendat lenitatem animi & modestiā, nosq; ad humilitatē & mansuetudinem amplexandā cohortatur, affirmās deū istarum virtutū amatoribus ducē & comitē futurū, atq; illis rectissimā viuendi viā mōstraturū. Quod si tātā præmia tribuūtur hominib^m maliuctis, seq; summissē gerētibⁿ, nimirū omni studio lenitas colēda est, morumq; facilitas, & superbia radicit^r ex animo extrahēda, quo dei cura & eruditione digni efficiamur, qui ineuang. clara voce pñuiciat, Dicite à me, animo enim miti atq; humili sum. Et profecto cū nulla ferē virt^r existat, q̄ summa diligentia Christianus colere nō debeat, tū verō pñcipiuū ac singulare insigne huius sanctissimæ professionis est suauitas morum & maliuctudo, quæ nos amabi-

les in primis & hominib^m charos, & Christo deo quā simillimos facit, qui cū acerbissimè ex cruciatus necaretur, & supplicia impiorū alperrima crudelissimaq; perferret, mitissimo animo tulit omnes injurias: & cum vim quidē incredibilē sui numinis ac potentiā declararet, vrbē atq; agros horribili terremotu cōcūtiēs, & portentosa nocte meridianū lumen obscurās, nō minora tamē lenitatis sue documēta dedit, cū tēterrīm facinus Iudeorū nō modo nō vindicaret, verū etiā se deprecatorē pro illorū salute ac cōmodis pñbereret, parentē suū orās atq; obteſas, ut inimicorū furori atq; amētia parceret, ac supplicia que illi erāt cōmeriti, p̄ sua benignitate cōdonaret. Quo quidē salubriter nos exēplo nos admonitos esse voluit: nihil esse in tota ferē via, quod homines æquē diuino numini commendet, ac si repudiatis moribus duris arque asperis, humanitati sc̄ se toto animo dedant, morumq; facilitati.

Psalmus David XX.

Ad te domine leuavi animā meā, deus meus iuste confido ne erubescam. Neque lætētur de me inimici mei, etenim vniuerſi, qui expectāt te, nō confundētur. Confundantur omnes iniqua agentes superacuē.

EXPLANATIO IN LIB.

Vias tuas domine demonstra mihi, & se-
mitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me,
quia tu es deus saluator meus.

Reminiscere miserationum tuarum dominum,
& misericordiarum tuarum, quae a seculo sunt.

Delicata iuuentutis meae, & transgredio-
nes meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memen-
to meitu, propter bonitatem tuam domine.

Bonus, & rectus dominus, propter hoc do-
cebit peccatores viam.

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mi-
tes vias suas.

Vniuersae viae domini misericordia, &
veritas custodientibus testamentum eius, &
testimonia eius.

Propter nomen tuum domine propitia-
beris peccato meo, multum est enim.

Quis est homo, qui timet dominum? legi-
statuit ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur, & se-
men eius habebat terram.

Arcanum domini timentibus illum, & te-
stamentum suum manifestabit illis.

Oculi mei semper ad dominum, quoniam
ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respicere in me, & miserere mei, quia uni-

PSAL. C V M P A R A P H. 122

cus, & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatae
sunt, de necessitatibus meis erue me.

Vide afflictionem meam, & laborem meum,
& dimitte vniuersa delicta mea.

Respicere inimicos meos, quoniam multi-
plicati sunt, & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me: ne
erubescam, quoniam sperauit in te.

Simplicitas, & rectitudo custodiant me,
quia expectauit te.

Liber a deus Israel ex omnibus tribula-
tionibus suis.

EXPLANATIO.

Ne erubescam. Id est, ne quafso, easpes me
fallat, quod in tua clemencia fixo, & locato habeo.

Iniqua agentes superuerunt. Huic verbis de-
signat eos, qui neque errore labuntur, neque ob-
dormi: nisi mitatem, atque inconstitiam, sed tur-
pitudinem, ac maleficis delectantur; atque iis qui
nihil meruerunt, infestis sunt.

Vniuersae viae domini. Quicquid agit deus,
quicquid praecepit ac loquitur, plenum est miseri-
cordia, veritate, & iustitia: sed quibus suis nim-
iis qui obseruant sanctissimi fæderis leges, quas ip-
se monumentis librorum duinorum voluit esse testi-
tas, hoc si gerantur, in omnibus consiliis, & factis
& verbis dei perspectetur incredibilis misericordia.

dia, & veritas, atq; iustitia: quarum Speciem non intuetur animus impiorum idagine vitorum & cupiditatum occecatus. Misericordia pertinet ad beneficia, quae nobis tribuit deus gratitudo, id est, nullis meritis nostris prouocatus, veritas referenda est in primis ad fidem, dictorumque constantiam. Misericordia dei gratis pollicetur, veritas summa fide promissum facit. Sic interpretatur veritate dei diuus Paulus in epist. ad Rom. cap. 15.

Propter nomen tuum propiciaberis peccato meo. Id est, cum sis clemens, & misericors, ignoscet domine peccatis meis, quorum turpitudinem, & maculas ego sponte mea non possum eluere.

Legem statuit ei in via, quam elegit. Hoc est, habebit deum magistrum, & doctorum, qui leges ipsi dabit salutares, & accommodatas ad eam viuendi rationem, quod is sibi constituerit. neque enim omnes, qui pietatem colunt, eandem vice sequuntur viam. Sed potius hoc ad ipsum deum referendum est, ut sit sensus, illum fore magistrum hominibus piis in eo vita genere, atque instituto, quod ipse probat.

Arcanum domini. Pollicetur, deum hominibus piis, & religiosis aperturum mysteria suo, & scientiam fidei, is, quod monumentis legum diuinarum contineatur, traditurum: quo munere nihil excellentius, nihil salutarior, aut succun-

dus excogitari potest.

PARAPHRASIS.

Ad te Domine tollo mentem atque animum meum, humana omnia obliuiscens, te solum cogitans, in te vnū omnium terū dominū & moderatorēm aciem mentis intendens. Cōfidant alij viribus suis, amicorum opibus & gratia nitātur: ego certe ad tuam misericordiam cōfugio, te vnū inuoco, te mihi omnium mearum rerum defensorēm adiutorēmque adopto.

Ne queſo domine ea spes me fallat, quam in tua clemētia fixam & locatam habeo, né ve permette vt irrideant me inimici mei ope tua destitutum, & in tantis calamitatibus derelictum. Ero animo erecto atque constanti, cum exploratiſsum habeam eam semper fuisse bonitatem tuam, vt nunquam piis destitueres, nunquā viliari sustineres, qui ad te suppliciter configiſſent, & in praſidio tuo spes suas collaccaſſent.

Multiplex ratiō est peccandi. quidam enim non tam voluntate, quam casu quodam & errore labuntur: multi ob inconstantiam & animi infirmitatem. At qui ad eam turpitudinem & insaniam perduci ſunt, vt sine cauſa ſeſe flagitijs & sceleribus contaminent, & peius morte oderint vitam malificio vacātem, neque unquam intermittant bonos & innocentes vexare, & ca-

pite ac fortunis oppugnare: hi domine ope tua
sunt indigni, horum tu conatus & consilia insin-
ge, ne ad scelerā perueniant, quae machinantur.

Et quoniam multi aberrant à veritate & sym-
cera diuinī cultus tui sanctitate, aut vitijs & per-
turbationibus animi occēcati, aut falsis impio-
rum opinionibus inducti, in hoc errore ne ego
præcipitem: tu quæso per hæc tenebras, & via
vitæ difficiles vadentem comitare dies noctesque
optime parens, & custos salutis meæ: tantumque
amorem tui excita in animo meo, ut nihil reclus
mibi, nihil aut facilius aut iucundius esse videa-
tur, quam honestam viuendi rationem sequi, &
cursum conficer: præceptorum tuorum, ut al-
iquando post tantos labores & aerumnas huius
vitæ perueniam ad illam domum tuam cœlestem,
omnibus bonis & gaudiis circumfluentem, ut per-
fæcē cumulatèque beatus in sempiterna pulcher-
rimi numinis tui contemplatione conquiescam.
Te domine dies noctesque semper expecto, ex te
toto animo, tota cogitatione pendo, te mihi do-
ctorum & ducem & propugnatorem vocis om-
nibus requiro.

Neque tamen sum nescius, quād me indignum
amore & liberalitate tua tradiderim aīdū
peccando, & ab obseruatione præceptorum tuo-
rum nimium saepe aberrando: sed recordare pa-
ter optime admirandæ lenitatis & clementias,

qua semper usus es iam inde ab ultima origine
mundi: ex quo effectum est, vt viri sancti te misericordia parentem appellarent.

Itaque per hoc tuum institutum saluberrimum
sempiternum, unum oro atque obtestor, ut quic-
quid ad hanc diem peccavi, quicquid sceleris &
fugitiū concepi, mihi cōdones, & oblivione deles
sempiterna. Plurima, fateor domine, per impru-
dentiam commisi, plurima per amorem & iram
& egrititudinem animi: dum simulis adolescen-
tie incitabar, & vanis honorum simulachris
delusus, vera solidaque & expressa bona con-
temnebam.

Horum quæso omnium memoriam depone pro tua
incredibili misericordia & bonitate, atq; in reli-
quo tempore animum meū ita cōfirma & corro-
bora, & tuis armis rege, ut possum viriliter obſi-
stere rectoriibus tenebrarū vitæ huius, cum quibus
continentia bella nobis intercedunt, & tam dura
certamina, ut salus omnino desperanda sit, nisi tu
imbecillitatem nostram respicias, & pro immensa
bonitate tua saluos incolamēque conserues.

Euétra precor: nam dominus est bonus, suām-
que bonitatem liberaliter impertit: idēque recti
amantis simus est: propterea reclam viudi viam
errantibus monstrabit, & præscribet illis quid se-
quendum, quid fugiendum.

Dominus manuetos sequere summisse gerentes

EXPLANATIO IN LIB.

liberalissime docet, quomodo delecta habeant beatitudinem & malorum, & omnia iudicio & ratione administrarent. Dominus humanis & mitibus in hoc periculoso vita curriculo dux & comes fuisse simus est, ut tuto ac faciliter perueniant ad vitam beatam immortalem.

Quicquid docet ac precipit dominus, quicquid ille agit, plenam est misericordia pariter atque iustitia: sed quibus obseruantibus leges & precepta saluberrima, quae optimus pater pro sua benignitate monumentis librorum diuinorum voluit esse testata. Hoc si geratur, in omnibus consiliis, & factis, & verbis domini perspicitur incredibilis misericordia atque iustitia: quare speciem non intuetur animus impiorum caligine vitiorum occaecatus, quo sit, ut supplicio efficietur, deum vocent iniquum & crudelem: quamquam minores quam pro sceleribus penas pendunt.

Cum igitur haec ita se habeant, & clemens appellaris & bonus, ignoscere precor domine peccatis meis. longè enim maiora surilla, quam ut sponte mea possum corum turpitudinem & maculas evovere.

Ecquis usquam est, qui reueretur dominum, illunque prius & castè veneretur & collatè rayus sanè, sed felix fortunatusque: quisquis est talis, habebit enim deum magistrum & doctorem, qui leges ipsi dabit salutares, & accommodates ad

PSALM. CVM PARAPH. 125

eam viuendi rationem, quæ ut sibi constituerit, neque enim omnes qui pietatem colunt, eandem viate sequuntur viam: sunt enim qui Remp. capescant, & que ad geyendas res magnas, hominumque generi fructuosas accommodent: sunt qui oculum preferant, & in contemplationes rerum diuinarum se totos constituant: alijs ad ius civile, alijs ad mercaturam se applicant, alijs denique alio statim degredi generi implicatur: sed quam quisque vitae non virtuosa viam adamari, in ea potest iustitiam, fidem, pietatem, temperantiam praestare, deoque charissimum esse, qui publicanis & militibus, seruis & dominis, parentibus & liberis, mariti & vxoribus aptissimas leges dat.

Quod si quis eas leges obseruauerit, animus eius omnibus bonis abundabit, leges enim dominianant animos, inanes timores & sollicitudines detrahunt, cupiditatū & libidinum flammam ardore, que restingunt: homines magnos, exsultos, & humana omnia contemnentes efficiunt: pietatem, gaudium, pacem, spem, securitatem largiunt: & excedentibus è vita duces sunt in celum: ubi sanctis viris parata sunt præmia, que neque oculis cerni, neque verbis explicari, neque animo comprehendi queunt. Et quoniam natura ingenitus est nobis præcipuum quidam amor posteritatis, ut in omne tempus familiæ nostræ consulim velimus: & magno dolore afficiamur, si quando

illam interituram existimemus, aut gravae alii quod incommodum accepturam: pollicetur et stirpis, et rerum secundarum diuturnitatem, qui virtutem et pietatem colunt.

Sed quid ego res parvas, et leui momento asti mandas pollicetur? immo vero sponteo et asseneranter affirmo, Deum homini pio et religioso mysteria sua aperturum, scientiamque traditum literarum sanctorum: quo munere nihil excellentius nihil salutarius, nihil aut pulchrius aut iucundus excogitari potest. quippe cum humonimentu continetur omnis rerum diuinorum cognitio: que quidem sic animos piorum afficit, sic ebrios, et sancto quadam furore incitatos agit, ut parentes, amicos, opes, honores, humana obliiti, solum deum cogitant, solum illum suspirant, solum precibus et votis continentibus expostant: et si ita res ferat, sepe eius nomine vinculis et telis, et omnibus tormentis, anima late ac praesenti offerant. Sæpe etiam ex oculis mortaliuum sepe remoueant, et solitudines montium, et recondita nemora persequuntur, vitam herbis et bacca arborum summa cum voluptate tolerantes, quo possint ab omnibus curis et molestiis vacui in sole dei contemplatione conqueserere. Sed amoris et stu in dies singulos crescente, iam luis huius usuram pertest, iam sponsi viuendi desiderio confecti consi-

nenter oculos et puras manus ad caeli sanctissimam templam sublata habent, et vim lachrymarum profundentes, his vocibus deum venerantur: Quam amabile est domicilium tuum, ô rex maxime cælitum, deficit, et tabescit animus mens desiderio domus tuae.

Cum itaque intelligam talia, et tanta præmia esse proposita hominibus cum iustitia et pietate viuentibus, iure ac merito ego omnes cogitationes meas in deo constitutas habeo, nunquam ab illo oculos animi deicio, in sola eius misericordia confido; ipse enim extrahet pedes meos ex laqueis insidiarum, quibus irretitus teneor.

Solis sum domine, et omni hominum auxilio destitutus: at tu soliditudinem et calamitatem meam placidis oculi intueres. Et si quid valent preces ardenti pietate incense, da pater auxilium, et tantis auerte periclis.

Satis superque penarum dedi, satis laborum et reriarum exhausi, iam quæso mihi misericordiam tribues, iam ira tua violentiam remitte, et protantis calamitatibus ignosce peccatis meis.

Afspice multitudinem hostium meorum, aspicce scelus et acerbitudinem: non satis fuit, innocenter patriæ finibus eicisse electum, egentem, syllus et deserta loca peragrandem persequuntur: neque finem furoris facere possunt, nisi cruciatu et sanguine meo saturarentur.

EXPLANATIO IN LIB.

*At tu domine tuere vitam meam, quam mihi
eripere illi omni studio contendunt, & libera me
tantis angoribus & erumnis. Ne queso has sup-
plicis tui voces domine cõtemptas habe, ne ve per-
mitte me crudelitati & ludibrio inimicorum,
quando in te vnum, atque tuam misericordiam
me totus conserui, te intueor, in te omnis spes sa-
luti mea constituta est.*

*Innocentia mea tueatur me, & mihi opem im-
petret, quam expecto.*

*Liber a deus ab omnibus incommodis & cala-
mitatibus Israël.*

ARGUMENT. PSAL. -XXVI.

*E*xponit vita suę rationem, seque omni-
bus proponit imitandū. Videtur autem
hec scripsisse, cum falsis criminibus vocare-
tur ab inimicis in iniuriam, atq; in exilium
ejectus apud Palæstinos homines impios &
facinorosos, aetatem agere cogeretur.

Psalms David XXVI.

*I*Udice me domine, quoniam ego in inno-
centia mea ingressus sum, & in domino
sperans non infirmabor.

*Proba me domine, & tenta me, vre renes
meos, & cor meum.*

*Quoniam misericordia tua ante oculos
meos, & ambulauit in veritate tua.*

PSALM. CVM PARAPH 127

Non seculi cum concilio vanitatis, & cum
iniqua gerentibus non introibo.

Odiui cœstum malignantium, & cum im-
piis non sedebo.

Lauabo in innocentia manus meas, & cir-
cumdabo altare tuum domine.

Vt audire faciam vocem laudis, & enar-
rem vniuersa mirabilia tua.

Dominus dilexi decorum domus tuæ, &
locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cū impiis deus animam meā,
& cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt, dex-
tera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus
sum, redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in rectitudine, in congrega-
tionibus benedicam te domine.

EXPLANATIO.

Et in domino sperans nos infirmabor.
Deus enim fortitudinem, & firmitatem animi
prefstat, q̄s qui spem habet in misericordia ipsius,
atque illas ita corroborat, ut summa constantia
perseuerent in recta, & pia viuendi ratione.

Proba me dominc. Fac (inquit) periculum
innocentiae meæ, atque vt aurum, & argentum
igne perspiciunt, sic tu intimos sensus, & affec-

*E*tiones animi mei diligenter explora.

Quoniam misericordiae tuae. *H*ec sunt, quae deus requirit a nobis: primum felicitatem, ut omnem salutis fiduciam in eius misericordia colloquemus, deinde ut nostras actiones ad normam veritatis sua dirigamus. veritatem autem diuinam hoc loco interpretor, quicquid deus suis legibus sanxit, quibus nihil verius, nihil iustius aut regius fieri potest. *Q*uid vero, si huius versiculi haec sit sententia? *M*ichi semper ob oculos versata est misericordia tua, in qua omnem meam spem fixam, et locatam habeo. tota vita mea ratio semper nixa est veritate numinis tui: te enim promissa facturum, et summa fide praestaturum que pollicitus es, nunquam dubitavi: promisiisti autem, coletibus pietatis tuum sanctissimum numerum, te praesidio et ornamento, salutisque futurum. *H*ec proponit vir sanctus tanquam certissima signa innocentiae sua: et rectissime quidem. nemus enim misericordiae, et promissionibus dei potest confidere, quin pietatem, et iustitiam, et temperantiam colat, ipsiusque deum propitium, et fauente habeat.

Lauabo in innocentia manus meas. *I*d est, incumbam toto pectore in eam curam, ut omnes actiones meas ab omni labe integras, et castas exhibeam.

*N*e perdas cum impiis. *T*heodoreetus existi-

mat, Daniadem fecisse hunc psalmum, cum versaretur apud Palæstinos, ad quos perfugerat expulsus a Saule, optat igitur in patriam redire, ne cum hominibus impiis, et humano sanguine cruentis pereat, quibus certa pernicies iuspendetur: vel potius significat illis verbis, se non ita confidere innocentiae sue, quin intelligat, se vnde cum impiis periturum, si index ille sumurus iure magis vitia velit, quidam misericordia.

In quorum manibus. *Q*ui semper in promptu habet sceleria, quae edant in aliquem innocentem.

Dextera eorum. *A*ccipiunt enim pecuniam obius dicendum, et infantes condemnandos.

Pes meus. *A*it, se virtutis, pietatis viam semper secutum esse: intelligens autem, et bonam mentem, et omne studium recti existere donum dei, profitetur se gratum, ac memorem tanti beneficij futurum, et laudes sanctissimi numinis in consuetudinibus piorum celebraturum.

PARAPHRASIS.

*M*Agis criminibus oneror ab inimicis, et tanquam luce indignus ab importuno tyranno capite condemnor. *A*tego maxime omnium rerum de mine te appello, tu verus et iustus es index, tu causa mea disceptator es, pro certo enim dico, me non minem unquam violasse, et auras meas ab emai scelere ac flagitio semper

EXPLA NATIO IN LIB.

alienum habuisse: neque hanc gloriam meam illa
vix labefactabit, quandiu spem habuero in mis-
ericordia tua, à qua omnia bona promanant, &
inviolata conseruantur.

Domine, fac periculum innocentie meae; et ut
aurum atque argentum igne perficiunt, sic tu in-
timos sensus, et affectiones animi mei diligenter
explora.

Hoc ego non deprecor, neque recuso, quoniam
mihi semper ob oculos versatur bonitas tua: &
summa diligentia semper cauis, ne impius opinio-
nibus animo imbibendis, aut tuis legibus sancti-
tus violandis tibi disflicerem.

In primis omni studio repudiaui usum et fa-
miliaritatem hominum vanorum et fallacium, ac
caetua et consuetudinem nocentium impiorumque
declinaui, meque ad honestas amicitias semper ad-
iunxi: atque in posterum incubam toto pectore in
eam curam, ut animus ab omni labe integrum &
castum exhibeam. At, cum me ab exilio domum re-
duxeris, aram tuam domine choro canentium, &
magna victuarum multitudine circubabo: atque
hymnos et carmina de laudibus tui sanctissimi
numinis cantabo, et mirabilia pulcherrima que
facinora ad citharam memorabo.

Summe pater, odi ego peius morte colloquia
& consuetudines impiorum: at pulchritudinem
& sanctitatem templi tui plus quam oculos &

viam diligo, atque amo.

Quod si mores et amicitias impiorum semper
declinavi, si semper bonos et innocentes summo
studio colui et obseruanui, ne queso domine me
condemna cum ipsis hominibus impuris, et hu-
mano sanguine cruentis, cum quibus coactus &
inutissimus viuo.

Sed habeant ipsi semper in promptu sceleras,
qua edant in bonos viros et iustos: accipiatis ipsi
pecusiam ob ius dicendum, et infantes circum-
ueniendos. ego certe pergam tenere eam viam,
quam a pueri institui: neque animum meum ab
innocentia et pietate mores et exempla perdi-
torum hominum auertent.

Tua benignitate factum est domine, ut semper
virtus et pietatis viam secutus sim, neque à
recto viuendi cursu unquam aberrarim. quando
igitur tantis bonis a te auctis et ornatis sum,
nunquam desistam tibi gratias et habere et
ager, et nomen tuum in conuentibus hominum
predicare. Quinetiam tempus veniet, cum in om-
ibus terrarum oris et templis tuis landes cele-
brabo, et tibi voce piorum plenissimos sanctita-
tis hymnos canam.

ARGUMENT. PSAL. XXVII.

Vir sanctus crebris & maximis periculis
liberatus a deo fortis, & animosus erat

factus, ut nullos impetus, aut infidias inimicorum iam extimesceret. Eam fiduciam proponit nostri confirmandi causa: tum etiam pietatem suam praedicit aduersus deum, & ab eo praesidium implorat contra importunitatem aquersariorum, ac spe eius praesidiu[m] suum confirmat.

Psalms David XXVII.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vita mea, a quo tridabo?

Dum appropinquant contra me nocentes, ut edant carnes meas.

Tribulantes me, & inimici mei, ipsi impigerunt, & eccliderunt.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo.

Vnum petij a domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vita mea.

Vt videam iucunditatem domini, & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscon-

dito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, & nunc exaltabit caput meum super inimicos meos.

Qui in circuitu meo sunt, & immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, & psalmum dicam domino.

Exaudi domine vocem meam, cum clamauero: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisuit te facies mea, faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me, & ne labefinas in ira seruum tuum.

Adiutor meus esto ne derelinquas me, neque deseras me deus salvator meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpit me.

Doce me domine viam tuam, & deduc me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & loquentes mendacium.

Nisi credidissent me visurum bona domini in terra viuentium.

Expecta dominum, vitiliter age, & ille roborabit cor tuum, & expecta dominum.

EXPLANATIO.

Dominus illuminatio mea. Alio loco dicitur fuit pericula, et calamitates appellari tenebrae in literis sanctis, itaque dominum malorum despulorem rite vocat illuminationem suam, a quo etiam mors illustratur, ut possit aperire pulchritudinem virtutis et pietatis, quarum gradibus ascenditur in eum.

Vnum petiū a domino. Tantis ego beneficiis affectus a deo, tam propitiū, et salutare numerum expertus, vnum quero, vnum votis omnibus expeto, ut pace parata conquescam in sanctissimo tempore dei mei, et canendis eius laudibus, rebisque diuinis contemplandis reliquam vitam consumam.

Quoniam abscondit. Allegoria est, que significat presentem tutelam dei, que quidem allegoria ducta est ab historia Noe, qui tutu fuit ab impetu populi, cum fugisset in tabernaculum dei.

In petra exaltauit me. Hec quoque est allegoria, ducta ab iis, qui persequenter inimici se recipiunt, in rupem aliquam excelsam, et præruptam, et omnibus ex partibus, natura muniram.

Hosiam iubilationis. Sic appellat genus illud sacrificij quod fierbat pro accepta victoria; in eo enim tabarum clanger adhibebatur, ut scriptum est in Numeris.

Tibi dixit cor meū. Id est, te precor ex ato. Ne tradideris me in aias tribulantias me. Ne salutem (inquit) mea dede potestati, ac libidinibus peccatorum, qui me capite, et fortunis aenibusimè oppugnat. Atia pro desiderio, et cupiditate savenumero usurpatur in literis sanctis.

Quoniam insurrexerunt in me testes ini qui. Exierit in iu, qui ipsum predictionis infilabant, et criminibus falsis in inuidiam, et via periculum vocabant.

Nisi credidissem me visurum bona domini in terra viuentium. Non male sentire vindentur et nostri, et quidem ex Hebreis explinatoribus, qui terram viuentium interpretatur celestem illam regionem, quam incolunt animi piorum, qui cum denique vere viuunt, cum est corporum vinculis euallauerunt: nostra enim quae dicunt vita, mors potius est. Veruntamen negare non possumus, quin literæ sanctæ viuentium terram, appellare soleant hunc medium mundi globum, ubi degitur vita hæc brevis. ma, et causa, scut inferos nominant terram obliuionis id est esse, vel ille versiculus psalmi 52. confirmans potest, propterea Deus destruet te in aeternū, tollit te, et exulet te de tabernaculo, et radicem tuam de terra viuentium. Quin etiam Esaias 18. v. u. Christum, abscessum esse dixit de terra viuentium, cum dicere vellet, illum à Iudeo

è medio sublatum, & crudelissimè interfectum est. Itaque videtur oratio huius versiculi, quæ quidem præcisa, & imperfecta est, hanc continere sententiam: profecto de vita iam pyridem desperas sem (tanta vi ab inimicis potentissimis) vndique op pugnor nisi fidem habuisses verbis Dei, qui pollicitus es, post exilium longum, & gravissimas calamitates se mihi ex regnum, vitam placidissimum, omniumque bonorum plenissimam concessurum. cum itaque scias d anima mea tibi tantum bona esse promissa ab illo, qui fallere non potest, ne dubita, sed dominum patienter expecta, teque viriliter gressuille roborabit animum tuum, confide misericordia Domini, & illum patienter expecta.

PARAPHRASS.

Dominus & lux & salus mea est, quem igitur metuam? Dominus firmamentum ac robur est vita mea, quis ergo me perterreat?

Non temere hanc animi fiduciam pre me facio, iam enim expertus didici, quam sit chara salus mea domino. Imminebant hostes capitum meo, & in eum locum ventum erat, ut ex eorum tellis & manibus elabi posse non videver, cù subito proculuerunt, & quam perniciem mihi compa-

rabant, in eam ipsi nec opinantes incurserunt.

Itaque cum videam deum pro me propugnare, si me hostium castra circumfendeant, non trepidabit animus meus: si præliorum in me vivit & furor inuadat, placida & tranquilla mente co-sistam.

Tanti ego beneficiis affectus, tam propitium & salutare numen expertus, unum quæro, unum votis omnis expero, ut pace parva conquiescam in sanctissimo templo Dei mei, & canendis eius laudibus, rebusque diuinis contemplandis reliqua vitam consumam. Hac ergo delectatione affici, hac una voluptate potiri expeto.

Nimirum ille mihi tutissimum perfugium semper præbuit in calamitate, non secus ac si me in intimas domus sue latebras abdidisset, aut in rupem aliquam iustulisset, excelsam illam quidem, & præcipitam, atque omnibus ex partibus natura munitam. Quinetiam ceridscio, me brevi tempore regna potiturum, sublatu inimicis, à quibus circunfedeo.

Itaque aliquando tandem sanctissimum templum Dei mei venerabor, & pro victoria letus vestitas immolabo, adhibitis hymnis, & clangore tubarum.

Audi domine preces meas, quoties implora numen tuum miserere mei, & supplices tui vocem ne contemptam habet: quoniam te precor ex

EXPLANATIO IN LIB.

animo, t^eque semper summa pietate colui, & in reliquum tempus semper colam.

Ego pater clementissime totum animum meum ad te conuerti, faciem tuam semper quero, eam que so ne auerte, neve sublato vultus tui lumine mentem meam in tenebris, & cæca nocte relinque, neve sinas iratus opprimi seruum tuum: sed quam mihi fiduciam pro immensitate benignitatis tuae donasti, eam tuere ab impetu & crudelitate inimicorum.

Cum me non solum amici & propinquai deferruerint, sed etiam solatio parvum orbatus fore, Dominus solitudinem & calamitatem meam miseratus, me in fidem suam amantissime recepit. Ita enim fere fit, ut qui destituantur ab hominibus, confugiant ad misericordiam domini, qui neminem affternatur, arque adeo laborantes & afflictos in suum finum ultrò vocat, suauissimos verbis eos ad hunc modum appellans: confugite ad me omnes quicunque laboratis & gnuati esitis, atque ego reficiam & recreabo vos.

Monstra mihi domine viam tuam, neque permittas animum meum illa vi, vel metu inimicorum a curriculo virtutis & pietatis aberrare: neve salutem meam dede potestati & libidini perditissimorum. subito enim exorti sunt testes vani, periuri, & ab omni religione abhorrentes, qui me prædictionis insimulent, & cri-

PSALM. CVM PARAPH. 133
minibus falsis in iniuriam & vita periculum ve cent.

Profecto me iam pridem animus & vita defecisset præ magnitudine calamitatum, nisi vaillantem iamiamque ruentem ea cogitatio fulfisset, quod certissima spem habeo, me post tantos labores & erumnas huius vita miserrime, aliquando tandem migraturum in illas beatissimas oras, quo neque mors, neque dolor, neque vis illa morbi aut calamitatis aspirat: ubi placidissima quies, dulcissima pax & vita sempiterna viget: ubi maximus ille omnium rerum creator, & dominus aternas voluptates, latitias, iucunditates animi sanctis ex abundantiſſimo ſui numinis fonte profundit.

Confide misericordia domini, excita fortitudinem animi t^eque viriliter gere, ne dubita: ille roboretur mentem tuam: confide misericordia Domini.

ARGUMENTVM PSAL.

XXVIII.

Preceatio est, qua vsus fuerat, cum in magno periculo verfaretur.

Psalmus David XXXVIII.

Q. iii

EXPLANATIO IN LIB.

AD te domine clamabo, protector meus
Ne fileas a me, ne quando taceas a me,
& assimilabor descendantibus in foueam.
Exaudi domine vocē deprecationis mea-
dum orto ad te, dum extollo manus meas
ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatoribus, &
cum operantibus iniuriam ne perdas
me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo,
mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum, & secun-
dum nequitiam studiorum suorum.

Secundum opera manuum eorum tribue
illis, redde retributionem suam eis.

Quoniam non intellexerunt in opera do-
mini, & in opus manuum eius destruet illos
& non ædificabit eos.

Benedictus dominus, quoniam exaudiuit
vocem deprecationis meæ.

Dominus fortitudo mea, & clypeus meus
est, & in ipsum sperauit cor meum, & adiu-
tus sum.

Et exultauit cor meum, & in cantico meo
confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suæ, & robur
salutionum Christi sui est.

Saluum fac populum tuum domine, &

PSAL. C V M P A R A P H. 134

benedic hereditati tuae, & pasce eos, & ex-
tolle illos usque in æternum.

EXPLANATIO.

Ne fileas a me. Id est, ne quafso, repudies pre-
cessoras, neve deferas me in tantis malis: si en-
im mihi non subvenias, similis ero descendantibus
in foueam, id est mortuis, qui sepultura affi-
ciuntur.

Ne simul trahas me. Ne trahas me ad sup-
plicium unde cum impius hominibus, quorum un-
tor consuetudine coactus, & inuitus.

Qui loquuntur pacem. Eos designat, qui
infideli ipsi comparabant, cum tamen speciem pre-
se ferrent amicitia.

Quoniam non intellexerunt. Quoniam isti
animi dycere nolunt sis considerandis, qua geruntur
ad prouidentiam Dei, neque intelligere volunt,
me consilio, at nomine diuino constitutum esse re-
genz: ergo qui fortunas meas conuellat, illum Dei
voluntati repugnare. propterea deus illos unde eū
firpe, & nomine funditus debet.

Et robur salvationum Christi sui est.
Maxima pericula adierat David, ex iis omni-
bus se erexit ad deo, significat us verbis, illum
que pro salute, ac dignitate sua propugnare glo-
riatur.

Q inq

EXPLANATIO IN LIB.

terre Iudeæ, quos dit vi vocis diuinæ, & magnitudine tempestatis tremefieri.

Vox domini intercidens flamas ignis.
Ad fulmina confienda, & iacienda.

Desertum cades. Ea est solitudo Arabie,
que pertinet usque ad Idumæam.

Parere facit ceruas. Auct. partus ceruarii
esse difficultissimum, itaq; magnitudo terroris signifi-
catur, quod illæ metu perculsa factus ejeantur.

Et in tēplo ei⁹ oēs dicēt gloriā. Id est, h̄c est
h̄s reb⁹ excitantur ad vim diuinæ colendæ, & re-
nerādam, atq; hymnis et laudibus prosequendā.

Dominus in diluvio sedidit. Regnabat (res-
quiat) deus, cum iysmensa illa vi aquæ obrutus est
orbis terrarum, neque timere, ac fortuito existit
euifmodi eluisiones, n̄ mbi, procellæ, ceteræq; im-
moderata tempestates, sed in suppliciis delicta
mortalium persequitur deus.

ARGVMNT. PSALM. XXX.

Gratias agit deo, grauissimo morbo libera-
ratus. Quod verò carmē inscribitur
pro dedicatione domus, suspicantur nonul-
li dedicationem ædiū magnificètissimam,
de quib⁹ mētio sit in lib. 1. Reg. Icidisse in id
tēpus quo emerserat è morbo: itaq; illū gra-
tias agere deo, qui valetudine cōfirmata fa-
cultatem sibi dedisset dedicandæ, atq; ha-
bitandæ domus, quam nuper ex ædificari.

PSAL. CVM PARAPH. 136

Psalms Cantici dedicationis.

David XXX.

Exaltabo te domine, quoniam exaltasti
mē, nec delectasti inimicos meos super-
me.

Domine deus meus clamaui ad te, & sa-
pasti me.

Domine eduxisti ab inferno animā meā:
saluisti me à me descendantibus in fouē.

Plallite domino sancti eius, & confitemi-
ni memoriae sanctitatis eius.

Quoniam momentum est in ira eius, &
vita in benevolentiam eius.

Vesperæ demorabitur fletus, & ad matu-
tinum tempus lœtitia.

Ego autem dixi in prosperitate mea, non
movebor in æternum.

Domine in voluntate tua præstiteras mō
ti meo fortitudinem.

Aueristi faciem tuam à me, & factus sum
conturbatus.

Ad te domine clamaui, & ad Deum meū
deprecatus sum.

Quæ utilitas in sanguine meo, si descen-
dero in corruptionem?

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut an-
nuntiabit veritatem tuam?

EXPLANATIO IN LIB.

Audi domine, & miserere mei: domine esto adiutor meus.

Convertisisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti faccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Propterea cantabit tibi gloria mea, & nō filebit: domine deus meus in æternum corcitebor tibi.

EXPLANATIO.

Dedicationis domus Dauid. Sufficuntur nonnulli, dedicationem domus magnificètissimam, de qua mentio fit in libro secundo Regum, inci, diffe in tempus, quo emerserat vir sanctus è mero: itaque illum gratias agere Deo, qui valetudine confirmata facultatem sibi dedisset dedicande, atque habitandæ domus, quam nuper ex affercerat.

Saluasti me à descendenteribus in foueam, Clarius verterunt quidam ex Hebreo ad hanc modum, viuiscasti me, ne descenderem in fouam, id est, in sepulchrum.

Quoniam momentum. Significare videtur iram Dei aduersus pios breuissimam existere, benevolentiam verò esse aequalē vitæ.

Vespere. Id est, si quid aduersi acciderit hominibus piis, celeriter omne incommodum veritatis

PSALM. C V M PARAPH. 137

in bonum, & aduersarebus secundis committantur.

Ego autem dixi. Cum deletis hostibus, & regno constituto omnia mihi secunda cederent, ego demens cum animo meo loquebar ad hunc modum: certe nulla vis me deviciet de hoc florentire rum statu, semper potens, ac beatus ero. Et sane tu domine fortunas meas, ita stabilieras, ut firmissimi montis instar haberent: verum id nulli contigerat nulla virtute mea, sed infinita liberalitate tua. quod quidem ut planè cognoscere auctoritatem illam superbiam, & arrogantiam ex animo deponerem, auertisti paulisper oculos tuos, atque illico incredibilis omnium rerum mearum facta est commutatio.

Ad te domine. Exponit precationem, qua est vis, cum salutem à domino precaretur.

Nunquid confitebimini. His verbis demonstrat vir sanctus, vitam sibi iucundam, atque optatam fuisse, quo posset maiestatem niminis praefantissimilaudib[us] efferre, atque homines ad eius cultum, & veneracionem cohortari.

PARAPHRASIS.

Eccliam te carminibus misericordie parés, & vise dum viuam, proprieat quodd ex tenebris inferiorum extulisti me, neque voluptatem

inimicis meis & latitudinem dedisti.

Domine deus meus numen tuum imploravi, & sanasti me.

Domine vitam meam ex faucibus & ore mortis extraxisti, & fugientem animam sub imasteras in lucem reuocasti.

Cantue hymnos deo, quicunque pietatem collatis, quicunque purè sancteque vivitis, agit, sanctissimum nomen domini ad cantum & citharam celebrare.

Ius quidem domini breuissima est: at eius benignitas semper salutem & vitam, semper omnia boialargissime donat atque conseruat.

Proinde si quid duri accidat hominibus piis, celesteriter calamitas vertit in bonum, & lachrymas flentumque moerentem subito exoriens latititia plaususque restituavit.

Scilicet cum deletis hostibus, & regno constituto omnia mihi secunda cederent: ego demens cum animo meo loquerar ad hunc modum: Iam me nulla vis, nulla calimitas desierit de hoc florit rerum statu, semper potens & beatius ero.

Et sicut tu domine fortunas meas ita stabilieras, ut firmissimi montis instar haberent. utrum id mihi contigerat nulla virtute mea, sed infinita liberalitate tua: quod quidem ut plane cognoscarem, ac stultam illam superbiam & arrogatiā ex animo deponerem, auertisti paulisper

oculos tuos atque illico mutata & versa sunt omnia.

Itaque afflictus & moerens ad te supplices manus te debbam, atque ad hunc modum plurimus cum lachrymis orabam. Quidnam proficiet vita mea, prematura morte restinet?

Ecquid animus corpore exutus poterit memorare gloriam nominis tuu aut praedicare mortaliis incredibilem bonitatem tuam?

Exaudi parens misericordie voces meas, miserere supplicis tui, iam extrema in morte versantis, & hunc pestiferum morbum depelle de membris meis.

Talibus orabam verbis: at tu domine piis lachrymis commotus, audiuiisti preces meas, & destrato moerore omni, ac vestitus feditate, cuncta latitia & plausus & gratulatione complacisti.

Propterea tibi omne meum studium, ingenium omne ac vocem conseruo, & dico, te semper canabit cithara mea, lingua mea semper de tua bondate praedicabit: Domine deus meus immortales ago tibi gratias, agamque dum vitam.

ALIA PARATA PHRASIS
carmine.

Tessemper efferam pater sanctissime
Cantu meorum carminum,

Qui me tenebris inferorum, & horrida
 Lethi extulisti ianua.
 Tua benignitate perfectum est, meis
 Ne risus hostibus forem.
 Domine pia prece invocatus tabido
 Morbum expulisti corpore.
 Iam iam sub imas ire terras cœperat
 Mœrens anima, iam nexibus
 Soluta chari corporis dulcissimas
 Linquebat oras ætheris,
 Cum restituta viuere, & iusa est frui
 Lucis cupito munere.
 Adeste castæ virgines, homines pī
 Adeste, mecum laudibus.
 Deum benignum tollite, agite gratias,
 Quantas potestis maximas
 Incomparabili illius clementia.
 Ut vere nimbus vuido
 Vix ortus cuane scit, Aquilonis feri
 Si spiritus superuenit,
 Sic ira sancti numinis brevissima est.
 At illius benignitas

Semper salutem, semper hominibus pīs
 Syncera præbet gaudia.
 Quod si quid rīquam incommodi inter-
 uenerit,
 Deo fauente celeriter
 Multiplicatis commōdis rependitur.
 Verum ipse rīctis hostibus,
 Et constituta pace, cum mihi omnia
 Fæliciter succederent,
 Demens ad hunc modū loquebar, nulla vis,
 Me nulla iam potentia
 Deicere poterit hoc statu rerum optimo.
 Tu scilicet regnum meum,
 Meāque fortunas ita stabiliueras,
 Ut montis instar omnibus
 Habere visa sint, at hoc nulla mihi
 Virtute contigerat mea:
 Sed liberalitate maxima tua.
 Quod ne mihi ignotum foret,
 Illamque stultam opinionem ut ponerem,
 Paulisper auersus mihi
 Memet reliquisti domine, sūntque illico

R

E X P L A N A T I O I N L I B.

Mutata, verisque omnia.

Tum lachrymans, vocesque lamentabiles
Fundens, Quid, inquam, maxime
Rex cœlitum, quid vita proficiet mea
Resincta morte tam cito?
Ecquid sepulchro lingua condita poterit
Cantare nominis tui
Laudes, tibiue docta dextra pfallere?
Ne, queso, suplicis tui
Nonissimo in casu precem cōtemptam habe,
Sed pestilentem corpore
Depelle morbum de meo. sic lachrymans
Orabam: at ipse tristibus
Aurem querelis adnouens pro lugubri
Mœrorate lata gaudia,
Pro fœditate vestrum squallentium
Vestem dedisti candidam.
Itaque tibi ingenium meum, & studia mea,
Meamque vocem consecro.
Semper tibi laudes cithara dicet mea:
Semper tuam clementiam
Cantabo: semper gratias tibi maximas

P S A L . C V M P A R A P H . 146

Agam pater sanctissime.

A R G U M E N T . P S A L . X X X I .

O Rat deum pro salute sua, commemorat
in quanto periculo sit, prædicat beni-
gnitatem dei erga homines pios.

Victori Psalmus David XXXI.

I N te domine speravi, ne confundar in-
ternum, in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, acceler a, vt
eruas me.

Esto mihi in petram fortitudinis, & in do-
mum refugij, vt saluum me facias.

Quoniam firmamentum, & refugium
meum es tu, & propter nomen tuum dedu-
ces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abscon-
derunt mihi, quoniam tu es fortitudo mea.

In manus tuas cōmendo spiritum meum,
redemisti me domine deus veritatis.

Odi obseruantes vanitates superuacuae.

Ego autem in domino speravi, exultabo
& lætabor in misericordia tua.

Quoniam respexit afflictionem meam,
saluati ex necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manus inimici, sta-
tisti in loco spatio pedes meos.

R ij

EXPLANATIO IN LIB.

Miserere mei domine, quoniam tribulor;
contabuit præ mœrore oculus meus, ani-
ma mea & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea, &
animi mei in gemitibus.

Infirmata est propter iniquitatem meam
virtus mea, & ossa mea contabuerunt.

Supra omnes inimicos meos factus sum
opprobrium, & vicinis meis valde, & timor
notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt à me,
oblinioni datus sum tanquam mortuus à
corde.

Fætus sum tanquam vas perditum, quo-
niam audiui vituperationem multorum, for-
modo me circumstetit.

Dum conuenireat simul aduersus me, ca-
pere animam meam consiliari sunt.

Ego autem in te speravi domine, dixi,
deus meus es tu, in manibus tuis sunt tem-
pora mea.

Eripe me de manu inimicorum meorum,
& à persequentibus me.

Illustra faciem tuam super serum tuum:
saluum me fac in misericordia tua domine
ne confundar, quoniam invocauit te.

Erubescant impii, & deducantur in infer-
num, muta fiant labia dolosa.

PSALM. CVM PARAPH. 141

Quo loquuntur aduersus iustum dura cum
superbia, & despetione.

Quam magna multitudo bonitatis tuæ
domine, quam abscondisti timentibus te.

Quimque operatus es pro eis, qui sperant
in te, in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei, tuæ
à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo à con-
tradictione linguarum.

Benedictus dominus, quoniam mirifica-
uit misericordiam suam mihi, in civitate
munita.

Ego autem dixi in festinatione mea, pro-
iectus sum à facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meę, dum
clamarem ad te.

Diligite dominum omnes sancti eius, si-
deles custodit dominus, & retribuit abun-
danter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & ille roborabit cor ve-
strum, omnes qui speratis in dominum.

EXPLANATIO.

In iustitia tua libera mea. Id est, pro boni-
tate tua ex tantis periculis eripe me.

Redemisti me. Ob eam causam domine mi-

R. iii

EXPLANATIO IN LIB.

fericordiam tuam fidenter imploro, quod saepe, alias mihi in periculis auxilio, salutisque fuisti.

Odi obseruantes vanitates. Odi (inquit) illos, et stultiissimos iudico, qui spes suas collocauerunt in superstitione, ac rebus vanis, et fallacibus, que illis neque decori, neque vili emolumento erunt.

Quoniam respexisti. Confirmat animam recordatione temporis superioris, quo maximis periculis illum liberauerat deus.

Supra omnes inimicos. I am (inquit) maiorem sum opprobrio quam aduersarii mei, homines omnibus notis turpitudinis insignes: tisque mihi enenit quoque in vicinitate mea, qua testis esse debuerat innocentiae mee.

Qui videbant. Metuebant enim, ne quod periculum sibi per amicitiam Davidis crearetur, et ob eam causam omnes eius adiutum, congescionem, colloquiumque fugiebant.

Tanquam mortuus a corde. Effluxi ex animo mortaliter perinde atque homines, quorum memoria simul cum vita iam pridem extincta est.

Tanquam vas perditum. Comparat se vas confracto, qua quidem re vilius esse nihil potest aut contemptius.

In manibus tuis. Id est, in tua unius potestate mors, et vita mea posita est.

Quam magna. Sensus est, talia sunt domine

adstant illa praemia, quae in celo parasti colentibus te, ut eorum magnitudo, et prestantia neque oculis certi, neque aurium sensu percipi, neque animo queant comprehendendi. Quia etiam de ea honestate dei loquitur vir sanctus, quam pro sentire solent, vel in mediis calamitatibus ea heret saepe talis est tanta est, ut dum miseri existimantur ab alijs, ipsi se beatos ducant. Expositurus autem beneficium, quod accepérat a deo, exorditur ab hac exclamatione admirationis plena, qua laudat infinitam beneficentiam dei.

Quāmque operatus es pro eis. Significat, dum saepenumero tam illustria sua aduersus pios benevolentiae documenta constituere, ut omnes perspiciant, ipsi maxima cura esse eos, qui pietaatem et insitiam colunt.

Abscondes eos. Hac elegantissima allegoria exprimit vir sanctus, quanta cura sit deo priorum salus, quāmque securi, et ab omni periculo tui sint, quicunque se de sua omnia tutela, ac misericordie ipsius conservent, est autem sumpta bec orationis exornatio ex similitudine regū, qui eum, quem securissimum esse velit ab impetu, et insidijs inimicorum, in suum cubiculum recipiat: et non solum parietes regie, sed etiam oculi regis salutem ipsius custodian, qua quidem tutela nihil securius, aut amantius excogitari potest. hinc

EXPLANATIO IN LIB.

sæpe videmus, homines pios nulla vi, aut vexatione improborum de tranquillitate mentis depelli posse. Hunc locum Dauidi imitari videtur. Asaphus in Psalmo LXXXII, cū Hebreos vocat absconditos dei, nimurum significans, eam nationem deo charissimam; atque in præcipua ipsius esse tutela.

Benedictus dominus. Immortales deo gratias ago qui mirabilis misericordia prosecutus est calamitates meas, ut salus mea perinde tutâ esset, quasi moenibus, & firmissimo praesidio munita foret.

Ego autem dixi. Cum (inquit) in fuga essem iamiamque hostes in cædem meam imminentes, salutem pene desperaueram, neque abiectum, & auxilio tuo spoliatum arbitrabor.

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, cum clamarem ad te. Tamen si vir sanctus in eas angustias venerat, ut suspicari cogeretur, sed à deo derelictum esse, nequamquam tamen, precan- di finem faciebat: qua quidem re ostendebat, quem cum desperatione contendere, neque fiduciam, quam in deo locatam habebar, periculi magnitudine funditus extingui posse: ideo preces illius audiuit misericordia patrens, qui solet aliquando pios, etiam cum minus sperant, & maximis calamitatibus angustias eripere; quod benignitas ipsius fiat illustrior.

PSALM. CVM PARAPH. 143

ARGUMENT. PSAL. XXXII.

D Octet exemplo suo, si quid turpiter, aut nefariè commissum fuerit, id non esse celadum, sed ad domini misericordiam configiendum esse, quod erranti salutaris sit medicina confessio.

Daniel Eruditio, Psalmus XXXII.

B Eati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum teæ sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus est humor meus in siccitates æstatis.

Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuriam meam non abscondi.

Dixi confitebor aduersum me iniustiæ meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Propterea orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.

Vtique in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum, à tribulatione de-

fendes me, canticis liberationis circundabis me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via, qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Quorum maxillas freno constringere oportet, ne approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, speratem autem in domino misericordia circundabit.

Lætamini in domino, & exultate iusti, & iubilate omnes recti corde.

EXPLANATIO.

Beati quorum remissæ sunt iniuriae, Illud animaduersione dignum est in his verbis, quod beatos appellat, non qui ab eis peccatorum labore puri, & integræ sunt: nemo enim talis est, dum vivit in terris, sed illos quibus misericordia dei peccata condonat, condonat autem ipsi, qui confitentur peccata sua, & ex animo credunt, sanguinem domini nostri Iesu Christi omnium delictorum, & scelerum expiationem esse. Diuus Paulus in Epistola ad Romanos scripta explarat hos primos versiculos ad hunc modum. Et verò, qui operatur, merces non imputatur secun-

dum gratiam, sed secundum debitum: Et verò, qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides eius ad infutum: quemadmodum & David explicat beatitudinem hominis, cui deus imputat iustitiam absque operibus, Beati quorum remissæ sunt iniuriae, & quorum testæ sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum.

Nec est in spiritu eius dolus. Significat his verbis, eam beatitudinem, quam celebrat his verbis, ad eos pertinere, qui cognoscunt, & sincere confitentur & ex animo, se impuros, & multis peccatorum maculis contaminatos esse: his enim remissio peccatorum contingit a deo, præterea nulli. Nimirum maximus est dolus, & maximè quidem perniciosus in mente illius, qui se aliquid putat, cum nihil sit: àmque animi puritatem sibi arrogat, ut condonatione delictorum, quam prædicat hoc loco vir sanctus, se egere non existimet, qua quidem arrogantia nihil est detestabilius, miserius nihil: contraque beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: deus enim uisitantes implet bonum, & diuites dimittit inanes.

Quoniam tacui. Propterea quod delicta mea celabam, neque illa, ut per erat, agnoscetam, iracundiam, & penam mihi non remittebat deus: itaque ob eam causam in tantas incideram calamitates, ut confactus animi corporis que doler-

EXPLANTIO IN LIB.
ribus, incredibili macie extabescerem.

Delictum meum. Cum animaduenterem, silentium & dissimulationem mācā tantas mihi calamitates importasse, ad extremum tibi confessum de peccatis & malefactis meū: & tam magnis vulneribus salutaris fuit medicina confessio: nulla enim interposta mora mihi omnem animi impietatem condonasti: itaque exemplo meo, & hac tua singulari benignitate adducti homines p̄veniam erratis suis postulabunt tempore oppor-
no, ne scilicet in diem ex die differendo grauiores p̄ceus pendant. quinetiam si quis maiore aliquo delicto commisso f̄e in hunc tutum, ac tranquillum confessionis portum receperit, is profecto, cum magna aliqua tempestas, atque eluvio calamita-
tum extiterit, incolunis ab omni detimento, sal-
utis que permanebit.

Canticis liberationis circūdabit me. In-
telligit hymnos, quib⁹ ipse liberatus aliquo per-
iculo, & calamitate, deo gratias agere con-
sueverat.

Intellectum tibi dabo. Deum inducit, re-
spondendum, & aperte doceat, quod homines p̄y-
mentem bonam habeant, quādque de resto vita
curriculo non declinent, id attribuendum miseri-
cordiae dei, non virtuti, aut viribus ipsorum.

Nolite fieri. Nolite (inquit) animos vestros
libidinum, & cupiditatum imperio permittere,

atque equos, & mulos imitari, qui sunt rationis
expertes, & frenorum duritiae cohiberi solent, ne
ferocitate exultanter aliquem ledant.

ARGUMENT. PSAL. XXXIII.

Hoc hymno pulcherrimo differit de
immensa via, ac sapientia, & misericor-
dia dei.

Psalmus. XXXIII.

Exultate iusti in domino, rectos decet
E laudatio.

Confitemini domino in cithara, in psal-
terio decachordo psallite illi.

Cantate ei canticum novum, bene psalli-
te cum iubilatione.

Quia rectum est verbum domini, & om-
nia opera eius in fide.

Dilegit iustitiam & iudicium, misericor-
dia domini plena est terra.

Verbo domini cœli facti sunt, & spiritu
otis eius omnis ornatus eorum.

Congregans sicut in vtre aquas maris,
ponens in thesauris abyssos.

Timeat dominum omnis terra, ab eo pa-
ueant omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, & factum est: ipse
mandauit, & extitit.

EXPLANATIO IN LIB.

Dominus dissipat confilia gentium, irritas facit cogitationes populorum.

Confilium autem domini in aeternum natet, cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.

Beata gens, cuius deus est dominus, & populus, quem elegit in hereditatem sibi.

De celo respexit dominus, & vident omnes filios hominum.

Ex stabili habitaculo suo respexit super omnes habitantes terram.

Qui finxit pariter corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluatur rex in multitudine exercitus, & gigas non saluabitur in multitudine roboris sui.

Fallax equus ad salutem, & in multitudine roboris (sefforem) non saluabit.

Ecce oculi domini super metuentes eum, super eos, qui sperant in misericordiam eius.

Vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame.

Anima nostra sperat in domino, quoniam adiutor, & protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum, propterea quod in nomine sancto eius sperauimus.

PSAL. CVI M PARAPH. 146

Fiat misericordia tua domine supernus, quemadmodum sperauimus in te.

EXPLANATIO.

Quia rectum est verbum domini, & omnia opera eius in fide. Verbum consuetudine lingue Hebreæ non solum significat voces illas, quibus certæ aliquæ sententiae subiectæ sunt, sed etiam res ipsas, & facta: itaque sensus est huius versiculi, quicquid loquitur, & præcipit dominus, quicquid ille gerit, rectum, sanctum, & cum summa fide, & æquitate coniunctum esse.

Diligit iustitiam, & iudicium. Quoties literæ sanctæ hac duo verba inter se coniungunt, significare solent optimam administrandari rerum viam, & rationem, cum scilicet omnia recte, atque ordine geruntur, ac fiunt. Hæc autem laus est maxime propria summi moderatoris, & cœtarum rerum domini, cuius consilio & prouidentia natura omnis, & hec omnis mundi pulchritudo optimè regitur, conseruaturque.

Omnis ornatiss eorum. Sic appellat solem, & lunam, & reliquo vagantium siderum fulgorem, tum innumerabilem illam vim stellarum inerrantium, quibus coeli species undique ornata insatiabile spectaculum mortalibus præbet.

Quoniam ipse dixit, Nihil (inquit) est dictum inopiuatum, atque mirabile, nihil à cogitatione hominis tam remotum, & in omni memoria inauditum, quin ad dei voluntatem, nutumq; statim existat.

Non saluatur rex. Significat, neq; vires corporis, neque opes, & copias hominibus pradisse, sed in sola dei misericordia sicut esse vitam, & salutem omnium.

Ecce oculi domini. Ex altera parte iudicium dei metuendum est, ut licentiam peccandi, & omnem importunitatem, atque arrogantiam fugiamus: ex altera, misericordiae illius confidere oportet, ne peccantes veniam desperemus, praesertim cum nulla sceleris, aut maleficia tam magna esse possint, quin clementia dei infimis partibus maior existat.

ARGUMENT. PSAL. XXXIII.

Celebrat hoc coelesti hymno prouidentiam, & liberalitatem dei erga eos, qui ad eius misericordiam configiunt, atque omnes ad innocentiae, ac pietatis studium adhortatur.

Dauid, cum immutauit rationem suam coram Abimelech, & eiecit eum, & abiit.

Psalmus XXXIII.

Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

In domino gloriabitur anima mea, audiatis mansueti & lætentur.

Magnificate dominum tecum, & exalte nomen eius simul.

Exquisui dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus pauporibus meis eripuit me.

Aspice ad eum, & illuminabimini, & facies vestre non confundentur.

Iste pauper clamavit, & dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius saluavit eum.

Castrametur angelus domini in circuitum eum, & eripiet eos.

Gustate, & videte, quod suavis est dominus: beatus vir, qui sperat in eum.

Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.

Leones inopes sunt, & cluriunt: inquiretes autem dominum nullum deficiet bonus.

Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum,

EXPLANATIO IN LIB.

Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pācem, & persequere eam.

Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

Vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde, & contritos spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum, & de oranibz liberauit eos dominus.

Custodiuimus dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.

Occidet impium malitia, & qui oderunt iustum, deuastabuntur.

Redemit dominus animas seruorum suorum, & non deuastabuntur, quicunque sperant in eo.

EXPLANATIO.

Cū immutauit rationē suā. Id est, cū simulauit, sēcētūdine in iustiam, vt ex periculo capiūtū enaderet. Ea historia scripta est in libris Regum: Neque aliqñ mōneat, quđ eo loco rex Palæstiniū appellatur Achis, quem David nominat

PSAL. CV M PARAPH. 148

Abimelechum: ut enim veteres AEgyptiorum reges vocabantur Pharaones, ita verisimile est, principibus Palæstinorū Abimelechis cognomētum fuisse.

Benedicām dominum in omni tempore. Id est, non minus rebus aduersis quam secundis. Semper verò est, cur homines pī maximas Deo gratias agant, quando nihil ipsī evenire potest, quod non magnum afferat adiumentum ad salutem.

Accedite ad eum. Hoc est summa cum fiducia ad eius misericordiam confugite, et ille vos omni periculo ex calamitate liberabit, neque fit ne vos in tenebris errorum, et ignorantie versari.

Castrametatur Angelus Domini in circuitu timentium cum. Hoc ita esse, Elisei variis præstantissimi factū cōprobauit: cum enim illius capiēti gratia magnæ Syrorum copia verbena Dothan obſedissent, et ob eam causam minister eius fractus, et debilitatus meru esset, vir sanctus à Deo precatus est, vt que ipse cernebat, minister quoque cerneret: tum ille circuncircata prospiciens, montem curribus igneis plenum videt arque equitibus, qui pro salute Elisei propugnabant, et ipsum tanquam muro firmissimo vnde sepebant.

Gustate, & videte, q̄ suavis est dominus.

S 7

Qualis enim & quanta sit bonditas Dei, nemo intelligere potest nisi expertus, qui beneficia ab eius liberalitate sibi tributa diligenter attendit.

Timete dominum omnes sancti eius. Timorem Dei solent appellare vates sancti reverentiam aduersus Deum, & verum ipsius cultum, & vitam legum duinarum studiorum, atque amantem.

Leones. Sic appellare videtur homines potentes, ac violentos, qui infirmiores praedae lucebant, atque opprimeret per vim solent. Hoc capitale, & pestiferum genus hominum vir sanctus comparat lomibus etiam in psalmo. 10.

Venite filij Hortatus fuerat ad religionem & pietatem, nunc docet quibus in rebus illa consistat.

Inquire pacem, & persequere eam. Illud quidem in primis deus ab hominibus prius requirit, ut mansuetudinem, & lenitatem animi collant, & quantum in ipsis est pacem cum omnibus hominibus omnium generum habeant: sed hoc præstare, arduum, & difficillimum est: tot causa & d. β diorum, & offendionum ferre semper existunt. Itaque primum summa diligentia vestiganda est via, & ratio, quemadmodum possumus hunc pulcherrimum, & dulcissimum pie-tatis fructum capere: deinde non minore studio

contendendum est, ut ipsum capiamus. illud est pacem querere: hoc est, ipsum persequi. Sed cum omnia cogitatione, animaque lustraverit, vna dum taxat ratio inueniri potest huiusc diuini boni & sequendi, si diuitias, honorem, vitam, & humana omnia contemnas, teque in seruitutem Deo pati, sancteque dices, atque illius gratia, tute-laque contentus, reliqua ceteris a quo a liberto animo concedas. Haec autem ab iis effici possunt, quibus spiritum suum deus impertinerit: ceteri neque ea exequi, neque cum Deo, neque cum hominibus, neque secum ipsis pacem habere possunt. Itaque hoc præstantissimum donum a Deo pete redebas, qui solus ex omnibus & pacem, & cetera bona liberaliter, munific, prolixaque largitur.

Iuxta est dominus iis, qua tribulato sunt corde, & contritos spiritu saluabit. Sic appellat homines fractos, atque affictos calamitate, & mortores, qui misericordiam Dei suppliciter implorant: ut vero libentissime solet miseri- opitulari & suscipere defendendos, quos homines deseruerunt.

Implorat auxiliū Dei aduersus inimicos,
in quorum scelera, & crudelitatem ma-
gno impetu orationis inuehitur.

Psalmus David. XXXV.

Ivdica domine iniuriam facientes mihi,
impugna impugnantes me.

Apprehende arma, & scutum, & exurge
in adiutorium mihi.

Profer frameam, & conclude viam aduer-
sus eos qui persequuntur me; dic animæ meæ,
salus tua ego sum.

Confundantur, & erubescant quærentes
animam meam.

Auertantur retrosum, & confundantur,
cogitantes mihi mala.

Fiant tanquā puluis ante faciem venti, &
angelus impellat eos.

Fiant viæ illorum tenebrae & lubricum,
angelus domini persequatur eos.

Quoniam sine causa absconderunt mihi
foueam laquei sui, sine causa fecerunt fo-
ueam animæ meæ.

Veniat illi calamitas, quam ignorat, & ca-
ptio, quam abscondit, apprehendat cum, &
in calamitatem ipsam cadat.

Anima autem mea exultabit in domino, &

lætabitur super salutari suo.

Omnia olla mea dicent, domine quis simi-
lis tibi?

Qui eripis inopem de manu fortiorum
illo, egenum & pauperem à diripientibus
cum.

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabant
interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis, soli-
tudinem animæ meæ.

Ego autem, cum ipse infirmaretur, indu-
bar facco.

Affligebam in ieiunio animam meam, &
oratio mea in finum meum reuertetur.

Quasi amicus, & quasi frater meus esset,
sic incedebam, quasi lugens matrem, contri-
status incurvabar.

Et ipse in calamitate mea lætati sunt, &
conuenierunt, congregati sunt contra me
abieci homines, & ego nesciebam.

Sciderunt, & non filuerunt cum affen-
toribus derisores parasiti, frenedebant con-
tra me dentibus suis.

Domine quando respicies? restituere anima-
mam à malignitate eorum, à leonibus uni-
cam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna, in po-
pulo multo laudabo te.

E X P L A N A T I O I N L I B.

Ne gaudeant de me, qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis, ne annuat oculis.

Quoniam pacifice non loquuntur, & contra mansuetos terræ cogitant dolos.

Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri,

Vidisti domine, ne fileas, domine ne discedas a me.

Exuge, & intende iudicio meo, Deus meus & dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus, & non gaudeant de me.

Non dicant in cordibus suis, euge, euge, animæ nostræ, nec dicant, deuorabimus eum.

Erubescant, & confundantur simul, qui lætantur malis meis.

Induantur confusione, & pudore, qui se erigunt contra me.

Exultent, & lætentur, qui volunt iustitiam meam, & dicant semper, magnificetur dominus, qui voluit pacem serui sui.

Et lingua mea prædicabit iustitiam tuâ, totam die laudem tuam.

E X P L A N A T I O.

P S A L M . C V M P A R A P H . 151

Et conclude viam aduersus eos. Hostis immanis furore incitatus supplicem tuum insequitur, at tu domine te te illi armatus obïce, atque iter interclude, ne me consequi possit.

Veniat illa calamitas. Subita (inquit) nec opinata cala, ritas aduersariorum meum opprimat, & quas insidias mihi comparauit, ipsis insidiis capiatur ipse. Haec autem mala precatur Sauli homini perditissimo atque impio, a quo iniuste capite & fortunis appugnabatur.

Surgentes testes. Quæritur de hominibus nefariorum, qui falsis criminibus ipsum onerabant, perinde quasi regnum appeteret, & insidias vite Sauli pararet.

Solitudinem animæ meæ. Quæritur se in calamitate ab iis projectum, & derelictum, qui per fugium ipsi & solarium præbere debebant.

Et oratio mea in sinum meū revertetur. Idest, ad meum fructum redundabit: si enim humanitas mea mihi nulli ysui fuit apud inimicos, at certè proderit apud Deum.

Quasi amicus. Cum illi in calamitate aliqua versarentur, similiter eorum vicem dolebam, & incommodis commonebar, ac si aetissimo necessitudinis vinculo inter nos copulati essemus: neque alter affluebar, & in squalore lucubaque, iacebam, quād si charissimam mihi parentem amisssem.

EXPLANATIO IN LIB.

Et ipsi calamitate. Narrat, quād p̄clarā fibi gratiam retulerint pro tanta humanitate, & beneficio.

Sciderunt, & non filuerunt. Id est, verbōrum contumeliis me lacerarunt, sic explanat hunc locum *Abrahamus Esdras*.

Derisores parasiti. Ita expressimus ex Hebreo, sententiam secuti: si enim verbum verbo reddere voluissimus, vertendum erat, derisores placentia, verum hoc ut apud Hebreos est elegans, ita apud nos ineptum fuisse: atque obscurum.

Domine quoique. Quousque sines homines perditos in meas miseras tam crudeliter insultarez quoisque illorū scelera impunita, atque insulta patiere? Iam quādo adhibe misericordiam in calamitate suppliciis tui, iam propulsa iniurias, perniciem, quam mihi dies noctē que machinantur, & salutem meam ab omnibus derelictam prohibe ab impetu, & feritate hominum immixtum, & barbarorum.

Nē annuant oculis. Id est, ne miseri fortunis illudant.

Viderunt oculi. Quod scilicet diu multum que optatiuimus, nimurum te afflictum, calamitum, lachrymis & mōrōre perditum.

Vidisti domine. Vidisti certe, quād acerbē, quād lāte, & insolenter insultent in fortunas

P S A L . C V M P A R A P H . 152
meas, ne quādo dīsimula, hanc crudelitatem tibi displicere, néve me deserfas in tantis malis.

Euge, euge, animæ nostræ. Id est, iam bene habet, nunc exultamus gaudio, nunc triumphāmus, quando hunc afflictū, & perditum videm⁹.

Exultent & letentur. Libera me tandem iis calamitatibus, vt homines p̄j, qui sauent innocentia mea, exultent, & lātentur, & tibi gratias agant, quād tuo beneficio reliquam vitam in pace, atque otio dulci colere possum.

A R G U M E N T U M .

P S A L . X X X V I .

D E scribit cogitationes & facta impiorum, deiāde clementiam & misericordiam dei laudibus prosequitur.

Psalmus. — X X X V I .

Dicit iniquitas impij in medio cordis mei, quād non est timor dei ante oculos eius.

Quoniam blanditur sibi ipsi in oculis suis vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo,

astit omni viae nostra bona, malitiam autem non odit.

Domine usq; ad celos misericordia tua abyssus multa.

Homines, & iumenta saluabis domine, & preciosa est misericordia tua deus.

Filiij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Saturabuntur ab libertate domus tua, & torrente voluptatum tuarum potabis eos.

Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen.

Extende domine misericordiam scientibus tecum, & iustitiam tuam iis, qui recte sunt corde.

Ne veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris ne moueat me.

Ibi cadet, qui operantur iniquitatem, excellenter, nec poterunt stare.

EXPLANATIO.

Dicit iniquitas. Sceleræ (inquit) impiorum tanquam pro testimonio dicunt animo meo, nullo illos metu diuinum numinis tangi.

Quoniam blanditur. Dum impii in sceleribus sibi blandiuntur, & placent, id consequuntur ut incurvant in odium, offenditionemque Dei,

atque hominum.

Iniquitatem meditatus. Id est, noctu cum animo suo cogitat, quid in deum, atque homines peccare possit interdiu.

Domine usque ad celos. Cum tanta sit in hominibus improbitas, infinitus tamen partibus amplior est misericordia tua, quæ illorum scelerum, & flagitium tanta lentitudine tolerat.

Iustitia tua sicut montes Dei. Id est, pars eius altitudine montibus excelsissimis. Hebraea enim lingua diuinum solet appellare, quicquid aliquo in genere excellit, sic vocat paradisum Dei horros amoenissimos, exercitum Dei copias maximus, item cedros Dei arbores proceras, & formosas.

Judicia tua abyssus multa. Id est, profundissimo mari sunt similia: cum autem iustitia Dei, & iudicia dicit, intelligi vult consilium, et prouidentiam ipsius summa sapientia, summaque bonitatem humana, & omnem mundum gubernantis, qua de re dictum est in explanatione Psalmi XXXIII. De misericordia et veritate eiusdem explicauimus in explanatione psal. XXVII.

Homines & iumenta. Tu (inquit) domine homines, & bestias incredibili bonitate sustentas, & omni animalium generi spiritum, vitaque largiris.

Filiis autem hominum. Dixerat, deum non solum humano generi, sed etiam bestiis amanter confidere, ac prouidere; nunc ostendit, beneficentia eius potissimum illum, & salutarem erga homines existere, quippe qui ad cognoscendum, & contendam Deum, & beatam vitam ab eo consequamur natu, aptique sint.

Saturabitur. Intelligit his verbis, eos qui se fidei, ac tutela Dei commiserunt, maximis beneficiis, & munieribus ab illo affici, neque id solum in altera illa vita, que sempererna est, sed etiam in hac brevissima, & fugaci, evadunt enim filii Dei, atque omnium rerum domini, & spiritus sancti afflati vitam coelestem in corporibus humanis imitantur, & maximis, purissimisque ac perpetuis voluptatibus fruuntur.

Et in lumine tuo. Id est, cum splendor cognitionis tuae vberior nobis illuxerit, sicut deum omnium malorum tenebre faceissent, & clarissimam, pulcherrimamque summi boni lucem intuebimur, eaque in perpetuum fruemur.

Exinde misericordiam. Vteris tu quidem bonitate tua aduersus omne hominum genu, sed tamen illa largius, & profundius manet, ad homines pios, & iustitiae amantes.

Non veniat mihi. Ne pedes superborum, & violentorum hominum mibi propinquent, sed illorum quoso vim, & furorem a me prohibe, ve-

posse maximas erumnas, & calamitates aliquando quieta, & tranquillamente confisram.

Ibi cadet. Hunc versicolum in explanatione psalmi 14. interpretari sumus.

P A R A P H R A I S S.

Scelera impiorum tanquam pro testimonio dicuntur animo meo, nullo illum metu diuini numinis tangi.

Et is quidem dum sibi in sceleribus & flagitiis impudenter impieque blanditur, id consequitur, ut in odium Dei hominumque acerbissimum incurat.

Nihil in eo simplex, nihil syncerum aut candidum, quicquid loquitur ad fraudem, ad iniuriam & perniciem scelerum alterius, neque recte & salutariter admonentes audit: quinimodo ad grauissima, queque facinora tanto furore incitatus rapitur, ut tota nocte cum animo suo cogitat, quid in deum aut homines peccare posse interdiu.

Cum tanta sit in hominibus simprobitas, infinitis tamen partibus amplior est misericordia tua domine, qua illorum scelerum & maleficiorum tanta lenitudo tolerat. Nimirum longissime latissimeque bonitas tua; & ab infimis terris ad summum calum usque pertinet.

EXPLANATIO IN LIB.

Sed et iustitia tua vincit altitudine montes excelsissimos, atque altior est profundo mari: illa quidem facit, ut peccata hominum quamvis capitalia leniter feras: haec autem consumaces, et in virtus obstinato animo perseverantes punt.

Quam præclara et commemoranda est misericordia tua domine, que homines et umenta incredibili bonitate sufficiunt, et omni animalium generi spiritum vitamque largitur.

Tu quidem domine pecudibus etiam et feramantibimur consuls et prouides: sed quis perficit explicare dicendo, quæ opes et copias, quæ commoda, quam magnæ quamque honestas voluptates hominum vita comparatis? que vero bona pios et sanctos homines, in illa tua domo celesti et sempiterna manent, ea talia sunt et tanta, ut nulla ratione vel præstantissima possit illorum excellentiam præstantiamque cogitatione complecti.

Sicut hæc, quam vivimus in terris, non vita, sed mors est: atque id quod oculis cernimus, non lumen, sed tenebrae sunt. At cum exuti corporibus in dominum illam beatissimam migraverimus, tunc ex illo tuo fonte augustissimo vitam veram et sempiternam habuerimus, et cum splendor cognitionis tuae plenior et uberior nobis luxerit, tunc deum omnium malorum tenebrae

PSALM. C V M PARAPH. 105

facebent, et clarissimam pulcherrimamque summi boni faciem intuebimur.

Interim, dum in hac vita fragili miserisque versamur, utere tu quidem bonitate tua. aduersus omne hominum genus: sed illa tamen largius et profluentius manet ad homines pios, et iustitiae amantes.

Et quoniam omnia redundant superbia et violentis hominibus, horum quæsumus vim et surorem a me prohibe, ut post maximas exuminas et labores exhaustos, aliquem tranquillum et quietum spiritum ducere possim.

Sed quam volent impudiculiter et nefarie debaccentur in bonos. iamque enim ex alto dignitatis gradu precipitabuntur. En locum afficio, ubi tormenta, cædes, multorumque innocentium sanguinem acerbo supplicio lucent.

ARGUMENTVM

PSAL: XXXVII.

ortatur pios, ne grauius comedetur in rebus secundis improborum, quippe quæ sint breues, & fugaces, & maiora illis supplicia paria, cum è contrario hominibus vita cum fide, iustitiaque colentibus nihil malum possit evenire nec viuis, nec mortuis.

Psalms David XXXVII.

NOli irritari propter malignantes,
neque æmuleris facientes iniqui-
tatem.

Quoniam tanquam gramen velociter suc-
cidentur, & quemadmodum olera herba-
rum cito incident.

Spera in domino, & fac bonitatem, & in-
habita terram, & pacie fidem.

Delectare in domino, & dabit tibi peti-
tiones cordis tui.

Volue super dominum viam tuam, & spe-
ra in eum, & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, &
iudicia tua tanquam meridiem: tace domi-
no, & expecta eum.

Noli irritari propter eum, qui prospera-
tur in via sua, propter hominem facientem
injusticias.

Desine ab ira, & derelinque furorem, noli
irritari, vt maligneris.

Quoniam qui malignantur, exterminis-
buntur, expectantes autem dominum ipsi
hæreditabunt terram.

Adhuc pusillum, & non erit peccator:
contemplaberis locum eius, & ipsum non
inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram, &
delectabuntur in multitudine pacis.

Cogitat impius contra iustum, & stridet
contra eum dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum, quoniam
prospicit quod veniet dies eius.

Gaudium evaginaverunt peccatores, in-
tenderunt arcum suum,

Vt prosternant pauperem, & inopem, vt
trucident rectos corde

Gladis eorum introbit in corda ipsorum:
& arcus eorum confringetur.

Melius est modicum iusto, quam diuitiae
peccatorum multa.

Quoniam brachia peccatorum conteren-
tur sustentat autem iustos dominus.

Nouit dominus dies immaculatorum, &
hæreditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo, &
in diebus famis saturabuntur, quia pecca-
tores peribunt.

Ei inimici domini velut adeps agnorum
absumentur, cum fumo deficiunt.

Mutuabitur peccator, & non solvet: iustus
autem miseretur, & tribuit.

Quia benedictentes ei hæreditabunt ter-
ram, maledicentes autem ei disperibunt.

A domino gressus hominis dirigetur, &
viam eius volet.

Cum ceciderit no collidetur, quia domi-
T ij

EXPLANATIO IN LIB.

qui sustentat manum eius.

Iunior fui, etiam senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem.

Tota die miseretur, & commodat, & semen illius in benedictione erit.

Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.

Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in æternum conservabuntur.

Iniusti punientur, & semen eorum peribit.

Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti loquetur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei eius in corde ipsius, & non vacillabunt gressus eius.

Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum,

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum, cum iudicabitur ipse.

Expecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram: exterminationem peccatorum videbis.

Vidi impium superexaltatum, & cœcum sicut cedros Libani.

PSALM. CVM PARAPH. 157

Et transi, & ecce non erat, quæsiui eum & non est inventus.

Observa innocentem, & attende iustum, quoniam ad extremum erit huic viro pax.

Iniusti autem disperibunt, ad extremum impi exterminabuntur.

Salus autem iustorum à domino, & fortitudine est eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eum.

EXPLANATIO.

Fac bonitatem, & inhabita terram. *Id est*, si cum virtute, & pietate vixeris, certum habebas, te domini tua vitam placide, & tranquille ad senectutem perdurum: hoc enim promittit deus in legibus federis sui. *Quod vero sequitur*, & pasce fidem, multæ sunt huius loci interpretationes. Explanatores Hebrei, alij quidem legendi ita: *vt nos*, & Davidem auctor iis verbis adhortari homines, ut animum intendant potissimum ad eas res, quibus diligitur, augesque fiducia, & pietas aduersus deum: alij vero legunt pasce fide, idque interpretantur in hanc sententiam, non esse putandum satis, si virtutem, ac pietatem ipse colas, nisi diligenter operam.

des, ut harum rerum disciplina, & institutione
alios etiam alios, qui est unus salutaris, & pro-
prius suus & misericordius pastus animorum.

Value super dominum viam tuam. Id est
commenda illius fidei te, ac tua omnia arqueta
eius bonitate pendeto.

Et educet quasi. Id est, reddit clarissimam,
& maximam illustrè probitatem tuam apud omnes.

Tace domino, & expecta eum. Hoc est, in
rebus aduersis quietus es, atque aequo anima
expectas, usque dum ipse dominus tibi subueniat.
Similis est illa diuina Escriptura sententia, In silentio,
& sibi erit fortitudo vestra.

Nouit dominus dies immaculatorum. Id
est, illorum vita consulit, & prouidet.

Velut adeps absumetur. Hostiarum adeps
voraci flamma consumitur, & penè in nihilà in
similiter impy, & hostes dei funditus interibunt.

Mutuatur peccator. Pulcherrima collatio,
qua vir sanctus demonstrat, etiam in ipsis, quae po-
pulariter bona fortuna nominantur, virum in-
sum & probum longè meliori condione esse,
quam improbum, & iniustum. Hic enim quam-
uis copiosus, & diues, ob imperantiam fore
semper ære alieno obstrictus est, neque eo se libe-
rare potest, aut vult: illi nunquam fere deest,
quod alteri de refamiliari liberaliter impertiat.
Alter vel in maximis divitiis egit, alter etiam

in paupertate diues est. Improbus ne reddit quic-
dem quod debet amicis, probus & pius largitur,
quod non debet, egenti quævis inimico deniq; ille
plerunque ex opulento pauper fit, huic faciente
deo semper omnia, qua sunt ad victum, & cul-
tum necessaria suppeditant.

Quia benedicentes ei. Ea (inquit) est bene-
volentia dei erga homines pios, & sanctos, ut
etiam factores, & amantes eorum maximis mu-
neribus afficiat: quod si quis inimicitias cum ipsis
gerat, gravissimas odij penas dabit.

A domino gressus hominis dirigetur.
Sensus est, deum hominibus pum in hoc periculo so-
lita cursu ducem, & comitem esse, ut recto, ac
tuto itinere perueniant ad beatam vitam, & im-
mortalem. Nam quod subiungit, deum hominis in-
isti viam yelle, hoc intelligit, illi incepitis piorum
fauere, & prosperos exitus concedere.

Cum ceciderit, non collidetur. Id est, si
quid aduersi accidit, calamitati non succumbet,
quia dominus sustentat, & corroborat animum
eius. Quintam vir pius peccat ille quidem, &
ali quando grauerit offendit, sed deo adiuante
celeriter resipiscit.

Léx dei eius in corde ipsius. Id est, illa ex
animo, verèque diligit, quippe qui nihil antiquis
habet, quidm ut intelligar, quid inbeat deus, quid
ve prohibeat, ut ad normam voluntatis diuinæ pos-

EXPLANATIO IN LIB.

fit omnes vita sue rationes dirigere, propterea
(inquit) non vacillant pedes eius, sed forti, & co-
stanti animo in iustitia, & pietate perseverent.

Nec damnabit illum. Id est, nec sinet illum
columnis inimicorum opprimi, si quando in iu-
dicium vocetur.

Exspecta dominum. Consolatur animos im-
becillos, qui grauiter ferre solent, quod deus sepe
bonos opprimit, malis vero omnia ad voluntatem
fluere permittat.

Obserua innocentem. Obserua (inquit) euen-
tus piorum impiorumque: animaduertes enim,
illos tandem exitus prosteros consequi, hos vero
ex illustri, & florenti rerum statu in maximam
serias, & illas quidem perpetuas precipitari.

ARGUMENT. PSAL. XXXVIII.

DExplorat peccata sua, & calamitates, in
quas ob illa inciderat.

Psalmus David ad memorandum,
XXXVIII.

Domine ne in furore tuo arguas me,
neque in ira tua corripias me,
Quoniam sagittae tue infixae sunt mihi,
& confirmasti super me manum tuam.

PSALM. CVM PARAPN. 59

Non est sanitas in carne mea à facie iræ
tua, non est pax ossibus meis à facie peccar-
torum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ
sunt caput meum, & sicut onus graue gra-
vatae sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices
meæ à facie insipientia meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum vehe-
menter, tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt ardo-
re, & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis,
rugiebam propter turbationem cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum,
& gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit
me virtus mea, & lumen oculorum meorum,
& ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei è regione pla-
ge meæ steterunt.

Et propinqui mei à longè steterunt, &
laqueos tecenderunt, qui quærebant ani-
mam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt
prauitates, & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audie-
bam, & sicut mutus non aperiens os suum.

EXPLANATIO IN LIB.

Et factus sum sicut homō non audiens & non habens in ore suo redargitiones.

Quoniam in te domine speravi, tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi, ne forte lætentur de me inimici mei, & dum commouebantur pedes mei insuleauerunt mihi.

Quoniam ego ad flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntio, & anxius ero pro peccato meo.

Inimici autem mei, viuunt, & roboretur & multiplicati sunt, qui oderunt me inique.

Qui retrahunt mala pro bonis, aduersabantur mihi, quoniam sequor bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris a me.

Festina in adiutorium emum domine deus, salus mea.

EXPLANATIO.

Domine ne in furore tuo. Desribit agi, & veleni oratione angustias & terrores conscientie iudicium dei atque transformandum.

Quoniam iniquitates meæ. Dicit se vix multitudine peccatorum miti obra; ut vites tanto oneris ferendis parerent non existant. Dismirum, haec

PSAL. CVM PARAPH. 160

sui cognitio tam ingentem metum & terrorem affert, ut animus fractus, & debilitatus succumbat, deque omni spe salutis deturbetur, nisi ad misericordiam dei fortiter admittatur: sed maxima pars hominum ita cœca est, & ipsa sibi tam libenter assentatur, ut neque turpitudinem suam, & fœdissimas labes cernere possit, neque quam longe distet ab illa excellentia, præstantia que pietatis, & iustitiae, quam deus requirit a nobis. ex ea re fit, ut tam seculo animo simus, nostrisque virtutibus, & benefactis tanta cum temeritate confidamus.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Sic appellat peccata, & noxiæ affectiones que sunt animi vulnera. eacum sanata esse existinamus, & cicatrices videntur abductæ, sepenusero ita putridæ, & corruptæ repente apparent, ut peiora loco salutem nostram esse videamus, quam erat antea, scilicet animi nostri crassissimæ circumfusi sunt tenebris, & in maximæ sui ignorantie versantur, nisi ab illo sole illuminentur, quem diuus Iacobus patrem lumen appellat. ex eo, quod ipse omnibus, que lucent, & sóns & principium est lucens; sed quod quisque malorem sibi sanitatem arrogat, hoc se magis insanire certo scit, magisque pernifera morbo laborare. Lubi mei impleti sunt ardore. Vocabulum

Hebreum significat etiam fæditatem; sed siue fæditatem dicat, siue ardorem, virumque verbum significat cupiditates, & libidines, que & sedisimæ res sunt, & maximos ardores in animis nostris excitare solent.

Et non est sanitas in carne mea. Hoc loco verbum carnis in eam sententiam accipere videtur, in qua diuus Paulus illud accipit, cum etiam ipse queritur, non habitare in carne sua bonum, sic reliquias veteris hominis appellans. sunt tamen, qui haec intelligenda putant de corporia mortali, quibus ego non assentior.

Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum. Iam (inquit) vides animi, & corporis me defecerunt, & propter afflictus lacrymae penè iam oculos amisi. vel potius de oculis animi loquitur, & hoc intelligit, se propter magnitudinem perturbationis lumine mentis defectum esse.

Amici mei, & proximi mei. Necessarij mei recusarunt proprius ad me accedere, & mecum sermone, & congregatione coniungi, qui tamquam ficiis suis leuare debuissent mortorem, & calamitates meas.

Quia dixi ne forte. Oraui (inquit) te domine, ne fineres homines impios, & nefarios letari malis meis: cum enim paulum modò offendissem, incredibile dictu est, quam propterne, ac petu-

lanter insultarunt mihi. Commemorat autem plures causas, quibus adducitur, ut credat, se imputaturum à deo, quod orat primum, quoniam in eo uno spiritu omnem locutus omnium rerum suarum: deinde, quia honesta petit, dum ab illa deprecatur, ne se virum pium ludibrio patiatur esse & despiciunt hominibus impius: addit se paratu esse ad quævis supplicia pro peccatis suis sufficienda, & que ad peccata & agnosceret, & confiteret, & maximum, atque continuum ex ius dolorem capere: denique proficitur, se maximo studio in posterū sibi ab omni maleficio temperanturum. Hac autem signa sunt evidenterissima hominū ex anima penitentis, cui non potest deus se non exorablem, placidumque præbere.

*E*xistimat virum sanctum fecisse hos versus, cum ibi Absalonem fugienti Semini occurrisset in via, & calamitatem ipsius acerbissimam conuitiis exagitaret, quæ quidem conuitia ipse sic datè ac patienter tulit. Deplorat autem, atque oratione flebili miseras & incommoda vitæ lamentatur.

Victori pro Iditum, Psalmu David.

EXPLANATIO IN LIB.

Dixi custodiam vias meas, ut non delio quam in lingua mea.

Posui ori meo frenum, cum consistere peccator aduersum me.

Obmutui silentio, & filii à bonis, & dolor meus exagitatus est.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione exarsit ignis.

Locutus sum lingua mea, notum fac mihi domine finem meum.

Et numerum dierum meorum, qui est, ut sciam, quanto tempore viuam.

Ecce mensura pugillorum terminasti dies meos, & æuum meum tanquam nihilum coram te.

Certe yniuersa vanitas est omnis homo viuens.

Certe in imagine pertransit homo, sed & frustra tumultuat.

Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea: & nunc quæ est expectatio mea dominus; certe in te spes mea est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti ne ponas me.

Obmutui, & non aperui os meū, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas.

A verberatione manus tuæ: ego defeci, cum increpationibus propter iniquitatem

PSAL. CVM PARAPHE 162

corporis hominem.

Tabescere facis (sicut tinea vestimentum) animam eius, certe vanitas est omnis homo.

Exaudi orationem meam domine & clamorem meū auribus percipe, & ad lachrymas meas.

Ne fileas, quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Recede à me, ut refrigerer, priusquam ab eum & amplius non sim.

EXPLANATIO.

Obmutui silentio &. Id est, ut que eo inimici conuicti tuli silentio, ut linguam à bonis verbis similiter ac malis prohiberem; sed cum imprebus ille petulatè mihi malediceret, animo se se obiecit memoria sceleris, quod admiserat, et res macrorem meum vehementer auxit, animumq; incisum dolore atque ira inflammat, cum cogitare, peccata mea mihi has calamitates peperisse.

Locutus sum. His verbis significare videtur, se calamitatum magnitudine fractum mortem optauisse.

Ecce mensura pugillorum. Intellige his verbis, vitam humanam brevissimam esse, in modo nullam, praesertim si cum aeuo illo sempiterno dei conferatur.

In imagine petransit homo. Id est, homo tenquam imago quedam vana, & adumbrata nihil solidi aut expressi habens vitam petransit.

Sed & frustra tumultuatur. Id est, accedit ad haec incommoda, quod i[n] nescit hoc p[ro]fissum tempori, quod illi est datum, placide, tranquille leniterque traducere: sed turbulentis, & concitate animi per motionibus semper agitatur, semper aut inani formidine, aut effrenata cupiditate torquetur, modo latitia temere exultat, modo agititudine ac dolore muliebriter debilitatur, animusque demittit.

Et nunc quae est expectatio mea domine? Itaque cum omnia humana plena sint misericordiarum, summaque lexitatis, quid reliquum est mihi, nisi ut in misericordia tua omnem meam spem, omnem cogitationem, curamque constituantur. Nam domine id ago, iam me ad tuum clementissimum numen totus conuerto, te solum insueo, in te uno nititur salus mea.

Ab omnibus iniuitatibus meis erue me. Significat, peccata sua causam esse earum calamitatum, in quibus versatur.

Oprobrium insipienti. Ne queso, mensas esse ludibrio, & respectui hominibus scilicet, & impuris.

Obmutui, & non aperiui. Cum Semeis calamitatem meam petulantissima lingua vex-

ret, obmutui, & patienter tuli, propterea, quod sciebam hoc mihi non accidisse sine consilio, & voluntate tua.

Ecce tabescere eum. Tu (inquit) hominem peccantem aliquando tanta severitate punis, ut illam lachrymis, mortore, cruciatu conficias, similiiter arce tinea vestem consumere solet.

Quoniam aduenia ego sum, Id est, in terris vi possum, & peregrinus ab aliem ago & in hac vita tanquam in diuersorio sum, non tanquam in domo, propediem discessum ad mortem. Hanc eandem sententiam repetit in libro prima Paralipomeno, his verbis, peregrini sumus coram te & aduenia, sicut omnes patres nostri, dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mors.

Recede a me. Id est, haec severam animadversionem tuam a me prohibe, ut antea quam de vita exeo, aliquantulum temporis ad respirandum habeam. scilicet vir sanctus desiderabat ante mortem deum sentire propitium, quem tunc sentiebat iratum: ut cum bona, & certa spe ad alteram illam vitam proficieretur.

PARAPHRASIS.

Proposueram me, non modo a malefactis, sed etiam verbis homine pio paru dignis abstineremus.

EXPLANATIO IN LIB.

Itaque tanquam freno linguam cohibuit, cum homo perditus ac peculans ac calamitatem mea insultaret meque maledictis et probris acerbissimis incéseret.

Obmutui certe, et iniici cōtumelias adest te-
ler anter et silentio tuli, vi linguam à bonis ver-
bis similiter ac malis prohiberem.

Tūc animo fse obiecit memoria sceleris quod
admisericordiam, et que res mcerorem meum incredibili-
ter auxit, animunq; iam incensum dolore
atque ira inflammatu*t*, cum cogitarem peccata
mea mihi eas miseras peperisse.

Itaque elatus nimia cupiditate moriendi, tēdo
mine orabam, ut indicare, quātū tempora ad
viuendū mibi reliquum fore, tum etiam gene-
riū humani vicem, et conditionem lamentabam,
cum vita proposita sit plena misericordiarum, et bre-
vissimā. qd dico breuissimā in nulla, praeferim
scī cū suo illo sempiterno tui numeris conferatur.

Nimirū futulisimā res est homo, et ipsa in-
anitate inanior, certe inanissimā umbra simili-
mus est homo.

Ista tanquam imago quādam vana et adum-
brata nihil solidi aut expressi habens, in hoc an-
gustissimo vivendi curriculo versatur. Accedit
ad hanc in commoda, quid is nescit hoc temporis
quid illi est datum, placide, tranquille, leniter
traducere: sed turbulentius et concitatis anima-

PSAL. CVM PARAPH. 164.

permotionibus semper agitatur, semper aut inani-
formidiē, aut effrenata cupiditate torquetur:
modo latitudine temere exultat, modo agritudine
ac dolore muliebriter, debilitatur, animumq; de-
metit.

Quid' qd violento quodam quasi astro, im-
petu auritiae rapitur ad diutinas, et in coacer-
anda pecunia dies noctesque consumit? Conge-
rit ille quidem infinita labore luculentas opes: sed
ignorat infelix, cuinam illas congerat.

Hec igitur cum ita se habeant, et humana o-
mnia plenū sint misericordiarum, summaq; leuita-
ti, quid reliquum est mibi, nisi vt in misericor-
dia tua omnē meā p̄m, omnē cogitationem
caritatiq; constitua? Iam domine id ago, iē me
ad tuum clementissimum numen totus conuerto,
te solam intueor, in te uno nititur salus mea.

Artūl quāsō miserere laborantis, et condona-
supplici tuo peccata omnia: neque me sīas esse lu-
dibrio et despectu hominib⁹ stultus et impuris.

Scilicet cum Semelis calamitatem meam petra-
lantissimā lingua vexaret, obmutui, et patien-
ter tuli: propterea quod sciebam, id mibi non ac-
cidere sine consilio et voluntate tua.

Sed iam quāsō suem fac verbēandi, iā quāsō
mibi misericordiam tribue, quando tormenta et
cruciatus tantos ferre non possum: me non vires
spām, sed vita iam deficit.

EXPLANATIO IN LIB.

Increpas tu quidem domine peccantes, & in
los paterna severitate animaduertis: quin enim
nonnunquam eò procedit iracundia tua, ut ha-
minem lachrymis, more, cruciata confi-
cias, similiter atque tinea depascere vestimen-
tum solet. Certe inanissima futilissimaque res
est homo.

Audi misericordia parens preces meas, clau-
morem supplicis tui ne contemptum habe, neve
repudia lachrymas meas.

Equidem in terris ut hospes & peregrinum
etatem ago, sicut omnes maiores mei: & in hac
vita tanquam in diuersorio sum, non tanquam
in domo, propediem discessurus ad mortem.

Proinde antequam de vita exeo, aliquando me-
cum lenius ac remissius age, & hanc severam ani-
maduersionem tuam a me prohibe, ut aliquantum
lum temporis ad respirandum habeam.

ARGUMENTVM PSAL. XL.

Christus agit gratias Deo pro redditu
suo ad vitam.

Psalmus David XL.

Expectans expectavi dominum, & in-
tendit mihi.

PSALM. CVM PARAPH. 165

Et exaudiuit preces meas, & eduxit me
de lacu strepente, & de luto, & limo.

Et statuit supra petram pedes meos, & di-
rexit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum,
carmen deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt, & sperabūt
in domino.

Beatus vir, qui posuit dominum spem
suum, & non respexit ad superbos, & decli-
nantes ad vanitates.

Multa sunt mirabilia tua domine Deus
meus, quæ fecisti sicut, & cogitationes tuæ
de nobis, non est qui similis sit tibi.

Annunciaui, & locutus sum, multiplicata
sunt supra numerum.

Sacrificium, & oblationem noluisti: aures
autem aperuisti mihi.

Holocaustum & hostiam pro peccato non
postulasti, tunc dixi, ecce venio.

In nomine libri scriptum est de me, facie
re voluntatem tuam deus meus volvi, & le-
gem tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia ma-
gna, ecce labia mea non prohibebo domi-
ne tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo,
& veritatem tuam, & salutarem tuum dixi.

V iii

EXPLANATIO IN LIE.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam à consilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me, misericordia tua, & veritas tua semper custodiant me.

Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus, cōprehenderunt me iniquitates meae, & non potui videre.

Multiplicata sunt super capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine, vt eritas meus domine ad adiuuandum me festina.

Confundantur, & ignominia afficiantur simul, qui querunt animam meam, vt auferant eam.

Conuertantur retrosum, & ignominia afficiantur, qui volunt mihi mala.

Defolentur pro retributione confusiois suæ, qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes querentes te, & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper, dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & liberator meus es tu, deus meus ne tardaueris.

EXPLANATIO.

PSAL. CVM PARAPH. . . 166

Expectans expectaui dominum. Idem est argumentum huius hymni, & xxii. Sed dispositio orationis non est eadem. nam utroque loco Dominum nostrum IESAM CHRIS- TVM inducit loquentem de sua morte, & resurrectione ad vitam: sed in huius hymni principio is Deo gratias agit iam ab inferis excitatus, in fine autem exponit deprecationem, qua Iesus fuerat, cum in media tam morte versaretur. Et vero prima pars hymni xxi. continet implorationem auxilij, ultima autem gratiarum actionem. Quod si quis Davidem existimet de se ipsi scribere hos versus, cum hoc ego non contendo, modo concedat nonnulla inferri, que non Davidi conueniant, sed Christo, cuius ille imaginem gererat. De hac vero scribendi ratione dicendum est nobis in explanatione psal. 16.

Expectans expectaui dominum. Hoc loquendi modo significat, se magna equitate animi tolerasse dilationem auxilij, quod tamen incredibili desiderio præstolabatur. Expectat autem hoc modo, qui neque locum, neque tempus, neque modum opitulandi deo prescribit, sed omnia relinquit in illius arbitrio, persuassimum habens, se tandem adiutumiri.

De lacu strepente. Describit elegantissime magnitudinem perturbationis, & vim calamitatum, quibus pene obrutus fuerat.

Et limo. Verbum Hebraeum significat lumen, lumen, lumen.

Et statuit supra petram pedes meos. **Hab.** rebā (inquit) in profunda & difficultate voragine, neque licet ut quā pedibus constiteret: at dominus me translatis in eū locū, ubi & stare possum, & libere ingredi. Significat autem, se maximata latitudo libertatis, atque in tuto, & tranquillo colloquatum esse.

Et immisit in os meum canticum nouum. Id est, nouā mihi materia suppeditauit celebratio prouidentiae, ac misericordia sua.

Videbunt multi & timebunt. Multi qui ante diū continebant, propterea quod illū res humanae curare non arbitrabantur, iam incipient eum colere, & venerari, atque eius bonitati, ac misericordia confidere. cum intelligent ex hac mea liberatione, & per oculis videant, ipsum pietatis amantes amantisimè tutari.

Beatus vir. Monet sapientissime nequaquam illorum opibus & gratia nitendum, qui fortunis & potentia florentes sibi temere praesidunt, & cogitationes suas abiiciunt in res inanem, & futilis, sed deum summa cum fiducia inuocādūt esse, atque illum omnium nostrarum rerum defensorem, adiutoremque adoptandum, idque confirmata ea sententia, quae sequitur, admirans beatitudinem diuinam, qua iam inde ab ultima origi-

ne mundi tam multas res preclarissimas, & maxime admirabiles gesserit pro salute ac incolumente piorum.

Annunciasil. locutus sum, Ego (inquit) semper occupatus fui in celebrandis consiliis, & mirabilibus facinoribus prouidentiae tuae, sed quis ea possit numero comprehendere, nedum satis dignitas verbis, & oratione perseguiri?

Sacrificium & oblationem. Qui Iudeus erū literis, & doctrina plius aequo dediti sunt, vt reliquias hymni partes ita hanc conantur ad Davidem accommodare: sed mea quidem sententia parum proficiunt, at explanatio diuini Pauli, qui ad 1 E s v m Christum hac refert in epistola, quam scribit ad Hebreos, ita facilis, dilucidata & apta, concinnaque est, vt nihil fieri possit elegerint, quam obrem ad eam te reicio.

Auros autem aperiuit mihi. Id est, percussis, vt dicto audiens esset ac tua voluntati libens obedirem.

In volumine libri. Me (inquit) è caelo in terras descendurum, & humanum genus miserissima servitute diaboli liberaturum, iam pridem raticinatus est Moses, idque testatum reliquit in monumentis legum suarum. Hanc sententiam repetit dominus in Evangelio cum ait: Si crederestis Masi, crederetis etiam mihi, de me enim ille scripsit.

Facere voluntatem tuā deus meus voluit.
Id est, me summō pere^rdelectat, tua voluntati obsequi, illānque ceteris omnibus rebus anteponit.

Annonciavit iustitiam tuam. Quae sit hac iustitia Dei, quam in E s v s Christus praedicauit, diuīs Paulus in Epistola, quam scribit ad Romanos, docet his memorabilibus verbis: Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, quae comprobatur testimonio legis, & prophetarū. Iustitia autem dei per fidem in E s v s C H R I S T I in omnes, & super omnes, qui eredunt in eum, non enim est distinctiones enim peccaverunt, & eagent gloria Dei: iustificantur autem gratis per gratiam ipsius, per redēptionē, quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidem; interueniente sanguine ipsum, ad ostensionem iustitiae sue per remissionem patitorum delictorum, quae deus tolerauit ad ostendendam iustitiam suā in hoc tempore, ut si ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

Veritatem tuam. Promiserat deus multasā se seculis se demissiū ē cōlo vñigenam filiu suū qui ē tenebris, & potestate diaboli mortales miseris ad beatissimam regni sui luce, & libertatem traduceret. At Christus se venisse ad hoc præstantissimum munus execendum, & verbis & factis mirabilibus testificatus est: quæ cū age-

P S A L C Y M P A R A R H . x 168
ret, veritatem dei optimè, & honorificientissime predicabat, illam in persuendis promisus fidelib̄sum esse demonstrans.

Non abscondi misericordiam tuam. De infinita misericordia Dei, aduersu humanum genus extat, doc̄ clarissimum elogium Christi in euangelio Ioannis Sicut (inquit) Moses exaltauit seruentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vt omnis qui credit in ipsum, non perireat, sed habeat vitā eternā, sic enim deus dilexit mundū, vt suum suum unigenitū daret, ut omnis qui credit in eum, non perireat, sed habeat vitā eternā, non enim misit Deus filii suū in mundū, vt condenmet mundū, sed vt saluetur mundū per ipsum. Qui credit in eum, non condenmatur: qui autem non credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filii Dei. Poteratne misericordia Dei illustriorib⁹ verbis, & sententiis praedicari?

Tu autem domine. Nunc exponit, quibus precibus adūtem suam deo commendauerit, cum sibi mors acerbissima immineret: solet enim vir sanctus aliquando si orationem disponere, vt actionem gratiarum preponat, eiique subiiciat expositionem periclorū, quibus ipsum deus liberaret: vt minime mirum sit illum hunc cuncte ordinem servare, dum loquitur sub persona Iesu Christi.

EXPLANATIO IN LIB.

Comprehenderunt me iniqüitates meæ.
Delicta, & sceleræ generis humani innocen-
tia dominus & clementissimus appellat sua. p-
se enim ille est quem diuus Petrus dicit peccata no-
stra perfidisse in corpore suo super lignum, ut
peccatis mortui iustitia viueremus. Et Elias,
omnes (inquit) quasi oves errantibus, vnuquis
que in via sua declinavit, & dominus posuit in
eis iniqüitates omnium nostrum, nimurum ut
que supplicia nos pro illis commerebamus, et
supplicia ipse acerbissima nec persolueret: ita
que delicta illum nostrum comprehenderunt, &
a patre potestati impiorum traditus pro nobis
factus est exercitio, ut nos ab execratione legi
liberaret: execrabilis enim quisquis in passibili
pendet.

Et non potui videre. Id est, tanta multa sunt
peccata, ut illa omnia cernere non possem.

Pro retributione confusionis suæ. Hoc est
ut panes sustineant ignominiae, qua me affice
conatis sint.

ARGUMENT. PSALM.

XLI.

C

ommédat eos qui afflictos & calami-
tosos miserantur; Queritur de his qui
lætitia exultaerunt, cum ipse gravitera-
ger ac prope deploratus iaceret.

PSALM. CVM PARAPHR. 369

Victori Psalmus, anno XI. A. D. 1593.

B

eatus, qui intelligit super pauperem,

In die mala liberabit eum dominus.

Dominus conservabit eum, & viuifica-
bit eum, & beatum faciet eum in terra, &
non tradet eum in animam inimicorum
eius.

Dominus opem feret illi in lecto dolores
eius, & uiuersum stratum eius versasti in in-
firmitatem eius.

Ego dixi domine miserere mei, sana ani-
mam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, quando
do morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur, ut videret, vanale
quebatur cor eius, congregauit iniulta-
tem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur simul.

Aduersum me susurrabant omnes ini-
mici mei, aduersum me cogitabant mala
mihi.

Verbum iniquum diffusum est in isto, &
qui decubuit, non adiicit ut resurgat.

Etiam homo pacis meæ, in quo sperabam:
qui edebat panes meos, magnificauit con-
tra me calcaneum.

Tu autem domine, misere mei, & resu-

EXPLANATIO IN LIB.
scita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui, quod voluisti me, quoniam
non grandebit inimicus natus super me.

Me autem propter innocentiam adiun-
sti, & collo casti me in conspectu tuo in et-
ernum; tu misericordia tua in me. Bencidit deus dominus deus noster in seculo
& usque in seculum, fiat fiat.

EXPLANATIO.

Beatus qui intelligit super pauperem.
Affirmat, beatum ullum esse qui misericordia factorum,
et quibuscumque rebus potest illos in-
uocare: misericordia enim deus misericordia impar-
titur: sine qua nulla potest salva existere.

In die mala liberabit eum dominus.
Diem malam appellat tempus asperum, et ca-
lamitosum.

Et non tradet eum. Id est, neque patietur,
ut ie in arbitrium, et potestate inimicorum
veniat.

Vniuersum stratum eius. Tu (inquit) do-
mine tuis manus lectam eius versabis, quod
suavis, ac mollis cubet. Significat autem hac
elegansissima allegoria, tam vir pius, et mis-
ericors aliquo morbo laborabit, deuili omnia of-
ficiat, vel indulgentissime iustitia prestatum.

PSAL. CVM PARAPH. 170

et quamvis aliam calamitatem magna solatiis
leuantur.

Ego dixi. Narrat se, cum grauer ad pericu-
lo ageraret, et ab omnibus fave derelictus fujs-
si, ad Dei misericordiam confugisse.

Sana anima mea. Nimirum intelligebat
David, se virtus animi in morbum corporis inci-
disse, itaque constulit, sed non dubitabat, cor
pori quoque rectium futurum.

Et si ingrediebatur. Siquid eorum (inquit)
per simulationem amicitiae me iniuriera, id confe-
quebatur, ut officio facto, simulataque sedulitate
sceleris scelere cumularet, idemque egressus deo-
ad socios fraudum, et infidilarum adulabat.

Verbum iniquum. Profecto, dicebant, esse ali-
quo inexplicabile scelere se contumaciam quod de
morte multum constituit: itaque fieri non po-
test, ut qui mortifero morbo appressus iacet, re-
fectis viribus surgat. Verbum autem in literis
sanctis pro re, et factio appellari, notissimum
est.

Magnificauit contra me calcaneum. Id est,
magnum mihi fecit inuidias: calcaneus enim in lite
ris sanctis sive appellatur pro fraude, et dolo,
qua guidem translationis sumpta est ab is, qui in
cursum aliquem supplantavit.

In hoc cognoui. Exultat latitia, quod dens
audierit preces suas, neque permisit, inimicos

letari morte sua, qua quidem in re magnam de
erga se benevolentiam dicit agnoscere.

Et collocasti me in conspectu tuo in et
ernum. Id est, nunquam oculos a te averti,
quem iuandum, tuendum, atque orandum
perpetuum suscepisti.

PARAPHRASIS.

Beatissim ille qui miseretur affectorum, &
quibuscumque rebus potest eos iuuat.

Illum vici sim deus ab omni calamitate prohibe
bit, ille incolunt & florens ad extreman se
nectutem vuer; neque unquam in arbitrium &
potestam inimicorum vener.

Quod si quis aliquando morbus interueniri,
pratio erit deus qui medicinam ei faciat, quique
suis manibus lectum verteret, quo iuuauit ac mol
lius cubet.

Ego vero cum grauiter ac periculose aggra
rem, meque omnia hominum adiumenta &
amicorum solatia defecerent, ad tuam misericor
diam suppplex domine confugi, teque multum cum
lachrymis orabam, ut animum meum eorum
& peccati pestiferis infectum pro tua bonitate
sanares. Scilicet intelligebam, convalescere in
corpori quoque rectum futurum: quippe quod
ipius animi yitio laboraret.

At inimici mei mala mihi precabantur: ne
que iis longius quicquam videbatur, quam vt
vitam & spiritum amitterem.

Quod si quis illarū per simulationem amicitie
me iniueret, id consequebatur, vt officio facto si
malataque sedulitate scelus scelere cumularet.

Idemque egressus domo, ad socios fraudum,
& insidiarum aduolabat.

Ibi nefarie susurriones & clandestina col
loquia de mea pernicie fiebant. Ibi gratulaban
tur, & interitum meum sbe ac desiderio repre
sentabant.

Profecto iste, diebant, aliquo inexpibili scelere
se contaminauit, quod deus morte multatare con
stituit: quam obrem non verendum est, vt tanta
mali gravitas villa medicina relenetur: neq; fieri
potest, vt qui mortifero morbo oppressus iacet,
refectis viribus surgat.

Sed illud in primis animum meum incredibili
dolore conficit, quod familiaris meus, qui cum
suanissime viuebat in cuius amore & fide semper
acquierer, insidias mihi comparauit. Non illum
sedus sanctum amicitia, non dulcissimus coniunctus,
non mens communis scelere a nefario renocavit.

At tu domine abiectum, proditum, & ab o
mnibus derelictum miserare, meque hos grauissi
mo morbo tandem leua, vt homines nefarū debi
te perfidie pœnas pendant.

In eare potissimum domine tuam erga me be-nevolentiam agnosco, quod iam vires recipio, iam sentio mihi medicinam à te factam: neque amplius vereri cogor, ne inimicus meus de mea morte gaudio triumphet.

Tu domine miseratus innocētiam meam, miferitus morbum depulisti: et me iuuandum, tuendum, atque ornandum perpetuō suscepisti.

Ptinam deum Istraelis vniuersi mortales ad innumerabilia secula augustè sancteque venerantur et colant.

ARGUMENT. PSAL. XLII.

Exponit in quanta solitudine ac dolore esset, cū Hierosolymis electus a Suale, neque templum augustissimum cum reliquis ciuibus celebrare, neque sacrificii solennibus interesse posset.

*Victori, erudiens Canticum filiorum Core,
Psalmus XL II.*

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.

Sicut uox anima mea ad deū fontem viuum, quādo veniā, & apparebo ante faciem deū.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me anima meam, quod transibo cum multitudo-ne, adducens illos usque ad domum dei.

In voce exultationis, & confessionis multitudine tripudante.

Quare tristies anima mea? & quare conturbas me?

Spera in deum, quoniam adhuc confitebor illi propter salutare vultus sui.

In me anima mea conturbata est, propter memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij, & a monte Mizaar.

Abyssus abyssum aduocat in voce cataramatum tuarum.

Omnis fluctus tui, atque procellæ tuae super me transierunt.

In die mandabat dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius apud me.

Oratio deo vite meæ, dicā deo, rupes meæ.

Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Quasi gladio concidunt ossa mea, dum exprobrant mihi inimici mei,

Dicentes mihi per singulos dies, ubi est deus tuus?

Quare tristis es anima mea, & quare con-
turbas me?

Spera in deum, quoniam adhuc confite-
bor illi, qui est salutare vultus mei, & deus
meus.

• Studiens Canticum. Sic inscribitur psalmus quoniam docet, etiam cum nihil ad spem ostenditur, sperandum tamen esse, & misericordiae dei confidendum.

Dum dicitur mihi. Id est, dum mihi imp̄y in-
sultant interrogantes, ubi nunc sit deus, cuius ego
praeudio cōfido? Cum enim homines perditū vi-
rent Davidē exulum, eḡētem, & magnis calamiti-
tibus oppressum, irridebāt eius religionem, &
pietatem aduersus deū. id verò ad dolorem accide-
bat acerbissimum homini pio, qui nihil tam valde
e. petebat, quam omnibus persuasum esse de boni-
tate, & prouidētia dei; sed ingratis cōte rerū ad-
uerſorum mole, ita debilitatur, & frāgitur ali-
quādo priorū animus, ut etiā ipsi dicāt sibi, ubi est
deus tuus? quippe quise derelictos esse atq; abie-
ctos ab illo suspicetur, & perrimū pfecto certamē
in quo spes cum desperatione confligit, & om-
nino succumberet, nisi ad promissiones dei tend-
eiter anniteretur: id quod agebat vir sanctus;

vit verba sequentia testantur, cum homines imp̄y
fiduciā eius acerrimè oppugnarent, atque illum
perē cogerent de salute sua, & misericordia dei
desperare.

Hæc recordatus sum. Cum essem (inquit) in
hīs angoribus, spes rerum futurorum, quæ pro-
missioni dei inititur, me consolata est, & animum
doloris magnitudine contractum quadammodo
effudit, ac dilatauit hæc nem̄e recordabar, tem-
pus fore, cum me ciues mei summa omnium vo-
luntate ab exilio reuocarent, tunc ego ab innu-
merabilī gratulantium multisudine deducar ad
augustissimum templum dei, tunc omnia plausu,
leititia, & fauoris acclamatiōnibus personabunt,
tunc libentissimis omnibus regnum & imperium
obtinebo. Cum itaque scias d' anima mea deum ti-
bi tanta bona promisisse, cur nullum dolendi fi-
nem faciatur me respirare nunquam fini?

Propter salutare vultus sui. Id est, illi gra-
tia agam de salute, quam mihi dabit respiciens
vultu placido calamitates meas.

Propterca memor. Cum, inquit, acerbitate
doloris, & nimio mœrore conficiar, reliqua est
una consolatio, vt animum labentem, & prope
iacentem suauissimi numinis tui recordatione fu-
sentem in hac solitudine Iordanis, & Hermonis,
& Mirzaari, quibus in locis ego vitam inopem,
& vagam persequor.

EXPLANATIO IN LIB.

Abyssus abyssum. Id est, calamitas calamitatem urget, neque illius est misericordiarum finis. Est autem elegans allegoria, qua inducitur deus exercitatus tonitruius, et ingenti tempestate Davidem obruere infinita copia imbrium. Aquas autem in literis sanctis appellari pro calamitatibus, nemo est, qui negat.

In die mandauit. Aliquando (inquit) placabit deus, et illo iubente optatissima lux prosperitatem illucescat: interim manente hac horribili calamitatum nocte, nunquam intermittam deum meum colere, et venerari dulcissimum ipsius nomen, laudesque dies, ac noctes in animo mihi atque ore versabuntur.

PARAPHRASIS.

*Q*uam cupidè cerius fontem querit calore sitique confectus, tam cupidè numen tuum sanctissimum domine querit animus meus.

Ardentissime cupidè animus meus adire ad præpotentem et sempiternum deum: O si dies ille pulcher illucescat, quo mibi aditus patet ad optatissimum domicilium dei.

Fuerunt mibi lacrymae meae dies noctesque pro cibo, cum homines perdit de me perulantes quererent, ubi nam foret deus meus. Cur, diebant, deus tuus cultorem suum exalem, i-

PSAL. CVM PARAPH. 174

flictum, omnibus rebus egentem deserit in tantu malu?

Has voces profectò ferre non potuissim, iam di dolori et calamitatibus succubuisse, nisi labentem et proprie sacentem animum bonorum, quæ mihi promisisti, recordatione fuissem. Hec tempore recordabar, tempus fore, cum me ciues mei summa omnium voluntate ab exilio reuocarent. Tunc ego ab innumerabilis gratulantium multitudine deducar ad augustissimum templum tuum: tunc omnia plausu, letitia, et sanctis acclamacionibus personabunt, tunc libentissimis omnibus regnum et imperium obtinebo.

Cum itaque scias o anima mea deum tibi tanta bona promisisse, cur nullum dolendi finem facisti cur merefipare nunquam finis?

Confide misericordia dei, et memineris tempus fore, cum omni periculo liberatus illi gratias agam, conservatori et parentis dulcis meæ.

Hec quidem ego cum animo meo sæpe colloquor: sed ille nonnunquam ita vi doloris opprimitur, vix ut resistere poscit. Propter ea domine quam sapientissime potero, ad cogitationem iucundissimam numinis tui mente recurram. Quanquam verò longissime absum a paterna domo mea, et templo tuo sanctissimo: quamquam exuli, abiectus, aridus, solitudines Iordanis et Hermonis, Misaérique nemora deuia et deserta

X viij

penagro, nunquam tamen recordationem nominis
tui deponam ex animo meo, semper mihi obserua-
bitur ante oculos bonitas et misericordia tua,
semper optimum maximum numen tuum vene-
rabo et colam, et calamitas mea in sanctissima
suauissimaque tui memoria conquefetur.

Eheu calamitas calamitatem vrget, neque illa
ab arumnis et miseris datur intermissione.

Ac velut cùm vere nouo celum fulminibus et
horrissonis fragoribus tremefaciat, immensa vi
grandinis atque imbrum ex alto præcipitans a-
gros et segetes virentes obrutas oppletasque
tenet: tali ac tanta malorum vi, et tempestate
me miserum obrusisti.

Sed aliquando placabitur deus, et illo iubente
opratissima lux prosperitatem fortunis mei illu-
cescit. Interim manente hac horribili miseria-
rum nocte, nunquam intermittam deum meum
coleo ac venerari, dulcissimum ipsius nomen,
laudesque, dies ac noctes in animo mihi atque ore
versabuntur.

Illi ego misericordiae supplex, plurimi cum
lachrymis dicam: o refugium et unica salus mea,
quare oblitus es mei?

Quare continuo luctu et moerore consumor dum
mihi ab importuno hoste nulla quies datur?

Me acerbissime excruciant, me enecant ho-
stes mei dum mihi quotidie insultant percur-

stantes, ubi nam sit deus meus.

Cur nullum dolendi finem facis o anima mea?
cur me respire non quam finis?

Confide misericordiae dei, et memineris tem-
pus fore, cum omni periculo defunctus illi gratias
egam, conservatori et parenti salutis meae.

ALIA PARAPHRASIS carmine.

Et cerua fontem anhela querit anxie

Quam vis canum sagaciam

Vexavit, viri arua dum sol igneus:

Sic te pater dulcissime

Desiderat anima mea, cor meum tuam

Sic expedit presentiam.

O si nivea lux illa fulgeat mihi,

Cum liceat ad templum dei

Adire, et hymnos numini augustissimo

Cum gente sancta dicere.

Noctes diésque lachrymæ tristissime

Fuere pro cibo mihi,

Dum continent sciscitantur impie

Gentes, deus meus ubi sit.

EXPLANATIO IN LIB.

*Cur ille, dicunt, exulem seruum suum
Tantis relinquit in malis?
Iam fracta virtus ponderi succumberet
Rerum asperarum, nisi bona
Fulcir illam spes, et animum reficeret
Iucunda cogitatio:
Nimirū adhuc tēp̄us fore, cū ad amabilem
Redibo lētus patriam.
Tunc me neorum multitudo ciuium
Immensa gratulantium
Templum dei deducet ad sanctissimum:
Tunc ciuitas clamoribus
Faustissimis sonabit, omnia tintulit
Latē sonabunt plausibus,
Ergo bona tibi tanta ô anima mea à th̄o
Promissa cum scias deo,
Cur non dolori iam modum figi: mihi
Cur omne tollis gaudium?
Committe iam, committe præsentissime
Tuam salutem numini:
Nam liberati ab omnibus malis adhuc
Agemus illi gratias.*

PSAL. CVM PARAPH. 176

*Hec sepe mecum colloquor, sed intimis
Resurgit in præcordijs
Quandoque tanta vis doloris anxij,
Vix ut queam resistere.
Quapropter ad tui memoriam nominis
Amabilem sepiissime
Recurrat ô unica spes mea, ô lux, et salus,
Charumque solamen meum,
Dulcescet illa amaror omnis, et animo
Illa eluet curas meo.
Quanquam paterna sum fugatus à domo,
Vactasque solitudines
Jordanis, aquosque saltus Hermoni,
In hospitalem et Mizarum
Exul peragro rerum egenus omnium:
Nunquam tamen tui pater
Non meminero, nūquam effluet animo meo
Dulcissimum nomen tuum.
Eheu dolorem urget dolor, neque villa fit
Laboris intermissione.
Vt densus imber, nūisque saeva grandinis
Iigente glomerati agmine,*

Cum turbulento decidunt ex æthere,
 Magnis & omne motibus
 Celum quatit tonitruum horrisonus frigor
 Sternuntur agri, sternitur
 Sege virescens, rura plenis omnia
 Natare fossis rusticus
 Miratur: heu tali pater miserum agmine
 Grauium malorum usque obrui.
 Sed tu serena placidus intueberis
 Me fronte tandem, & candida
 Lux pellet horridas tenebras: interim
 Manente nocte desinam
 Laudes tibi nunquam canere, numen tuum
 Nunquam precari desinam,
 Dicam tibi flens, ð salus, ð lux mea
 Cur tandem immemor es mei?
 Cur lachrymis, dolore, luctu maceror
 Dum vexat hostis barbarus?
 In frusta corpus omne concidunt meum,
 Et me miserrimè enecant,
 Dum continenter se scitulantur impie
 Gentes, deus meus ubi sit.

Cur tristis es anima mea? cur nunquam mihi
 Per te licet quiescere?
 Committe iam, committe presentissimo
 Tuam salutem numini,
 Nam liberati ab omnibus malis, adhuc
 Agemus illi gratias,

H Abet idem argumentum hic psalmus,
 Atque superior.

Psalmus XLIII.

Vdica me deus, & discerne causam meam
 De gente non sancta, ab homine iniquo, &
 Doloso erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea: quare me
 repulisti? & quare tristis incedo, dum affli-
 git me inimicus?

Emitte lucem tuam; & veritatem tuam, ipsa
 me deducent, & adducent in montem san-
 cturn tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei, ad deum læti-
 tie, & exultationis meæ.

Confitebor tibi in cithara deus, deus

EXPLANATIO IN LIB.

meus, quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in deo, quoniā adhuc eōfitebor illi,
qui est salutare vultus mei, & deus meus.

EXPLANATIO.

Iudica me deus. *Vir sanctus in periculum vi-*
tæ falsis crimibus vocatus à Saule, opat deum
discipitare causam suam.

Et discerne causam. Quidam vertunt clari-
vius ex Hebreo in hunc modum, & defende cau-
sam meam à gente non sancta.

Emitte lucem tuam. *Lucem, & veritatem*
appellat fauorem, & auxilium hominibus pīs
promissū d̄ deo, quibus rebus pellantur tenebra
calamitatum, sed lux dei splendidissima spiritus
sanc̄tus est, cuius sempiterna comes est veritas;
hanc lucem, & hanc veritatem ē celo demittit
deus, ut filii suis duces sint ad montem sanctum
suum atque ad illud templum immortale, ubi
numen ipsius augustinum perpetuū hymnis
celebrant mentes beatæ. Ni mirum nisi celestis
haec lux in hoc diffici, & periculo vita cursu
prælucet, & nobis iter verae pietatis ostendat,
semper in maximis tenebris versamur, & falsa
pro veris amplectentes longissimè aberrramus &
via, qua ducit in cœlum.

PSAL. CVM PARAPH.

178

ARGUMENTVM PSAL. XLIII.

Quartur gens deī se ab impiis culto-
ribus decorum crudelissimē vexari,
neque tamen deū sibi opitulari, qui maiores
sūos benignissime tutatus fit, ac illustribus,
& commemorandis beneficiis illos ornaue-
rit, & precatur ab illo, vt tandem numen
suum propitium ostendat.

Victori filiorum Coræ Eruditio.
Psalmus XL III I.

Deus auribus nostris audiuimus, patres
nostrī annuntiauerunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum
in diebus antiquis.

Manus tua gētes disperdidit, & planta-
sti eos, affixisti populos, & expulisti eos:

Nec enim in gladio suo possederunt ter-
ram, & brachium eorum non saluavit eos,

Sed dextera tua, & brachium tuū, & illumi-
natio vultus tui, quoniā complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, & deus meus, qui
mandas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cor-
nu, & in nomine tuo conculcabimus insur-
gentes in nos.

E X P L A N A T I O I M L I B.

Non enim in arcu meo sperabo, & gla-
dius meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de afflagentibus nos,
& odientes nos confudisti.
Deum laudabimus tota die, & nomini tuo
confitebimur iusseculum.

Nunc autem repulisti, & confudisti nos,
& non egressus es cum exercitibus nostris.

Fecisti nos dare terga inimicis, & qui o-
derunt nos di i pieebant sibi.

Dedisti nos tanquam oves escarum, & in
gentibus di persististi nos.

Vendidisti populum tuum sine diuitiis,
& non multiplicasti in cominationibus
eorum.

Posuisti nos oprobrium vicinis nostris,
subfannationem, & derisum iis, qui sunt in
circuitu nostro.

Posuisti nos in proverbiis gentibus, co-
motionem capitii in populis.

Tota die verecundia mea coram me est,
& confusio faciei mea cooperuit me.

A voce exprobrantis, & obloquentis, à fa-
cie inimici, & persequentis.

Hæc omnia venerunt super nos, & non
obliti sumus te, & inique non agimus in te-
stamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum, neque

P S A L M . C V M P A R A P H . 179

declinauerunt gressus nostri à semita tua.

Certe afflixisti nos in loco draconum, &
operuisti nos umbra mortis.

Si oblii sumus nomen Dei nostri, & si
expandimus manus nostras ad deum alien-
num,

Nonne deus requireret ista? ipse enim no-
uit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota
die, aestimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge, quare obdormis domine? & ne re-
pellas in perpetuum.

Quare faciem tuam auertis? obliaisce-
ris afflictionis nostræ, & tribulationibus no-
stræ.

Quoniam humiliata est usque ad pulue-
rem anima nostra, adhæsit terræ venter no-
ster.

Exurge domine, adiuua nos, & redime
nos propter misericordiam tuam.

E X P L A N A T I O .

Gentes disperdidit. Id est, Cananeos, ex ce-
teris finitimas nationes.

Non enim in gladio suo. Plenissima pietas
est sententia, qua docet, quicquid belli, domi-
que feliciter administratur, attribuendum mife-

EXPLANATIO IN LIB.

ricordiae diuinæ, non prudenteriæ, aut virib[us] hu-
manis.

Et illuminatio vultus tui. Id est, tuus favor
illos illustrans.

Non enim in arcu. In numine inquam tuo,
non in armis, & viribus nostris spem victoriae
ponimus: quoties enim seruati sumus in bello, &
periculis, tuo tantum numine seruati sumus, quod ob-
rem de tanta tua erga nos benignitate semper ti-
bi gratias agemus, & nomen tuum sempiternis
laudibus persequemur.

Dedisti nos tanquam. Dediſt, inquit, nos ho-
stibus tanquam pecudes cœli destinatas.

Vendidisti populi tuū. Id est, tam parvo po-
pulo tuum vendidisti, ut nullas inde diuitias ibi
compararis. Quid verò sequitur, & non mul-
tiplicasti in communitatibus eorum: verbum illud
multiplicasti, referendum esse videtur ad di-
uitias, ut sensus sit, illum non esse factum diticere
ob venditionem populi, sed quidam reddiderunt
ex Hebreo ad hunc modum, neque auxisti pre-
tia eorum hi cum Symmacho interpretatione co-
sentiant.

Posuisti nos in proverbiū gentibus. Ut
sicilicet, qui alicui mala precari velit, nostram illi
calamitatem preceatur.

Cōmotionem capit is. Id est, sumus apud im-
pias nationes ioco, & derisi: simile est illud in-

P SAL. CVM P A R A P H . 180

psalmo xii. distenderunt labia, & mouerūt
caput.

Neque declinauerunt. Id est, nulla tormenta
nilla vis calamitatum potuit nos impellere
ad violandas leges, & præcepta tua. Hunc lo-
cum veritatis etiā diuinus Hieronymus ad hunc mo-
dum.

In loco Draconum. Dracones appellant gē-
tes impias, & immones, quibus seruiebant.

Vmbra mortis. Vmbram mortis vocant ser-
vitutem acerbissimam, & tenebris mortis com-
parandam.

Si oblii sumus. Dixerant se nulla vi calami-
tatum potuisse cogi, ut deficerent ad deos falsos,
& commentios: ad id conformandum hæc sub-
iungunt, si (ingulunt) ab alienati fuisse mus à deo
nostro, nonne ipse, qui nouit intimos sensus animorum,
hoc nostrum scelus animaduerteret: au-
deremus ne igitur apud illum mentiri, & fal-
sa prædicatione iactare innocentiam, & pietate
nostram erga ipsum? Sed quid opus est plu-
ra: Nonne quotidiana cædes, & asperrima sup-
plicia, quibus efficiuntur nominis tui causa, testan-
tur nos esse pietatis, & sanctæ religionis aman-
tissimos?

Quoniam propter te. Hoc verbum, quoniam,
apud Hebreos sepe habet vim ornandi rāsum,
aut assuerandi, ut apud Latinos quidem, me-

Y q

hercule, profectō.

Quoniam humiliata est. Id est, ad terram
abieci sumus pondere calamitatum, & ad mi-
seritatem, atque infimam fortunam deprehi-

ARGUMENT. PSALM.

XLV.

Est carmen nuptiale, quo celebratur Ies-
sus Christus verus deus, & verus homo,
& ecclesia ipsius sponsa.

*Victori super Liliis filiorum Cora eru-
diens canticum amorum.*

Psalmus. XLV.

Erustauit cor meum verbum bonum, di-
eo ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribere velociter ser-
bentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, dif-
fusa est gratia in labiis tuis, propterea bene
dixit te deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum
potentissime.

Gloria tua, & splendore tuo, & cū splédo-
re tuo prosperè procede, equita.

Super verbum veritatis, & mansuetudi-

PSALM. CVM PARAPH. 181
nis, & iustitiae, & docebit te mirabilia dex-
tera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent,
in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculū seculi, virga re-
stitudinis, virga regnitui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniuriam,
propterea vnxit te deus, deus tuus oleo læ-
titiae præ confortibus tuis.

Myrrha, & stactæ, & casiae ab omnibus
vestimentis tuis, ex omnibus eburneis, ex
quibus læticauerunt te filia regum inter
honoratas tuas.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu
deaurato.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā,
& obliuiscere populum tuum, & domum pa-
tristui.

Et concupisces rex decorem tuum, quo-
niam ipse est Dominus tuus, & adorabis
cum.

Et filia Tyri cum muneribus, vultum
tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria filiæ regis abiens, ex in-
tertexto auro vestimentorum eius, in vesti-
bus acu pictis.

Adducentur regi: virgines post cā, pro-
ximæ eius adducentur.

Y iii

Adducentur in lætitia & exultatione, ad-
ducentur in templum regis.

Pro patribus tuis erunt tibi filii, constitues
eos principes super omnem terram.

Memor ero nominis tui domine in omni
generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in a-
ternum, & in seculum seculi.

EXPLANATIO.

Super liliis. Vocabulum Hebreum sine du-
bio significat lillum, neque in aliam sententiam id
aceperunt Aquila, & Theodotio, interpres
luculentii in primis: sed plerique Hebraeorum su-
spicuntur, hoc in loco significari eo nomine instrumentum musicum, ad quod sacerdotes huius hym-
ni verba modularentur. mihi vero litorum in-
scriptio videtur ad materiam carminis aptissi-
mè conuenire, quo carmine Christi, & ecclesia
nuptiae celebrantur. Quis autem studiosus lite-
rarum diuinarum nescit, hunc florsum de se dice-
re in Cantico, Ego flos campi, & lillum conual-
lum: & de sua sponsa, Sicut lillum inter spinas,
sic amica mea inter filias? Quin etiam ipsa Spôla
in eodem libro loquens de hominibus piis, ex qui-
bus corpus suum constituitur, ait dilectum suum
inter lilia pasci.

Eructauit cor meum. Animus, inquit, meus
fauoris epulis sp̄us sancti saturatus eructat
carmen bonum, & hos ego versua ad decus, &
laudem sempiterni regis canto.

Lingua mea calamus. Vi enim calamus ed
mouetur, quod manus scriptoris illū ducit, sic lin-
guam Davidis spiritus sanctus mouebat, & mo-
derabatur.

Speciosus forma præ filis hominum.
Quid enim tam pulchrit, tam elegans tam ve for-
mosum, quam Iesus Christus Opt. max. qui ab
omnib[us] labore, & macula peccati purissimus fuit, &
omnibus virtutum numeris absolutissimus? Quæ
species tam amabilis, tamen suavis, & iucunda, quam
huius mansuetissimi regis aspectus, qui neminem
penitenter, quādus improbum, & impium asper-
natur, adquæ adeò omnes laborates, & afflictos
in suum senum ultro vocat dulcissimis verbis eos
ad hunc modum appellans: Confugite ad me, om-
nes, qui laboratis, & graduati estis, & ego refi-
cam, & recreabo vos.

Diffusa est gratia in labiis tuis. Id est, tam
grata, tamen suavis, & plena auctoritatis est oratio
tua, ut omnis persuadēdi vobis labris tuis insedisse
videatur. Itaque nonnulli in Euangeliō Ioannis
hanc loquendi diuinitatem admirantes affue-
rant, neminem ex omnibus mortalibus vnguāta
locutum esse, ut I. E. S. V. M. Christum.

Accingere gladio tuo . Christi gladium est
vix illa spiritus & verborum efficacissima , &
penetrabilior omni gladio acceperit , vt inquit di-
nus Paulus . qua quidam vi , & gladio ille vix cru-
delissima tyrannide hostiis sempiterni humanum
genus liberavit , & sub potestatem , ac ditionem
suam omnes nationes , terrasque subiunxit . Eum
gladium appellat gloriam , & splendorem Chri-
sti , propterea quod is ea re sibi decus , & impe-
rium comparavit .

Equa super verbum . Tu (inquit) tanquam
equo vecchio euangelio totum orbem terrarum pera-
grabis , dextera diuinatus tua cōmemorāda , &
inaudita facinora edens . Est autem animaduc-
tione dignissimum , quod euangelium vates sancti
appellat verbum veritatis , & mansuetudinis ,
& iustitiae : quibus nominibus illius vis , &
proprietas ita describitur , ut nihil ad eam explican-
dam excogitari poset magis accōmodatū : siquidem euāgelio traditur vera cognitio dei rerū
que diuinarum , & penitentibus omnium pecca-
torum condonatio promittitur , & iustitia Dei
patefit , vt inquit dinus Paulus . qualis autem sit
hæc iustitia dei , & quibus impertiatur , quovè
modo , dictum est in explanatione psal . 40 .

Sagittæ tuæ . Id est , sagittis euangeli , & chæ-
ritatis series animos mortalium , qui te oderunt ,
& illorum innatam impitatem interficies , atq;

PSALM. CVM PARAPH. 123
omnes gentes ad terram fessæ abiuentes nomes
suum suppliciter venerabuntur . Sed sagittæ si-
gnificant etiam penas , & supplicia , quibus ple-
nitur eorum pertinacia , qui salutare imperium
Christi repudiant : euāgelium enim alijs est odor
mortis ad mortem , alijs odor vitae ad vitam , vt
inquit dienus Paulus .

Sedes tua deus . Pronuntiat , imperium Chri-
sti sempiternum fore , propterea quod ille & de-
sit , & summa iustitia , & equitate regnum ad-
ministrat .

Propterea vxixit . Te o Christe deus , Deus
tuus vxixit sp̄u sancto uberrimo fonte lœtitiae , vx-
xit autem hoc oleo pretiosissimo longe uberioris te
quam ceteros filios suos , qui sunt confortes &
cohæredes tui : illi enim sp̄u sancti vis finit com-
municatur , in te vero copiosissime , largissimeq;
effusa totum tota repletus . Sed paulo fusius hæc
explicanda sunt , quo facilius intelligantur . Deus
instituerat apud Hebreos , ut qui regis hono-
re , ac nomine afficerentur , aut sacerdotium ini-
rent , oleo sacro vnguentur , de cuius composi-
tione mentio fit in eo libro , qui inscribitur Leui-
ticus : itaque cum is I E S V M illius gentis , cæ-
terarumque nationum & regem & pontificem
constitueret , antiquo more ipsum oleo perun-
xit , non illo quidem manu , atque operæ hominum
facto , sed eo , cuius efficacitate ac vi , creata &

EXPLANATIO IN LIB.

effecta sunt omnia, nempe spu sancto. Hoc celeste oleum à Christo defluens, in uniuersa ipsius membra, id est, in omnes, qui non sicut sed vere Christiani sunt, eos quoque reges, sacerdotésque constituit, sed inter hanc nostri à, et Christi unitatem plurimum interest: hic enim spiritum accepit nulla mensura, ut inquit Iohannes Baptista, nobis eius accipiendo certus definitus est modus, s; pro eo quantum metitur unicuique liberalitas Christi, ex quo tanquam ex fonte plenissimo ad nos omnia bona permanet. Ex his que bresuiter attigimus, satis perspicuum esse videtur, quare vates sancti cecinerit, Christi oleo lassitate delibutum esse uberior quam confortes suos.

Myrra & stacte. Vestimenta Christi sunt anima, et corpus, quibus eius divinitas induita est, que diuus quoque Paulus in epistola ad Hebreos scripta nominat velamen: vnguentum suuissimum a sunt excellentissimae virtutes, que diuum afflant odorem ex ea natura, quam ille asumpsit.

Ex domibus eburneis. Aedes eburnea, id est ornatissime, ac magnificentissime, sunt mentes piorum, quas incolit Christus, ut aut diuus Paulus in Epistola ad Ephesios scripsit. Harum mentium puritatem mirandum in modum p̄i Christi exhiberant gaudentem virtutibus. Et religione suorum,

PSAL. CVM PARAPH. 184

Filię regum inter honoratas tuas. Etiam filia principum, et regum (inquit) se tibi infernitatem pie, sancteque dicabunt.

Astitit regina à dextris tuis. Hac tenuis spō sum laudibus celebravit, nunc ipsam sponsam elegantisime describit, id est, ecclesiam sanctam, quā dicit a sedere sponsō: id quod etiam diuus Paulus affirmat hu verbis, deus, qui diuus est in misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam cum mortui essemus per dilectionem, conuinicauit nos unde cum Christo (per gratiam seruati es̄t) simulque cum eo resuscitauit, et simul cum co sedere fecit in coelestibus in Christo Iesu.

Obluiscere populum tuum. Monet sponsam si velit amore sui sponsum incendere, necesse esse, ut ipsa in illum omnē amorem suum trasfundat, atque omnia obliuiscatur, que antea charissima habebat. Hec est illa præstantissima animi affectio hominis Christiani maxime propria, qua nostri abnegationem sui, et mortificationem carnis usurpare, atque appellare solēt. de ea spō su ipse, et ipsius discipuli præclarissima, et verē diuina præcepta nobis reliquerunt.

Filia Tyri. Significat, nationes, que falsos Deos celebāt, dona ecclie sancte allatura, et primarios viros illam suppliciter veneraturos.

Omnis gloria. Ne quis existimat decorē,

EXPLANATIO IN LIE.

*E*ornatum reginae constare ex rebus externis,
*E*iusque oculus cernuntur, dicit, omnem pulchritudinem, omniaque eius ornamenta constituta ex
se in animo illius: ut intelligamus, ex aurum, ex
vestes elegantiissimas nihil aliud esse quam preclaras ex diuisa ecclesiæ virtutes.

Virgines post eam. Virgines (inquit) eam deducunt, ex proximæ eius, id est, que moribus, ex pietate coniunctiores illi sunt, adducuntur ad te. virgines autem nominari intelligito non solum fœminas viri expertes, atque intactas, sed promiscue omnes, qui animos gerunt incorrupta doctrina, ex morum integritate praestantes, in quam sententiam diuus quoque Paulus accipit hoc nomen virginitatis, cum scribens ad Corinthios ait, desponde vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

Pro patribus. Monuerat ecclesiam, ut obliuisceretur domum paternam: nunc eam consolatur promittens, loco parentum nescituros ipsi filios, qui potiantur imperio orbis terrarum. Ý filii fuerunt Apostoli, ex qui ab eorum disciplina profecti omnes nationes religione sancta imbuerunt, ex illas dicto obedientes habuerunt.

Memor ero. Inducit ecclesiam gratias a gentem bono suo, qui eam tantis beneficiis affecteyit.

PSALM. CVM PARAPHR. 285

ARGUMENTVM
PSAL. XLVI.

Superiore hymno prædixerat coniunctionem ecclesiæ cū Christo: at hoc exponit, quot bella quotquot oppugnationes sit illa percessura, maximè primis temporibus: inquam ob causam inscriptus esse videtur ipse hymnus, pro iuuenculis. Describit item magnifica oratione quarta sit fortitudo, fiducia, & securitas piorum ob tutelam Dei. Inducit autem ipsam ecclesiam loquentem.

Victori, filiorum coræ, pro iuuenculis.

Psalmus XL VI.

Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenirent nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in mari.

Sonuerunt, & intumuerunt aquæ eius, concussi sunt montes in fortitudine eius.

Flumin's riui lœtificant ciuitatem Dei, sacrarium habitaculorum altissimi.

Deus in medio eius non commouebitur, adiuabit eam deus mane, diluculo.

Coaturbae sunt gentes, & inclinatae

sunt regna , dedit vocem suam , & mota est terra.

Dominus exercituum nobiscum , adiutor noster deus Iacob.

Venite , & videte opera domini , qui posuit prodigia super terram , auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret , & confringet arma , & scuta comburet igni.

Vacate , & videte , quod ego sum Deus , exaltabor in gemitibus , & exaltabor in terra.

Dominus exercituum nobiscum , adiutor noster deus Iacob.

EXPLANATIO.

Pro iuuenculis. Cur existimem , ita inscripta esse hunc hymnum , supra dixi , sed multi suscipiantur , vocabulo Hebreo , quod est Alamoth , hoc in loco significari instrumentum musicum , ad quod huius hymni versiculi canerentur.

Propterea non timebimus . Nos (inquit) fleti praesidio summi dei animo quieto & tranquillo erimus ; etiam si horrificis terra motibus orbis terrarum conquassetur , & precipient montes in medium mare.

Sonuerunt , & intumuerunt . Tanta (inquit) hostium vis concitata est contra gentem Dei , ut

tempesto mari , & undarum impetu montes cōcurenti cōparari queat ; sed nihil mina , nihil impetus ingruentiū malorum obfuit ciuitati , & saecario dei , id est , ecclœs piorum , in qua veri dei cultus viger , quam etiam ob causam ecclesiæ fauor , & spiritus sancti gratia illam tutam , & in columnen reddit , ac per petuis gaudiis exhilarat . fontes autem & flumina in literis sanctis appellari pro affluentis gratia spiritus sancti nemo stans est , qui neficiat .

Conturbatæ sunt gentes . Omnes nationes & omnia regna trepidauerunt , & tandem vultro succubuerunt , cum vox euangelij intonuissest , & miraculorum fulgura coruscarent .

Venite , & videte . Considerate (inquit) quidem cōmemoranda , & omnem naturæ vim lōge superantia facinora ediderit deus , dum homines rudes , & idiota superant philosophos , pauci numero nationes vniuersas , homines infima fortuna sumorum principum potentiam , mortales diabolum , & cius satellites immortales .

Auferens bella usque ad finem terræ . De hac cœlesti , & dulcissima pace , quæ terris attulit Christus . Esaias quoque similia vaticinatur : sed qualis ea pax sit , pī soli ex omnibus hominibus intelligunt , eaque fruuntur etiam , cum omni scelere , ac crudelitate vexantur ab impijs . eam significabat magna illa tranquillitas pacis , &

EXPLANATIO IN LIB.

et quæ omnibus ferè gentibus data est, dū Christus versabatur in terris.

Vacate & videte. Definite (inquit Christus) iam oppugnare gentem meam, & animo fidato cognoscite, me esse verum deum: id enim vel causas apparere potest ex innumerabilibus miraculis, quæ vi euangelij, & nominis mei p̄fim. eduntur. Sed sententia diuina huius versiculi semper suam vim habet: est enim necesse, nos ab omnibus nostris operibus quiescere, & sapientiam hominū pro summa stultitia putare, vt sp̄s dei regnet, atque omnia admīnistrēt in nobis. quod quisque magis hoc modo quiescit, & cessat, eo clarius videt Iesum Christum vim salutare, & prepotentem, atque à deo ipsam dei sapientiam existere, quam Iudei, & Græci tanquam rem maximè imbecillam, & stultam pro nihilo ducunt: Græcos autem & Iudeos cum dico, eos intelligi volo, qui stulti opinionibus inflati sapientiam veram, verāmque iustitiam humano labore, atque industria comparari posse confidunt.

Exaltebor in gentibus. Notissima (inquit) est potentia & maiestas mea in celo, sed iam nostra erit etiam in terris, & omnes nationes abiecta superstitione veram & sanctam religionem amplectentur.

Dominus exercituum. Hic vocibus Christi confirmata ecclesia piorum exultat gaudio,

PSALM. C V M P A R A P H. 187

dērepetit versiculum superius cantatum.

Illud tamen scire oportet, non improbados esse, qui existimant his versibus etiā insignem aliquam victoriam celebrari, quam cunctas Hierosolymitanas consecuta fuerat, & quia non sine prodigijs res gesta memoratur, verisimile est, hunc hymnum sūisse compositum, cùm deus eam urbem obſidione liberauit. Assyriorum, regnante Ezechia, maximis copiis una nocte ad interuentionem cœsis: post eam victoriam pacis omnibus finibus terræ Iudeæ data est, vt scriptum est in libro Paralip. propter et gloriarum populis, deum abstulisse bellum usque ad fines terræ. Urbem vero Hierosolymam, appellat sacram̄um dei propter augustinum templum, in quod gens Hebreæ ex omnibus locis ad statu, solennēsque ceremonias conueniebat.

ARGUMENT. PSALM.

XLVII.

Superiore psalmo descriperat tumultus, & bella concitata contra Ecclesiā Christi, hoc autem inducit ipsam Ecclesiam lætitia exultantem ob victoriam adeptam, & religionem veram toto terrarum orbe propagatam. Est autem chorus Apostolorum, qui omnes nationes hortatur ad plausum, & gratias agendas deo, cuius misericordia repudiauerint superstitionem, & religionis sanctæ, & inuiolatae adhaferint.

Z

Victori, filiorum Cora Psal. XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis.

Quoniam dominus excelsus, terribilis, & rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem nostram, pulchritudinem Iacob, quem dilexit.

Ascendit deo in iubilo, dominus in voce tubae.

Psalrite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.

Quoniam rex omnis terrae deus, psallite sapienter.

Regnauit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham, quoniam deo adhaeserunt scuta terrae, vehementer eleuatus est.

EXPLANATIO.

Et rex magnus. Plausu inquam letitiam vestram declarante, quoniam Christus imperio omnium terrarum potitus est, & apud omnes mortales divinitatem, & potentiam suam declarauit.

Subiecit populos. Subiecit nostra potestati,

ac religioni sancte nationes, que falsis diis serviebant, & selegit, ac nobis pro hereditate assignauit quicquid speciosum, & excellens erat in familia Iacob, quem perpetuo dilexit.

Ascendit deus. Celebrat ascensum domini in celum, quoniam ex ea re tangunt ex uberrimo fante dona Spiritus sancti in animos hominum profluxerunt, & Apostoli vina illa, & robur incredibile consecuti sunt, quo omnia superarunt. Quid vero dicit, dominum ascendisse in iubilo, & in voce tubae, videtur innuere gratulationem illam, talitum cum letitiae clamantium, dominus fortis, & potens in prelio: que quidem verba sunt tanquam militum gratulantium, & triumphum sui ducis clamoribus faustis prosequentium.

Psalrite sapienter. Id est, non lingua tantum, sed etiam animo, considerantes scilicet, quam sint admirabili Christi facta, que carminibus vestris celebratis.

Regnat deus. Imperabat quidem antea deus omnibus gentibus, sed mutis, ac rebellibus, nunc autem volentibus, ac libentibus illis dominatur.

Principes populorum, Id est, principes omnium nationum relicto cultu falorum deorum se se cum vero deo coniunxerunt, atque ita unde iudeis & ceteris gentibus ecclesia constata est, nam deo adhaeserunt scuta terrae, id est

E X P L A N A T I O N E L I B.

reges, ac gubernatores ciuitatum, quos etiam
Oseas appellat clypeos, propterea quod populi
eorum virtuti, actus et laudis commendati sunt.

Vehementer cleuatus est. Concludunt hymnum exclamacione plena laetitia, gratulantes cultum, & venerationem veri dei in omnes terrarum fines propagatam esse.

A R G U M E N T . P S A L .

X L V I I I .

C iuitas sancta gratias agit deo propter victoriam adeptam, & commemorat, quam tuta, & beati sunt, qui se illius fidei, ac tutelae commiserunt. quae autem continentur hoc psalmo, non tam conueniunt Hierosolymis quam Ecclesiae sanctae, cuius imaginem illa ciuitas gerebat.

Psalms Canticis filiorum Coree.

X L V I I I .

M Agnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius.

P ulcher locus, gaudium uniuersae terre est mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognitus est esse tuum refugium.

Quoniam ecce reges congregati sunt transierunt simul.

P S A L M . C V M P A R A P H . 189.

Ipsi viderunt, sic admirati sunt, conturbati sunt, in fugam præcipites datisunt, tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, vento orientali contriti sunt naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini exercituum, in ciuitate dei nostri deus fundauit eam in aeternum.

Expectauimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua usque ad fines terræ, iustitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filii Iudee propter iudicia tua domine.

Circundate Sion, & circummitte eam, numerate turres eius.

Ponite corda vestra ad munera eius, & exaltate palatia eius, ut enarratis in progenie altera.

Quoniam hic deus deus noster in aeternum, & in seculum seculi, ipse reget nos usque ad mortem.

E X P L A N A T I O .

Et laudabilis. Laudibus (inquit) efferendus est deus præcipue in urbe nostra ab summa, & commemoranda beneficia, quibus nos quotidie ornat.

EXPLANATIO IN LIB.

Pulcher locus gaudium, Montem Sionem,
Et urbem Hierosolymam appellat vaticinando
gaudium uniuscæ terre, quoniam vera cogni-
tio dei, veraque religio ex ijs locis manarunt is
omnes terrarum oras, quæ quidem res & salu-
tem, & latitudinem mortalibus attulit immorta-
lem. Sionem vero appellat latera aquilonis, pre-
pterea quodis mons situs est in aquilonali urbi-
parte, ut etiam meminit Esaias.

Transierunt simuli. Venerant, inquit, multi
principes ad obfidendam ciuitatem nostram sed ad
intercessionem casi profugatq; sunt. Sepe autem
legimus in libris Reg. & Paralip. reges coniu-
ratione facta Iudeis bellum intulisse, & temeri-
tatis sue paenas gravissimas dedisse. Sed tamen
hoc hymno ea victoria celebrari videtur, quam
reportauit Iosaphat a Moabitis, & Ammo-
nitis, & Syris, accutam gentibus transmarinis,

Ipsi viderunt. Viderunt, inquit, hostes, & sen-
serunt suo maximo malo, deum propugnare pro
ciuitate sua.

Vento orientali. Hanc esse allegoriam faten-
tur etiam Hebrei, quæ significat, hostes vi nu-
minis ita disiectos, & fractos fuisse, vt naues im-
petu ventorum dissipari ad deprimi solent. Hæc
eadem allegoria nautis fractæ ruis est Ezechiel,
cum describeret excisionem Tyri: naues autem
Tharsis appellat uaria Cilicum; si fides est

PSAL. CVM PARAPH. 190

adhibenda Iosepho. Eas naues fuisse maximas si-
gnificat Ezechiel.

Sicut audiuimus. Audieramus (inquit po-
pulus sanctus) deum custodem esse & defensorem
civitatis nostræ: id verum esse, nosmetipsi vidi-
mus, & re ipsa experti sumus.

Deus fundauit eā. Et hoc, & quadam alia,
que continentur hoc hymno, falsa essent, nisi re-
ferrentur ad nostra Hierosolyma, id est ad ec-
clesiam piorum, nam urbs illa Iudeorum iampri-
dem euerse est.

Expectauimus deus. Cum versaremur in
maximi periculis, confugiebamus ad templum tuū
sanctissimum, opem tuam implorantes, & sum-
ma cum fiducia illam expectantes, neque nos ex-
pectatio nostra fefellerit.

Secundum nomen tuum. Quemadmodum
nomini tui fama ad ultimas terrarum oras pen-
etravit, ita & laudes tua omnibus locis cele-
brabantur, teque iustissimum atque optimum esse
cunctæ nationes prædicabant.

Circundate Sion. Contemplamini, inquit,
diligerenter verbis sanctæ memia, turre, domos, ca-
teraque magnificentissima monumenta, quæ pos-
sunt eius laudes memorie posteriorum commen-
dere.

Quoniam hic Deus. Hic deus erit deus
noster in perpetuum, nesci, ac nostra omnia

EXPLANATIO IN LIB.

*visque gubernabit, ac tuebitur, dum vita finis
vixira fruemur.*

ARGUMENTVM PSAL.

X L I X.

Hortatur ad contempnendas opes, & honores: & iustitiam, ac pietatem colendam: ostendens, stultissimos, & miserios esse eos, qui cupiditati rerum caducarum seruit: contraque sapientes, ac beatos, qui rebus omnibus humanis contemptis cœlestia tantum bona consecrantur.

Victori, filiorum Coræ Psalmus.

X L I X.

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis orbem,
Tamen filii hominis, quam filii viri, simul diues, & pauperi.

Os meum loquetur sapientiam, & meditationis cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolæ aurem meam, apetiam in psalterio ænigma meum.

Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me?

Qui confidunt in potentia sua, & in multitudine dicitiarum suarum gloriantur.

Fratrem redimendo redimere non potest aliquis, neque dare deo redemptionem eius.

PSALM. C V M PARAPH .191

Si quidem pretiosa est redemptio animæ illorum, ut aliquis scilicet vitet mortem, & vivat adhuc in æternum,

Et non videat sepulchrum, certe vident etiam sapientes mori, simul insipiens & stu-tus perirent.

Et relinquent alienis diuitias suas, & intimum eorum domus suæ in æternum.

Et tabernacula sua in progeniem & progeniem vocauerunt nominibus suis terræ.

E homo in honore non perdurabit, simili-s erit iumentis, quæ intereunt.

Hæc via illorum stultitia est eorum, & posteri eorum iuxta os illorum current.

Sicut oues in inferno positi sunt, mors patet eos.

Et dominabuntur eis iusti in matutino, & fortitudo eorum veterascet, infernus erit domicilium eorum.

At deus redimet animam meam de manu inferi, quoniam suscipiet me.

Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam eum interibit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

Quoniam animæ suæ benedixit in via sua & laudabunt te, cum beneficeris tibi.

EXPLANATIO IN LIE.

Introbit usque ad progenies patrum suorum, & usq; in æternū non videbit lumen.

Homo cum in honore est, si nō sit intelligens, similis erit iumentis, quæ intereunt.

EXPLANATIO.

Audite hac. Reprehensurus auaritiam, & cupiditatem honoris, & potentie, vocat omnes mortales ad audiendam orationē suam, propterea quod nullum hominum genus est, quod his virtutis, & grauiſſimis animi perturbationibus non laboreat.

Tam filij hominis, quam filij viri. Id est, tam obscure, quam clero genere orti, nam ea verba in hanc sententiam accipiunt. Hebrei.

Inclinabo in parabolam. Ego quog; aitento animo audiam, quæ sum expositurus, neque magis vos, quam meipsum admonebo. Sententia grauiſſimæ huius carminis vocat consuetudinem lingue Hebreæ parabolæ, easdem vero appellat enigmata, propterea quod cognitio earum rerum quæ in ipsis continentur, capi non potest, neque approbari, nisi spiritu dei mens illustrata sit.

Cur timebo. Videretur hec esse oratio homini qui secum cogitauerit de diuitijs cōparandis, quique multis ante seculis animaduerterit ea quæ postea monuit sapientissime diuus Paulus his ver-

PSAL. CVM PARAPH. 192

bis, Habentes alimēta, & quibus tegamur, his contenti simus, nam qui volunt diuities fieri incident in tentationem, & in laqueū, & desideria multa inutilia, & noctua quæ mergunt homines in inferitum, & perditionē: radix enim omnium malorum est auaritia, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inservierunt se doloribus multis. Hac igitur cum animo suo considerans etiam sancti vates, cur inquit, pecunia causa velim cēmittere, ut mihi timendum sit, cùm dies ille formidolosus adueniret, quo die vniuersi mortales vocabuntur in iudicium totius vita rationem rediduris? Cur inquā ab diuitiis coaceruandas animum sceleri, & fraudibus implicem? Diem vero illum extreum ea ratione malum appellavit, qua ratione alius vates eundem vocat diem iræ, calamitatis, & miseria: talis enim erit ille improbus, & impius: at q; qui iuste cum fide vixerunt, latissimus, & faustus illucescat. Calcaneum vero appellari pro fraudibus, & dolis, alio loco explicatum est à nobis.

Qui confidunt. Audiant ea quæ dicturus sum, qui potentia, & magnitudine opum suarum confidunt, & gloriantur. nemo speret, se vel infinita vi pecuniae comparaturum sibi, aut suis huic vite perpetuitatem, cùm presertim videat, etiam homines bonos, & sapientes mori. Quod verò dicit, pretiosam esse redēptionē ubi

mæ ipsorum id significat, nulla ratione mortem
euitari posse, similem loquendi modum animad-
uertimus in libro primo Regum; ait enim scriptor
illius historiæ, Oraculum domini erat in diebus
illis pretiosum, id est, deus yis temporibus oracula
non edebat.

Intimum eorum. Deridet stultitiam, & ar-
rogantiam diutum, & potentum, sed oratio est
precisa, atque imperfecta, & ob eam rem obscu-
ra. Est autem sententia horum verborum: in ani-
mis istorum versatur hæc cogitatio, ades illas ma-
gnificentissimas, quas adificant, fore sempiternæ
vndæ cum fama suorum nominum, sed profe-
cto falluntur, nam simul cum ipsis & nomen,
& tituli, & insana illa adficia celesterint in-
teribunt. Hæc quidem via, & ratio viuendi ples-
na est stultitia, nihil minus tamen prospere co-
rum ad has opiniones, & precepta vita sue cur-
sum accommodant, opes, & honores ceterū om-
nibus rebus anteponentes.

Sicut ous. Describit diutum arrogantium
miserabilem exitum, qui tandem è vita exceden-
tes ad inferos deiciuntur, ubi sempiternæ crucia-
tibus afficiuntur. At cum dies ille pulcherrimus
illuxerit, quod die hominum corpora è somno mor-
tuū ad lucem alterius vita excitabuntur, tunc do-
minabuntur dinitibus impiis pī, qui nunc ab illis
acerbisimè vexantur.

At deus. Significat tempus illud optatisimū,
quo deas ab inferis excitabit pios, ad vitam bea-
tam, & immortalem.

Ne timueris. Ne perturberis (inquit) animo,
nevé te conditionis tuæ pœnitentiat, quisquis cum
fide ac pietate vitam colis, cùm videris impro-
bum aliquem diuitiis, & honoribus florentem:
celeriter enim his inanibus bonorum simulachris
spoliabitur, & nudus, atque egens detrudetur ad
inferos.

Quoniam animæ suæ. Quia, inquit, suauis-
ter, ac delicate vixit diues inspiens, nihil animo
suo libidinibus, & insanis cupiditatibus ardenti
negat, quin etiam cæteros ad eadem luxuriam,
& intemperantiam adhortatus est: name eius medi
homines te commendare solent, si voluptatibus
seruias, & tibi (vixi si loquuntur) beneficias, quo-
niam inquam tam male sibi, ac cæteris consuluit
duis stultus, propterea aggregabitur ad maiores
suos, quorum stultitiam, & intemperantiam imi-
tabatur in vita, & in tenebris inferorum vndæ cū
illis cruciabitur in perpetuum.

Homo cum in honore est. Cœcluditur car-
men saluberrima sententia, hominem scilicet, cui
contingunt ampla fortune sine prudentia, &
pietate, perinde atque bestias extincto corpore omo-
nibus bonis in perpetuum spoliari.

EXPLANATIO IN LIB.

Precedit ritus, & ceremonias à Moysi institutas repudiandas esse, & excellentiorem colendi dei rationem introducuntur.

Psalmus Asaph. L.

Deus deorum dominus loquetur, & vocabit terram.

A solis ortu usque ad occasum. Ex Sion perfecta pulchritudine deus resplendebit.

Veniet deus noster, & non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.

Aduocabit corsum de sursum, & terram, ut iudicet populum suum.

Congregate mihi sanctos meos, qui fecerunt foedus tecum super sacrificiis.

Et annunciant cœli iustitiam eius, quoniam deus iudex est.

Audi populus meus, & loquar Israhel, & testificabor tibi, deus deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam mæa sunt omnes feræ sylvarum, & quadrupedes que in mille montibus pascuntur.

PSAL. CVM PARAPH. 194

Cognoui omnia volatilia montium, & bestie campestres mecum sunt.

Sic suriero, non dicam tibi: meus enim est orbis terræ, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Imola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulationis, eruare te, & honorificabis me.

Peccatori autem dixit deus, quare tu narrasti iustitas meas, & assumi testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrofum.

Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuae ponebas opprobrium, haec fecisti, & tacui.

Existimasti iniquè, quod ero tui similis, arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Intelligite haec, qui obliuiscimini deum, nequando rapiat, ut non sit, qui cripiat.

Sacrificans laudem honorificabit me, & ei, qui ordinat viam ostendam salutare dei,

EXPLANATIO.

Deus deorum dominus. Id est, iudicium et principum, ut alio loco explicatum est: tametsi Diony^sius in libro de diuinis nominibus ostendat, etiam deos vocari mentes illas coelestes ab omni concretione materia segregatas, quos Angelos nostri vocabulo græco appellant, quid haec mentes sint internuntiae, atque interpres dei.

Loquetur, & vocabit terrâ. Deus (inquit) loquuntur aduocabit testem ipsam terram: inquit, celum quoque aduocatum iri. Hu autem loquendi modis vii solent scriptores sancti, cum declarare volum magnitudinem rerum dicendarum vel ait, deum a solis ortu usque ad occasum terram aduocaturum, propterea quod Christus ad omnes terrarum oras Apostolos suos misit, qui filios dei diffusor, & dissipatos unum in locum congregarent.

Veniet deus noster, & non filebit. Deus (inquit) noster aderit, & nobiscum loquetur, ut nos a ceremoniis, & legibus antiquis traditis ad longe prostantiore sui colendiratione: sed cautele, ne eius consilia, & admonitiones repudietur, ignis enim in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida, id est, habebit in proprio granissima supplicia, quibus rebellis, ac dicti non audientes afficiat. Hæc autem omnia, pinde ut

predicta sunt, ad verbum euenerunt: venit enim deus assumptus corpore humano, & ex Sione splendidissimam diuinitatis suæ lucem misit, qua cœcos animos mortalium illustravit, sed cum impia gens illum docentem, & saluberrima præcepta edentem crudelissimè interemisset, & discipulos eius non minore odio persequeretur, diuinae iræ ignis exarsit, & horrifica bellorum tempestas excitata est, que tecta urbis & mœnia disturbauit, & gentem impiam ferro, famâ, ac peste consumpsit, & reliqua omnium rerum egestate, atque exilio perpetuo mulctauit.

Congregate mihi. Cogite (inquit deus) cultores meos, qui ritus, & ceremonias à me olim pro rudi populo institutas religiosè obseruant, cogite inquam illos, ut orationi meæ interfiant, & intelligent, venisse iam tempus cum mihi nō iam virtutes, aut hircos immolari, sed hostias sanctas, puras & viuentes offerri velim.

Et annunciatu*n* coeli. Cum, inquit, allocutus fuerit deus populum suū, orbes coelestes, quos voluit esse testes orationis sua, prædicabunt eum omnia summa cù iustitia decreuisse sunt, qui cœlos hoc loco appellari existimant pro cœlitibus ipsi quos angelos appellamus.

Audi populus meus. Iam deus inducit loquenter, & sacrificia à Moysi instituta repudiante.

E X P L A N A T I O N E .

Non sacrificiis. Non (inquit) hæc accusatio-
nem insitui, ut te reprobenderem de sacrificiis
neglectus, nam ea nungquam intermitte. sed nols
te in eiusmodi rebus pietatem constituere.

Cognoui omnia volatilia. Id est, in mea pa-
restate sunt. est hæc forma loquendi Hebreæ.

Si esuriero. Repudiatis sacrificiis antiquis ri-
tuum sacrificandi nouum, & Christiana religio-
nis proprium introducit: deum enim laudare id
est, cuius infinitam bonitatem in omnibus rebus pre-
dicare, ei semper gratia agere, & quicquid co-
gitamus, loquimur, agimus, ad eius gloriam dirige-
re, hoc est dignus sacrificiū Christiano: itaq; Paulus in epist. ad Hebr. scripta nos monet ut per
Christum immolemus hostiam laudis semper Deo.

Et redde altissimo votata. Et solue, inquit,
deo, que vovisti. vobis autem omnes, qui ve-
ram pietatem profitemur, nos gloriam Dei rebus
omnibus antelaturos & sanctissimum eius na-
men pie, sancteque venerenturos.

Et inuoca me. Sacrificia, inquit, hoc modo,
& deo persolue, quod debes: & in rebus aduer-
sis me presentem, & propitium senties.

Peccatori autem dixit deus. Quoniam dixe-
rat supra non in sacrificiis tuis arguan te, nunc
exponit, quibus in rebus arguedi sunt. Itaque da-
nat simulationum virtutis, ac pietatis, eos vide-
hcer, qui deum verbiis confitentur, factis negant;

P S A L M U M P A R A P H . 196

vt dit Apostolus, & que præcepta Dei semper
in ore habent, ea minime obseruant.

Cum adulteris portionem tuam ponebas.
Id est, cum iis societatem coibas.

Hæc fecisti, & tacui. Cum tot, ac tanta sce-
lera in te admitteres, ego dissimulabam quæ for-
ti respicerem, et tu ad cetera sceleræ nefaria id
etiam addidisti, quæd lenitatem meam sic inter-
pretatus es, quasi ego tui similius essem, & male-
ficii delegerem. sed profecto erras, nam arguam
te, & ponam tibi ante oculos omnia sceleræ, quæ
nunquam edidisti.

Sacrificans laudem. Iterum præcepit de sa-
crificio, quod ab omnibus piis requirit: & polli-
cetur, viæ suæ ordinanti, id est, vitæ cursum pie,
sancteque insituenti, se donaturum salutem Det;
id est, salutem certam, singularē, & diuinam:
Hebreæ enim lingua deo attribuit, quicquid est
maximum, & præstantissimum.

A R G U M E N T U M . P S A L M . L I .

Hoc carmen deprecationem continet,
hominis peccata sua verè agnoscéntis,
& sibi illa remitti, ac cōdonari deprecatis:
ea vñs est David, cùm stuprū Bersabeæ, &
marito eius mortem obtulisset, illumq; Na-
thāvir singulari sanctitate prædit⁹ vehemē-
ter accusasset, ac minaretur, deū tā grauiā
scelerā nequaq; ipunita, atq; inula relicturū,

E X P L A N A T I O I N L I B.

*Victori Psalmus Davidis, cùm venit ad
eum Nathan propheta, post-
quæ intrauerat ad Bersabee.*

Psalmus LI.

Miserere mei deus secundum magnam
misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam.

Multum laua me ab iniquitate mea, & d
peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,
& peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccauit, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitate conceptus sum,
& in peccato concepit me mater mea.

Ecce veritatem cordis dilexisti, & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor; lauabis me, & super nivem dealabor.

Audire me facies gaudium, & laetitiam:
& exultabunt ossa, quæ contreuersti.

Auerte faciem tuam a peccatis meis, & o
mnes iniquitates meas dele.

P S A L M . C V M P A R A P H . 197

Cor mundum crea in me deus, & spiritum
rectum in noua in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua, & spiritum san
ctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spi
ritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te
conuertentur.

Liberia me de sanguinibus deus deus sa
lutis meæ, & exultabit lingua mea de iusti
tia tua.

Domine labia mea aperies, & os meū an
nunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluissis sacrificiū dedissem,
vtique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus,
cor contritum, & humiliatum deus nō de
spicies.

Beaigne fac domine in bona voluntate
tua Sion, vt ædificantur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificia iustitiae, obla
tiones & holocausta, tunc imponent super
altare tuum vitulos.

E X P L A N A T I O .

Miserere mei deus. Maxima quidem, &
grauissima sunt scelerata, & flagitia mea, sed in
Aa iiy

finitis partibus maior est clementia tua : hac ergo fiet veniam maleficiis meis suppliciter peto.

Et secundum. Grauiſime quidem peccat in deū, sequē inexpiabili ſcelere obſtrigat, quiſque ob eam caſam de ſalute deſperat, quod peccata ſua maiorem vim ad perdenendum habere conſeat, quam mifericordiam Dei ad ſeruandum: ſed et ille culpis ſuis maximum cumulum adiungit, ſequi reddit venia pro rorſus indignum, qui rāta inflatus eſt arrogantia, ut ſpōte ſua, id eſt, viribus propriis animi labes et maculas eluere ſe poſſe conſidat, virūque vitium vir ſadientiſimus euitat, mifericordiā dei fidenter implorans, et ab illo turpitudinem ſcelerum ſuorum deleri poſtulant.

Quoniam iniuitatem. Nullum locū pretermittit ad mifericordiam excitandā: tria verò hæc potiſimum requirūtur: primum, ut impuritatem animi tui vere agnoscas, deinde ut illam ex animo deteſteris, tam preterea ut ſhem omnē illius abſtergeas, in ſola Dei mifericordia ponas,

Tibi ſoli peccauī. Peccauerat quidē in Viria quoque fortissimum et fidelissimum militem, ſed cum animo ſuo cogitans, quantū hoc nefario ſcelere deum offendit, tanto animi dolore cruciabatur, ut hoc unum malū ſentiret, et hoc unum quereretur, praefertim cum verba hec à viro ſanto dicta ſecum recordaretur, haec dicit dominus deus Iſrael, Ego vñxi te, in regem Iſrael, et ego

ērui te de manu Saulis, et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in ſinum tuum; dedique tibi domū Iſrael, et Iude: et ſi parua ſunt iſta, adiūciam tibi multo maiora. quare ergo contempſisti verbum domini, ut faceres malum in conſpectu eius?

Vt iuſtificeris. Confeitor domine, me teterimum, et maximè deteſtandum facinus feciſſe, idque libentissimè confeitor, ut me peruulgante maledictia mea, téque ſumma beniginitate illi condonante clarissimus tua veritatis splendor elucet, tuamque omnes praefantiſimam in ſeruandis promiſiſi fidem, conſtantiamque perſpiciant: promiſiſi autem, penitenti omnia peccata vel grauiſima te condonaturum. Quod nos iuſtitiam hoc loco interpretamur appellari pro veritate, dilectorumque coſtantia, id verum eſſe facile intellegit, qui epistolam diui Pauli ad Roma, ſcrip- tam legerit: in qua cum is vellet coſfirmare, deū eſſe veracem, et in facie diis promiſiſi fidelissimū, contrā que omnes mortales eſſe vanos, et mendaces, hunc verſiculum in ea re teſtem citauit. ſunt alia multa huius loci explanationes onib[us] iā note, et peruulgatae.

Ecce enim in iniuitate. Ad commenēdā mifericordiam cōmemorat miferiam naturae humanae, que quidem Adami vitio ita depravata fuit, ut eius corruptela in omnem posteritatem fit

EXPLANATIO IN LIB.

*propagata: ex qua quidem refit, vt in ipsa cōcione cōtrahamus labem, & proclivitatem incre-
dibilem ad peccādum, quae ad omnia sclera, &
flagitia impellat, nisi animos nostros spiritus san-
cti gratia purget, ac corroboret.*

*Ecce veritatem. Hæc oratio mirabiliter
exprimit agitationem animi perturbati, sive
in partes contrarias versantis: qui enim modo
peccatum suum quodammodo excusarat, nunc
vehementer id accusat his verbis, Tu quidem
Domine innocentiam, & simplicitatem animi,
quam mihi donaris, singulariter amabas, mé-
que tam charum habebas, vt mysteria sapien-
tiae tuae mihi patefaceres: quo munere nihil ex-
cellentius, aut optabilius excogitari potest: ate-
go cæco furore amens amori tuo eam gratiam
retulli, vt illi anteferrrem brenum, & flagitiosam
voluptatem, neque tanto scelere contentus adul-
terio cädem crudelissimam adiunxi.*

*Aperges me domine hyssopo. Asper-
sione huius herbæ sanguine passeri madefacta
sacerdotes vtebantur ad expiandas corporū con-
tagiones: sed is ritus mysticus erat, nam asper-
sione illa significabatur animi expiatio: quare
præcepérat deus, vt in solēni illo sacrificio, quod
fiebat pro peccato, hyssopus adhiberetur, vt scri-
psum est in Numeris, itaque cum David preca-
tur dcm, vt se aspergarat hyssopo, nihil aliud pre-*

P S A L M . C V M P A R A P H . 199

*catur, nisi vt ille omnem impuritatem eluat ex
animo ipso, ne quid in eo residat oculus Dei ca-
sissimus indignum.*

*Audire me facies gaudium & lœtitiam.
Hoc Davidi contigit tibi, clm aures animi vo-
cem illam suauissimam & spiritu sancto missam
accepterunt, que testabatur, ipsum omni sceleris
contingere liberatum esse.*

*Et exultabunt ossa, quæ contrivisti.
Cum primum spiritus Dei patefecit Davidi tur-
pitudinem peccati, quam prius ipso peccato ob-
secratus non cernebat, ut metu iudicij dinimittita
percussus atque examinatus est, vt propter ma-
gnitudinem angoris vires animi, & corporis a-
mitteret.*

*Auerte faciem tuam à peccatis meis.
Hoc fecisse Deum tunc scimus, cum spiritus ip-
sius animum nostrum conscientia peccatorum
exagitatum, iam quietum, & pacatum red-
didit.*

*Cor mundum crea in me deus. Id est, im-
pertire mihi puritatem animi, & vim illam per
quam nihil nisi rectum, honestum, & sanctum
expeditur, huius divinae affectionis eo magis effi-
cimur particeps, quo magis spiritus noster à spi-
ritu sancto ad effigiem Dei renouatur, quæ qui-
dem renouatio si ab sit, semper animus noster im-
purus, & contaminatus manet, tametsit aliqua*

de hominibus, qui non possunt in sensus intimis alterius introspicere purissimi, & integerrimi videntur.

Ne proliicias me à facie tua. Abiçit deum, quos spiritu sui lumine spoliat, exccatq; patitur à via veritatis aberrare, ac seruire cupiditatibus noxiis nullo iam metu iudicij diuini à sedere, & maleficio deterritos.

Redde mihi lætitiam salutaris tui. Quam scilicet mibi solebat afferre spes certissima salutis tua liberalitate consequenda.

Et spiritu principali. Spiritum principalem appellare videtur vim illam spiritus sancti, per quam animus noster cupiditatibus, & reliquis perturbationibus imperat, & liber rationem re clam, & precepta Dei sequitur: quod si lega, spiritu munifico, vel, ut alii vertunt ex Hebreo, spiritu spontaneo, eadem tamen sententia manebit: siquidem vis illa spiritus sancti facit, ut animo prompto, alaci, & libero legibus diuini obtemperemus.


Docebo iniquos vias tuas. Vniuersa via domini misericordia, & veritas. Quis igitur aptior ad docendus has vias, quam ille, qui vsu ipso, & experientia dicit, quam deus sit misericors, quam lenis, & facilis ad ignoscendum, & quam verax & fidelis in promissis persoluendis. Quis vero proptiore animo erranti viam salu-

ti offendat, qudm is, qui suo maximo dolore. O malo didicis, qudm res misera, & miserada sit, ab ea via decurrere? Itaque vera penitentia facit, ut non solum summa diligentia caueas, ne delines ipse de semita, que dicit in colum: sed etiam ut vehementer aueas, atque emitare, ut omnes edem ingrediantur via.

Libera me de sanguinibus. Sic appellat cædis scelus desistibile, quod comiserat. Vtia crudeliter trucidato.

Exultabit. Si hæc tanta sceleris expiariis, atque ex animo meo frides istas fodiissimas elueris, memoriam tanti beneficij nulla vnguam debilit obtinuo, nunquam lingua mea satiari poterit gratis agendis, semper illa versibus iucunditas, ex letitia plenis prædicabit infinitam bonitatem tuam, qua tanta facilitate penitentibus delicia condonat, afflictos & iacentes erigit, cæcis lumen impartit, errantes deducit in vitam.

Domine labia mea aperies. Silebas enim conscius sceleris sui, ne & ipse hoc audiret, dare quare tu enarras iustitias meas, & assensu testamento meum per os tuum: quin etiam cum disisset se prædicatorem iustitia divina, ac doctorem pietatis futurum, iure, ac merito subinvixit hunc versicolum. quis enim digne posset hoc esse, qui nisi deus aperiat ois locuturo, & verba, & ym in dicendo suppeditet?



Quoniam si voluisses. Hoc propter eadē dicere videtur, quid peccata illa maxima per legem Moysis non sacrificia, sed morte luebantur: vel potius significat idem, quod diuus Paulus in epistola ad Hebreos scripto, sanguinem videlicet taurenum, ex hincorum non abluere labes peccatorum.

Sacrificium deo. Spiritum contribulidum & cor contritum, ac humiliatum vocat affectionem animi, qui propter agnitionem, & sensum acrem peccati fractus, afflictus, & prostratus, in sola dei misericordia spem salutis collocet. Hanc animi affectionem affirmat esse sacrificium Dei acceptissimum: itaque Iesus Christus beatos vocat eos, qui lugent, propterea quid deus illos confortalatur.

Benigne fac domine. Hoc precatur metus, ne maleficia principis noceant ciuitati.

Vt edificantur muri Hierusalem. Ego in eam opinionem facile adducor, vt credam, utatem sanctorum non tam loqui de edificatione manuum arbūs, quidam de recta, & pia institutione ipsius ciuitatis, que tunc firmissimis muris, & propugnaculis munitur contra impetum, & infidem diaboli, cum fauente deo doctores, & magistris habet eius doctrinæ, que continetur hoc psalmo, in quo de miseria, & ingenita corruptela hominis, de misericordia dei, de vera penitentia, &

fultibus illius deque remissione peccatorum explicitare, grauius meque differitur. Neque mirum dicui videri debet, si verbum edificandi ad doctrinam, & institutionem significandam translatum sit, quandoquidem in hac sententiam supremo id verbum accipitur in literis sanctis.

Tunc acceptabis sacrificia iustitiae. Sacrificia inquam ab animo facta, qui ab omni iam scelere expiatus, & purus sit: quæ nunc repudia res facta ab homine adulterio, & cæde fœdissima contaminato, quin etiam sacrificia populis meorum acceptissima tibi erunt tum, cum pī, ac rectè instituti didicerint victimas immolandas esse, non ut illæ cruento suo eluant mecum delictorum, sed ut restentur, eas esse delectus mente tua, cui pro sacrificio gratissimo est animus peccata sua lugens, & demissæ, ac humiliiter misericordiam tui sanctissimi numinis implorans. Verum illud scire oportet, clausulam huius psalmi vulgo ita explanari, tanquam David ore edificationem ecclesie, que ipsa quoque sua sacrificia habet longè illa quidem dissimilia quæ instituta sunt à Mōse, sed etiam deo longè acceptiora. Hanc explanationem nos quoque liberter amplectimur.

EXPLANATIO IN LIB.

INUCHITUR in Doegum hominem sceleratum, & nefarium, & comparat studia contraria piorum, impiorumque: quorum alteri vanitate, malitia, & rebus fluxis, atq; in anibus nituntur: alteri sola Dei misericordia confidunt.

Victori eruditio David, cū venisset Doeg Idumeus, & annuntiasset Sauli, & dixisset, venit David ad domum Achimelech.

Psalms

L I L.

Quid gloriaris in malitia potens? misericordia Dei.
Tota die. In iustitia cogitauit lingua tua,
sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiā super bonitatem, iniquitatem loqui magis quam æquitatem.

Dilexisti omnia verba proditionis lingua dolosa.

Propterea Deus destrueret te in æternum, tolleret te, & euelleret te de tabernaculo, & radicem tuam de terra viuentium.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit deum fortitudinem suam.

PSAL. C V M PARAPH. 202

Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū, & corroborauit se dolis suis.

Ego autem sicut oliua virēs in domo dei, sperauit in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum, quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspicere sanctorum tuorum.

EXPLANATIO.

Cum venisset Doeg. Cum David Saulis vim fugeret, ad Achimelechum pontificem venit, qui ei gladium præbuit, & panes sacros edendos concebat ignarus inimicitarum, quæ inter illum, & regem intercedebant. eam rem detulit ad Salmem Doegus pastor regius, homo grata, & auctoritate apud illum florens. Saul autem factū pontificis tam ægre tulit, ut l. XXXV. sacerdotes ipsi Doego trucidandos dederit, & in totam ciuitatem sacerdotum eo ministro, omnia crudelitatis exempla ediderit. Tanto igitur scelere commotus David hos versus in Doegum composuit.

Quid gloriaris in malitia potens? Quidnam o potens te iastas de nefariis sceleribus, que impune in homines innocentes edis gloriarabatur autem de cœde sacerdotum, & ciuitate illorum

EXPLANATIO IN LIB.

crudelissimè vexata.

Misericordia Dei tota dic. *Tu quidem gloriaris maleficis, & impietate, nos contra gloriamur de bonitate, & misericordia dei, quia ille continenter utitur erga homines pios.*

Sicut nouaeula acuta. Comparat illum novacula, propterea quod lingua petulantisima bonum quenque vulnerabat.

Dilexisti omnia verba perditionis. Id est, quae bonis perniciem afferunt.

Euellet de tabernaculo. Nō te diutius sineat deus polluere sanctissimum templum suum, quod corpore illo tuo sanguine sacerdotum inquinato audeas ingredi.

Et radicem tuam de terra viuentium. De terra viuentium dictum est in explanatione Psalmi 27.

Videbunt iusti. Scilicet exitium Doegi, & Deum venerabuntur, qui tam illustria iustitie sua documenta constituit, & magnam animo capient voluptatem, cum viderint hominem impium sanguinem sacerdotum acerbo supplicium lucentem.

Ego autem sicut oliua. Ipse quidem Doegus ob impietatem suam tanquam arbor peñifera euelletur ex tabernaculo Dei, ego vero in templo sanctissimo tanquam olea viridis florbo, propterea quod non viribus meis, aut do-

PSALM. CVM PARAPH. 203

lis, sed misericordia dei confido.

Quia fecisti. Quoniam perfecisti, quae his versibus euentura praedixi.

Et expectabo nomen tuum. Id est omnem meam spem locabo in nomine tuo, quoniam Id est amabile, propitiū, & praesens hominibus piis. vel ait, se expectat urum nomen domini, quoniam id expectare est utile, ac salutare iudicio piorum. nam ceteris ea res stultitia plena videtur.

ARGUMENTVM PSAL. LXXXI.

Hic Psalmus ferè est idē atque decimus quartus.

*Victori ad Mahælath crudito David
Psalmus. LXXXI.*

Dixit insipiens in corde suo, non est deus.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: nō est, qui faciat bonum.

Deus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, an sit intelligens, aut requirens deum.

Omnès declinauerunt. simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est ne vnu quidem.

Nōnne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meā sicut escam panis?

Bb

EXPLANATIO IN LIB.

Deum non inuocauerūt : illic trepidabunt timore, vbi non erit timor.

Quoniam deus dissipabit ossa eorum, qui te obſident: cōfundētur, quoniam deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraeli ? cum conuerterit dominus captiuitatē plebis ſuā, exultabit Iacob, & letabitur Iſrael.

EXPLANATIO.

Illic trepidabūt timore, vbi nō erit timor.
Id eſt, vbi nulla erit timendi cauſa. Simile eſt illud Mōſis: fugient, vt à gladio homines fugere ſolent & cadent nemine perſequente.

ARCVMEN T. PSA L.

LXXXI.

Commendat ſalutem ſuam deo vndique circumuentis inſidijs inimicorum.

Victori in Neginoth, eruditio Dauid, cum venirent Ziphæi, & dicerent Sauli: nōne Dauid abſconditus eſt apud nos? Psalmus. LXXXI.

Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in fortitudine tua vindica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percepit verba oris mei.

PSAL. C V M PARAPH. 204

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quaſierunt animam meam, & non proposuerunt deum ante conſpectum ſuum.

Ecce deus adiuuat me, & dominus eſt cū iis qui ſuſtentant animam meam.

Auerte mala ad inimicos meos, & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me, & in inimicis meis vidit oculus meus.

EXPLANATIO.

Cum venirent Ziphæi. Hæc hiftoria ſcripta eſt in libra primo Regum.

Quoniam alieni. Vates sanctiſ aliquid a die nos, & alienigenas appellare ſolent Hebraeos impios, qui virtutem, & religionem negligebant.

Et non proposuerunt. Id eſt nullo metu iuſtitie diuina deterrentur à maleſicio.

Dominus eſt cum ijs, qui ſuſtentant animam meam. Id eſt, ſauet paucis illis, qui meorū diſcriminū, & periculorum comites ſunt.

Auerte mala. Id eſt fac recidant in aduersarios meos mala, que mihi machinantur.

Voluntariè ſacrificabo tibi. Significat ijs.

Bb 4

EXPLANATIO IN LIB.

verbis id genus sacrificij, quod sponte fiebat; id enim pertinebat ad actionem gratiarum, de eo mentio fit in Leuitico.

Et in inimicis meis. *Oratio est praefixa, quæ ita expletæ paraphrasis Chaldaæ: Et in meis inimicis vidit oculus meus ultionem.*

ARGUMENTVM PSALM. LV.

QVeritur, se nusquam tutu esse: præcipue vero dolet, insidias sibi esse factas. Æ homine secum summa familiaritate coniuncto.

*Victori in Neginoth. Eruditio David,
Psalmus LV.*

EXaudi' deus orationem meam, & ac de spexeris deprecationem meam, inten de mihi, & exaudi' me.

Vociferor in oratione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam inclinaverunt in me iniquitates, & in ira molesti sunt mihi.

Cor meum conterbatum est in me, & fredo mortis cecidi super me.

Timor, & tremor venerunt super me, & cooperuit me horror.

PSALM. CVI M PARAPHR. 205

Et dixi, quis dabit mihi pennas, sicut columbae volarem, & requiescerem.

Ecce elongarem me fugiens, & manerem in solitudine.

Festinarem saluū me facere à spiritu turbinis, & tempestatis.

Disperde domine, diuide lingas eorum quoniam vidi iniuriam, & contradictionem in ciuitate.

Die, ac nocte circumdant eam in muris eius, iniurias, & afflitione in medio eius, & pravitatis intra ipsam.

Et nō recedit de plateis eius fraus, & dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuisse vtrique:

Et si, qui oderat me, erexisset se contra me: abscondisse me forsitan ab eo.

Sed tu homo vnanimis, dux meus, & nō tus meus.

Dulce nobis erat secreta nostra inuicem communicare, in domo dei deambulabamus cum consenuſ.

Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.

Quoniam inequitæ in habitaculis eorum, in medio eorum.

Ego autem ad deum clamabo, & dominus saluabit me.

Bb ij

EXPLANTATIO IN LIB.

Vespere , & mane , & meridie precabor,
& vociferabor , & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam à prælio
quod est contra me , quoniam cum multis
sunt aduersum me.

Exaudiet deus , & affliget illos , qui est an-
te secula.

Nō enim est illis cōmutatio , & nō timue-
rat deū , misit manus suas in pacificos suos.

Contaminauit foedus suum , leniora sunt
butyro verba oris eius , & in corde eius est
bellum.

Molliti sunt sermones eius super oleum ,
& ipsi sunt iacula.

Reiice in dominum onus tuum , & ipse te
sustentabit , non dabit in æternum fluctua-
tionem iusto.

Tu vero deus deduces eos in puteum in-
teritus.

Viri sanguinum , & dolosi non dimidiabūt
dies suos , ego autem sperabo in te domine.

EXPLANTATIO.

Quoniam inclinauerunt in me iniquitates.
Id est , me falsis criminibus onerant , atque ini-
uidiam vocant.

Pennas sicut columbae , Pennas columbe

PSAL. CVM PARAPH. 206

optat , quoniam ea quis celerrime volat.

Aspiritu turbinis . Sic appellat vim & im-
petum Saulis , aut Absalonis .

Divide linguas eorum . Fac , inquit , subito
exitias inter eos linguarum varietas , ne posset
alter alterius verba intelligere , dum de me pro-
dendo consultant . Hoc modo deus fregit conatus
eorum , qui turrim Babelis adificabant , ut est in
Genesi .

Tu vero homo vnanimis . Significat Ar-
chitelelm , si fides est habenda paraphraſi Chal-
daea .

Quoniam cum multis sunt aduersum me .
Id est , quo plures sunt aduersarij mei , hoc ma-
jori cura erit deo salus mea , sic interpretatur
hunc locum David Chimis scriptor apud He-
breos clarus in primis .

Non est illis commutatio . Significat hys ver-
bis , illos obstinato animo in vitis , & maleficiis
perseverare .

Reiice in dominum , onus tuū . Depone (in-
quit) in sinu dei oēs curas , molestias , & sollicitu-
dines tuas , tēque ac tua omnia ipsius fidei , & mi-
sericordia committe . hoc si feceris , ille sic animum
tuum corroborabit , ut te nulla vis calamitatē de
gradia constantia depellere posset . Hanc senten-
tiā saluberrimam reperit diuinus Petrus his ver-
bi : Omnem solitudinem proīcite in deum ,
Bb iiiii

EXPLANATIO IN LIB.

quoniam ipsi cura est de vobis: et diuiss Paulus,
Dominus (inquit) prope est nihil sollicitifit.

Non dabit in aeternum. Id est, non sinet pios
ab impiis semper opprimi, et vice versa.

Viri sanguinum, & dolo si non dimidia-
bunt dies suos. Immatura mors homini pio nū-
quid potest accidere: integritas enim vite vel in
prima adolescentia tempus maturū mortuū effert,
neque dicendum est aliquis parum diu vixisse, qui
parē, sancteque vixit: quin etiam vir pius, sine
senex, sine iuueni mortem obeat, expletus tem-
pus sum, quippe qui semper paratus sit ad di-
scendendum: et bene maturum censeat, quadcum-
que die ipsum deus isti corporis vinculis libera-
re voluerit. Contra impius vitam sibi longam
semper pollicetur, in modo perinde ac sit immorta-
lis, ita vinit: quo quidem fit, vt nunquam sit ex-
pletus tempus suum, atque excessus est vita semper
ipsi tanquam iuueni immaturus est, etiam si cen-
tu consecerit annos. Quāquam igitur homines vi-
tiosi, et improbi aliquando ad extremā senectutē
perueniunt, tamen verissima est haec sententia, Viri
sanguinum, et dolosi non dimidiabant dies suos.

ARGUMENT. PSALM,

L VI.

Auxiliū dei implorat in maximo periculo
veritas, queritur de saulis, & asseculari eius in-
iuria seq. diuinę misericordię spe cōsolatur,

PSALM. CVM PARAPH 207

Victori pro columba muta, quae procul auolaue-
rat. Michtan David, cum tenuerunt eum Philis-
tæ in Geth. Psalmus. L VI.

Miserere mei deus, quoniam conculca-
uit me homo, tota die impugnans tri-
bulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die,
quoniam multi bellates aduersum me o ex-
celse.

In die, qua timor inuaserit me, ego in te
sperabo.

In deo laudabo verbum eius, in deo spe-
rai, non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea calumniabantur, ad-
uersum me omnes cogitationes eorum in-
malum.

Congregati sunt, insidiantur, ipsi calca-
neos meos obseruant.

Expectantes animam meam, propter ini-
quitatē euasio erit illis in ira populos con-
fringes deus.

Fugas meas tu numeratas habes, lachry-
mas meas repone in utrem tuum.

Nōnne in libro tuo haec scripta sunt? tunc
conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauerō te: ecce co-
gnoui quod̄ deus meus es tu.

EXPLANATIO IN LIB.

In deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo.

In me sunt deus vota tua, reddam laudationes tibi:

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut ambulem coram deo in lumine viuentium.

EXPLANATIO.

Pro columba muta. *Hæc inscriptio significare videtur, hos versus esse factos pro Davide homine simplici, & innocentie, qui causam suam deo committens nihil aduersarij suis respondit, sed procul fugiens ad Palestinos se contulit, quia quidem historia scripta est in libro primo Regum.*

Conculcauit me homo. Saulem significat.

Quacunque die. Quoties, inquit, mihi aliquis metus iniicitur erit, ego me muniam contra illum sive certissima auxiliu tui.

In deo laudabo verbum eius: Ego, inquit, fatus benignitate dei in bonam partem accipiam, quicquid eius voluntate, & permissu acciderit mihi, verbum autem apud Hebreos appellari pro re, & facto, saepe iam dictum est ita non nulli explanant hunc locum. Nos vero diligenterius verba Davidis expedentes sic interpretari.

PSAL. CVM PARAPH. 208

mur: cum nihil in deo existat, quod satis dignum laudari posse ab hominibus, tamen vir pius in periculum aliquod adductus verba ipsius laudat in primis, quo animum suum corroboret, ac confirmet, laudat verbum ad hunc modum: Eloquia domini, eloquia munda, argentum igne examinatum in vase terreo, purgatum septies, id est verba dei vera, sinceraeque sunt, nihil ipsis purius, aut sanctius, nihil ab omni falsitate magis alienum. Hæc cum animo suo cogitans vir pius, similique reputans, deum promisso, se misericordia sua tanquam firmissimo scuto protectum omnem qui se in tutelam ipsi tradiderunt, incredibile dictu est, quantum fiduciae, ac firmatis ex ea re comparet in rebus aduersis. Hoc ita esse, ex verbis ipsius Davidis intelligi potest, qui cum dixisset, in deo laudabo verbum eius, statim subiungit, se deo confidere, eamque fiduciam esse tam, & tantam, ut neque vim negi, infidias potentissimi regis extimescat, quippe qui non dubitet, deum pro salute sua propugnare, cuius rei certissimum pignus habet verbum ipsius, id est promissionem.

Propter iniquitatem. Erit ne hoc eorum scelus impunitum? Non erit certe, sed tu domine hanc magnam vim hostiam meorum vici seru. Sic interpretatur hunc locum Chimis Hebreus explanator,

Fugas meas. *Tu domine, inquit, optime nōsi,*
quam sēpe coactus sim fugere impetum hostium
meorum, lachrymas, quae quotidie fluunt ex oculis
meis repono quas in vitem tuum, ut videas,
quād illae sint abundantes, immo verò in libro
prudentia tua scriptæ sunt et lachryme, et
fugæ meæ, et omnes iniuria, quæ innocens per-
fero. Nimirum efficacissima est consolatio in re-
bus aduersis, cum vir pius cogitat, nihil sibi ene-
nire posse, quod deus non animaduertat, quem si
bi patrem esse non dubitat.

Tunc conuettentur. *Videtur certum tempus*
significare, quo tempore intelligebat adversarios
suos opprimendos esse.

In me sunt. *In mea, inquit memoria sunt vo-*
ta, quæ tibi nuncupauit, ea quæ religiose persolvit;
que vero sint ea vota, ipsem declarat subiun-
gens, reddam laudationes tibi.

Quoniā eripuisti. *Gratias inquam immor-*
tales agam tibi, propterea quod me ex maximis
periculis eripuisti, ut in lumine visentium, id est,
vitam, et salutem retinens ambulem coram, te
hoc est virtutem, et pietatem colam, atq; ita me
geram, tanquam omnibus meis cogitationibus, et
verbis, et actionibus interfisi. Sed hæc gratiarum
actio pertinet ad omnes piros, quorum animos, et
pedes liberat deus, alteros à morte sempiterne,
alteros à lapsu, ut vi spiritus corroborati, atque

eo lumine, quo cœlites in perpetuum fruuntur,
illustrati, sine gravi aliqua offensione hoc diffi-
cile viuendi curriculum conficiant, deum sem-
per ante oculos habentes, ut nihil animo agita-
re, nihil aut loqui aut gerere possint, quin illum
presentem adesse persuasum habeant.

G Ratias agit deo, cuius misericordia ē
 maximo periculo euaserat.

Victori, ne perda David Michtan, quan-

do fugit à facie Saulis in speluncam.

Psalmus LVI.

Miserere mei deus, miserere mei, quo-

niam int̄ confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, do-

nec transeat iniquitas.

Clamabo ad deum altissimum, ad deum,
 qui perficit mihi.

Mittet de cœlo, & liberabit me, dabit in
 opprobrium conculcantes me.

Mittet deus misericordiam suam, &
 veritatem suam, anima mea in medio leonum
 est, iaceo inter ardentes,

Inter filios hominum, quorum dentes
 sunt lanceæ, & sagittæ, & lingua eorum
 gladius acutus.

EXPLANATIO IN LIB.

Exaltare super cœlos deus, super omnem terram gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibus meis, incurvauit ille animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam.

Paratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara, auroram excitabo.

Cōfitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus:

Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua.

EXPLANATIO.

Quando fugit à Saule. Hac historia scripta est in libro primo Regum quod vero in eodem titulo dicitur, se perdas, Hebrei putant id significare, & suos ad occidendum Saulem inflammatos cohibuerit: nimurum cum Abisais illum dormientem interficere vellet, legimus Dauidem illi dixisse, ne perdas eum. Verum haud satis sic, an hæc interpretatio conuenire posset reliquis inscriptionibus, quæ hæc eadem verba continent.

PSAL. CVM PARAPH. 210

Qui perficit mihi. Omnia, quæ opto: est enim oratio imperfecta.

Mittet deus. Deus & misericors, & verax est misericordia facit, ut opem afflitis & laborantibus promittat: veritas facit, ut promissa perficiat.

Iaceo inter ardentes Odio mei.

Exaltare super. Id est, declaravim & potestatem tuam in homines impios, & nefarios, ut omnes ad venerationem tuu excitentur, & in omnes terras se dilatet gloria tua.

Laqueum parauerunt. Nunc exponit auxilium sibi allatum esse, quod expectauerat.

Inclinauit ille animam meam. Significat hic verbis magnitudinem periculi, & timoris, quo debilitatur, animisq; demittebat, cum Saul ipsi immineret, & in eum locum ventum esset, ut ex eius manibus elabi posse non videretur.

Et ipsi inciderunt in eam. Machinati erant mihi periculum, in quod ipsi incurrerunt, cum incerti in manus meas incidissent.

Paratum cor meum. Symmachus vertit clarius ad hunc modum: stabile cor meum deus, stabile cor meum. Nihil vero est, quod magis stabilat, & confirmet animum in religione, ac pietatis amore, quam obseruat diligens earum rerum quæ res quotidie geruntur à prouidentia dei bonituendis, & improbus ylciscendis.

E X P L A N A T I O I N L I B.

Exitabo auroram. Non expectabo, dum au-
rora me exciteat ē lepto, quin potius illā ego cun-
ctate excitabo antelucanis horū: surgēs ad hym-
nas canendos. Simile est illud Virgilī, Aeniatē
increpitans feram Zephyrosque morantes.

Quoniam magnificata est. Id est, omnia ple-
na sunt misericordia, bonitatis, & iustitiae tuae.

A R G U M E N T . P S A L : L V I I I .

INuehitur in Saulē, & eius consiliarios, &
laſſeclas, quos prædictit grauiſſimas pœ-
nas ſcelerām daturōs.

Victori, ne perdas David Mithan.
Psalmus L V I I I .

NVM verēdō congregatio iuſtitiam lo-
quimini, recte iudicatis filij homi-
num?

Etiam in corde iniqüitates operamini
in terra, iniurias manus vestrāe appen-
dunt.

Alienati ſunt peccatores à vulua, errau-
runt ab vtero, loquentes falsa.

Venenum illis ſecundum ſimilitudinem
ſerpentis, ſicut aſpidiſ ſurdæ obturatis au-
res suas,

P S A L M . C V M P A R A P H . 211

Quæ non exaudiet vocem incantantium,
& beneficii incantantis ſapienter.

Deus contere dentes eorum in ore ipſo-
rum molas leonum confringe domine.

Diffluat tanquam aqua decurrentis, diri-
gant sagittas ſuas, ſed fint, ac fi confractae
effient.

Instar limacis colliqueſcentis dilataba-
tur, ſiat velut abortiuum mulieris, quod no-
vidit ſolem.

Priuſquam crescant spinæ vestræ in rha-
mmum, ſicut crudum quid, ſic ira turbine ra-
piet eum.

Lætabitur iuſtus cū viderit vindictā, pe-
des ſuos lauabit in ſanguine peccatoris.

Et dicit homo, vtique eſt fructus iuſtæ,
vtique eſt deus iudicans in terra.

E X P L A N A T I O .

Num verēdō congregatio, Num, inquit, o
iudices, & consiliarij, qui Saulem ab iniuria mi-
hi facienda dehortari debuerati, vera, & aqua
confutis, aut pronuntiatis? quin potius nihil niſi
maleſicia, & ſcelera cogitatis, eaque impotenti
animo perficitis, pro aequalitate, & iuſtitia iniu-
ria, & vim judiciali ſlaterare appendentes.

Alienati ſunt. Non eſt, inquit, quod mi-
remur, hos homines eſſe tam ſceleratos, qnip-

EXPLANATIO IN LIB.

pe qui iam inde ab ipsis incunabulis ab alienis
runt se a deo, & a recta viuendi ratione aber-
rauerunt.

Sicut aspidis surdæ . Comparat eos aspidi
obtutanti aures , quoniam nolabant audire mo-
nitiones salutares.

Sed sunt, ac si confractæ essent. Id est, co-
natus eorum irriti sunt.

Priusquam crescant spineæ vestræ in than-
num. Verba hæc cōuertit etiā Symmachus hoc
modo. Sed vocabula Hebraæ sunt ambigua, &
totus versiculus mihi videtur admodū difficulter
ad intelligendū: cōsideret tamē pīus lector, nū ex
eo elici posset sententia, quam subiiciā, quē admo-
dum vī venti poma ex arboribus cruda auelle-
re solet, ita vī ira diuine ducem vestrum imma-
tura morte de medio tolleret, antequā scelerata, &
vitia vestra maiora fiant, & corroborentur.
Est autem rhamnus spinā maxima, qua speciem
arboris fere gerit:

Lætabitur iustus. Lætabitur, non quod infil-
tet ilorum calamitati, sed quod videat gloriām
Dei illustrari, & homines a maleficio deterri, &
dum improbi pœnas.

Pēdes suos lauabit. Hyperbole est, qua signi-
ficat ingentem latitudinem piorum, sed vulgo alter
hunc locum interpretantur, nempe homines pīos
suppicio impiorū fieri cautores, & quō clarū

PSAL. CVM PARAPH. 212

cerunt, deum cuicunque, pro eo ac quisque se gerit,
aut pœnas irrogare, aut præmia perfoluere, hoc
enixius contendere, ut omnem impuritatem ex a-
nimis eluant.

ARGUMENT. PSALM.
LIX.

Implorat auxilium Dei contra adver-
sarios.

Victorine perdas, Mithā Dauid, quando
misit Saul, & custodiuit domum
eius, ut eum interficeret.

Psalmus LIX.

E Ripe me de inimicis meis Deus meus,
& ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, &
de viris sanguinem salua me.

Quia ecce insidiantur animæ meæ, con-
gregantur aduersum me.

Non propter iniquitatem meam neque
ob peccatum meum domine, sine iniiqui-
tate mea illi currunt, & se instruunt.

Exurge in occursum meum, & vide; & tu
domine deus exercitum, deus Israël.

Intende ad visitandas omnes gentes, non
miserearis omnium , qui operantur iniqui-
tatem,

C. 7

E X P L A N A T I O I N L I B.

Reuertuntur ad vesperam, & fremunt ut canes, & circumeunt ciuitatem.

Ecce loquuntur in ore suo, & gladii sunt in labiis eorum, quoniam quis audit?

Tu autem domine deridebis eos, subsannabis omnes gentes.

Fortitudinem eius tibi reseruabo, quia tu deus adjutor meus es. Deus meus misericordia eius praeueniet me.

Deus ostendit mihi in inimicis meis, ne occidas eos, ne fonte obliuiscatur populus meus.

Disperge illos in virtute tua, & deiice eos protector noster domine.

Propter delictum oris eorum, & sermonis laborum ipsorum, & comprehendentur in superbia sua.

Propter periurium & mendacium, quod loquuntur, consumi in furore, consume, & non sint.

Et sciant, quod deus dominatur in Iacob, & usque ad fines terrae.

Reuertuntur ad vesperam, fremunt ut canes, circumeunt ciuitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum, sed dormient non saturati.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam.

P S A L M. C V M P A R A P H. 213.

Quia factus es adjutor meus & refugium meum in die tribulationis mee.

Fortitudo mea tibi psallam, quia deus adjutor meus es, deus meus misericordia mea.

E X P L A N A T I O .

Quando misit Saul. *Historia haec scripta est in lib. I. Regum.*

Inteade ad visitandas omnes gentes. Alio loco ostendimus, hoc verbo gentis sapientia in literis sanctis significari homines sceleratos, & impios: visitatio autem improborum significat eorum supplicia, ut apud Esaiam, Visitabo super orbis mala: & in psalmo 89. Visitabo in virga iniurias eorum. Itaque orat, ut Deus, qui pro sua singulari lenitate diuturnam sepe nocentes concedit impunitatem, aliquando tandem animum intendat ad iudicia exercenda, atque ad vim severitatis sua declaranda contra importunitatem hominum perditorum.

Reuertuntur ad vesperam. Describit sedilitatem sciariorum, qui iussu Sauli obsidebant de nocte domum suam, & tota ciuitate insidias locabant, ne posset elabi.

Ecce loquuntur in ore suo. *Figura est, quam rhetores appellant reticentiam, haec exprimit a-*

C c iij

trocitatem verborum, quæ iactabant, q̄ qui obſi-
debat domum suam: En, inquit, loquuntur ore
ſuo nibil ſculicet niſi cedem, et ſanguine, et im-
manitatem: itaque ſubiungit, gladij ſunt in labys
eorum.

Quoniam quis audit: *Quis* (inquit illi)
nos audiuit? Id eſt, hæc nefaria loquuntur, propter-
ea quid existimant, audire neminem, cum tamen
ego, in dñe verò deum audiat omnia. Symmachus
ſententiam exprimens non verba, clarius vertit
ad hunc modum, gladij ſunt in labiis eorum, tan-
quam nemo audiat.

Tu autem domine deridebis eos. Tu do-
mine conatus iſtorum irritos facies, et omnium
impiorum confilia franges.

Fortitudines eius. Non possum ego potentie
regis obſtare, itaque certamen hoc tibi ſeruabo
et viribus illius vires tuas obſciām. O fortu-
natum, et verè beatum illum, qui tantos progres-
ſus habet in cognitione imbecillitatis ſue, ut de-
poſita omni temeritate, et proprietatum virium
confidentia, toto animo acquiescat in praedio mi-
ſericordie Dei.

Mifericordia eius præueniet me. Tam be-
nignus eſt, inquit, deus mens, ut ſuā mifericordia
præuenire ſoleat preces meā, et opē ferre, an-
tea, quād illam implorem. Deus hac benignita-
te vſurum aduersus pios pollicetur apud Eſaiam

bis verbis. Antequam clament, ego exaudiam,
adhuc illis loquentibus audiam.

Oſtender mihi in inimicis meis. Ex vide-
bile, que optoratio eft praecisa, et imperfecta.

Ne occidas eos. Ne ſubito illos de medio tol-
le, ne forte hoc exemplum iustitiae tuae effluat ē
memoria populi mei, sed vagi, exiles, omnium
rerum agentes diu ſecum ferant monumenta iu-
ſitiae tuae, illaque mortalibus iniuti offentent.

Disperge illos in virtute tua. Hunc verſi-
culum, et ſequentem Symmachus etiam vertit
eodem modo.

Et comprehendantur in ſuperbia ſua. Id
eſt, fac, arrogantia ſue laqueis irretiti pœnas ſe-
lerum pendant.

Propter periurium. Quoniam vocabula He-
breas ſunt ambigua, potest hic locus etiā hoc mo-
do veri, et de maledictione, et tabe narrentur,
id eſt, ut quidam ex Hebreis explanant, deus il-
los execratur, et tabe tam dura consumat, ut
omnes ea de re tanquam portentosa loquuntur.

Ipsi dispergentur ad manducandum. Nūc
tota ciuitate diſcurſant, quo me per inſidias op-
primant, at ydem iſi pro hoc ſcelere cogentur
mortuo Saule diſcurſare querendi victus cau-
ſa, quo non invento ſomnum capient fame ene-
ti.

Scipit hunc psalmum David cum bel-
lum difficillimum gereret cum Ammo-
nitis, & Idumæis, & Syris inter se foedera-
tis, que quidem historia scripta est in 1. lib.
Red. & in 1. Paralip. Rogat autem deum, ut
populo calamitatibus bellorum vexato opé-
ferat: deinde confirmatus oraculo victoria
de hostibus sibi pollicetur, & regni stabili-
tatem.

*Victori, pro Liliu pulchritudinis,
Mithran David ad docēdum quan-
do pugnant aduersus Syria Meso-
potamia, & aduersus Syriam Sobal,
& reserfus est Israh, & percusſit
Edon in vale Salmarum 12. millia.
Psalmus. L X.*

Deus repulisti nos, & dissipasti nos, ira
tus es, conuerte te ad nos.
Commouisti terram, & confregisti eam,
Ostendisti populo tuo dura, potasti nos
vino mortifero.
Dedisti metuentibus te signum ad extol-
lendum propter veritatem.
Ut liberaretur dilecti tui, saluum fac dex-

tera tua, & exaudi me.

Deus locutus est in sanctuario suo, exul-
tabo, diuidam Sichem, & conuallē Succorū
dimetiar.

Metus est Galaad, & meus est Manasses,
& Ephraim fortitudo capitis mei,

Iudas legifer meus, Moab olla lotionis
meæ.

Super Idumæam prolixiam calceamentū
meum, super me Philistea jubila.

Quis deducet me in ciuitatem munitam?
qui deducet me usque in Idumæam?

Nōnne tu Deus, qui repulisti nos? & non
egredieris Deus cum exercitibus nostris?

Da mihi auxilium de tribulatione, quia
vana falso hominis.

In deo faciemus virtutem, & ipse ad nihili
lum deducet tribulantes nos.

EXPLANATIO.

Pro liliis pulchritudinis. Alij alter hec
verba ex Hebreo vertunt sed omnia sunt adeo
obscura, ut nullam explanationem certam affer-
re possumus.

Commouisti terram. Hact translatio signi-
ficat, populum impetu bellorum vexatum esse.
Simile est illud poetæ veteris, Africa terribili

tremut horrida terra tumultu.

Ostendisti populo tuo dura. Acerbitia
ma spectacula præbusisti populo tuo, & mortifi-
ca pocula calamitatum nobis ministrasti.

Dedisti metuentibus. At olim (inquit) so-
litus eras dare cultoribus tuis vexillum, quod ori-
gerent in prælijs, & felicissimè pugnarent, idque
faciebas propter veritatem, vi scilicet, qua pro-
miseras illis, obseruares. Vt ece igitur solita mis-
ericordia, & dexter tua salutari populum tuum
ab imminentibus periculis incolumente serua. Quod
verò dicti, deum dedisse vexillum populo, id si-
gnificat, Hebreos olim auspicio, & ductu Dei
bella faciliiter administrare consueuisse.

Deus locutus est. Confirmat animum oratu-
lo, quod accepere at, fore, ut non modo regno He-
breorum potiretur, sed etiam exteris gentes sub
imperium suum subiugaret. Deus (inquit) omnia
secunda mihi pollicitus est, propterea animo leto,
& tranquillo ero: nam diuidam Sichem, &
metiar conuallera Succoth, id est, in ditione, &
potestate mea erunt agri, & oppida quæ assignata
fuerant olim familie Ephraim, sed quoniam hac
iam posse debat, videntur probandi, qui veriter
hunc locum verbis tempus præterritum signifi-
cibus ad hunc modum, Sichemiam diuisi, & me-
titus sum vallem Succoth.

Meus est Galaad, & meus est Manasse,

Hu verbis significat partem illam terræ Iudeæ
questa est trans fluvium Iordanem.

Ecce Ephraim fortitudo capitis mei. Sic ap-
pellat tribum Ephraim, propterea quod illa &
potentia, & militum numero præstabat ceteris
tribus.

Iudalegifer meus. Etiam legifer Iuda est
sub imperio meo. Ad tribum Iuda pertinebat
regnum, & legum gerendarū potestas, propter
ea cum legiferum appellat imitatus Moysēm, qui
in Genesi inquit, Non auferetur scepterum de Iu-
da, & legifer de medio pedum eius.

Moab olla lotionis meæ. Allegoria est,
qua significat, arrogantium Moabitarum ad id
seruitutis, & humilitatis esse perducendæ, ut pos-
sint comparvari fictilibus, in quibus pedes lauant:
idem quoque significat allegoria quam subiungit.
Super me Philistæa iubila. Id est, perseque-
re me fausti acclamationibus, ut pote regem tuum,
neque resuca imperium meum.

Quis deducet. Quis (inquit) eas virès, &
cpias mihi suppeditet, quibus expugnare possem
urbem illam munitissimam, quam tanto iam tem-
pore obesse tenet? Ea verbi appellabatur Rab-
batha.

Quis deducet me usque in Idumæam?
Meminit Idumææ, quoniam illa quoque eo bello
domita est.

E X P L A N A T I O N E R I B.

Nónne tu deus . Deduces me usque in Idem
meam ? qui tandem nos auxilio tuo spoliasti.
Nónne inquam tu deus eris dux copiarum na-
strarum?

Quia vanus salus hominis . Salus videlicet,
qua ab hominibus expectatur.

In deo faciemus virtutem. *Id est*, si fiet auxi-
lio dei rem publicam fortiter , ac feliciter admi-
nistramus.

A R G U M E N T . P S A L .

L X I .

I Mplorat auxilium Dei in periculo vet-
sans, deinde prædictis, se ac familiam suam
imperio Iudeorum potituram , & regnum
Christi sempiternum canit.

Victori in Neginoth, Psalmus
David L X I .

E Xaudi deus deprecationem meam, in-
tende orationi meae.

Ab extremo terræ ad te clamabo , dum
anxitur cor meum : in petram, qua altior
me est, duc me.

Quia factus es spes mea, turris fortitudi-
nis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula,

P S A L M . C V M P A R A P H . 217

protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu deus meus exaudisti oratio-
nes meas , dedisti hereditatem timentibus
nomen tuum.

Dies super dies regis adiicies, annos eius
usq; in diem generationis, & generationis.

Sedebit in æternum in conspectu Dei, mi-
sericordiam & veritatem præpara, qua cu-
stodiant eum.

Sic psalmum dicam nomini tuo in secu-
lum seculi, ut reddam vota mea de die in
diem.

E X P L A N A T I O N .

Ab extremo terræ. *Id est*, ab extrema Iudea,
vbi exul vitam inopem , & vagam perse-
quor.

In petram, qua altior. *Id est*, duc me in ali-
quem locum tutum, ac munitum, quid ego sponte
mea condescendere non possum.

Inhabitabo in tabernaculo. *Quoniam vi-*
deor exilio perpetuo multatus, tamen te fauente
in sanctam ciuitatem reuertar, & sanctissimum
templo tuum aßidue venerabor, hoc autem Da-
vid in primis optabat, hinc illud, Vnu petri à do-
nino, hoc requiran ut inhabitem in domo do-
nini omibus diebus vite meæ. Quod vero ait,

EXPLANATIO IN LIB.

se habitaturum in secula significat, se cū sua posteritate in urbe sancta regnaturū sunt tamen, qui existimant, hanc esse allegoriam, quæ significat, Deum sibi perpetuo praefidio, salutis futurum. de quo genere allegoria explicatum est in psalm. 27.

Dedicasisti hæreditatem. Sic appellat regnum, quod Deus sibi ac familiae sue concesserat; sed etiam hæreditas piorū est sempererna bonorum coelestium possesso. Hæc vero hæreditatem adire incipiamus tū, cum deus spiritum suum nobis impartiatur, a quo felicissime regimur, et gubernamur, tantisque bonis afficiamur, ut in hac vita fulgili, et caduca, immortalium vitam, et voluptates purissimas gustare incipiamus.

Dies super dies. Hic aperiens sempiternā vitam, et imperium Christi canit, per quem familia Davidis in perpetuum regnat, neque aliter hic versiculum interpretatur parapsis Chaldaea.

Misericordiam, et veritatem para. Significat, regnum Christi esse regnum misericordie, et veritatis, quibus custodibus non solum tuti, sed etiam beatissimus.

Vt reddam vota mea. Id est, hymnos, et gratiarum actionem, quæ quidem vota perpetuò reddere debent, quando etiam bona, quorum hæredes instituti sunt à deo, perpetua sunt.

PSAL. CVM PARAPH. 218

ARGUMENTVM PSAL.

LXII.

Deo in solo spem locandam esl. & nihil esse inanius, aut fallacius hominibus.

Victori pro Idithum Psalmus
LXXI.

Vtique ad Deum filet anima mea, ab ipso enim salutare meum.

Vtique ipse est propugnaculum meum, & salus mea, ipse arx mea, non vacillabo multum.

Quousque irruitis in hominem? interficiemini, vniuersi vos tanquam paries inclinati, & maceris impulsa.

Vtique propter exaltationē eius in ierū consilium, vt expellant, diligunt mēdaciū, ore suo bñ dicunt, & corde suo maledicunt.

Veruntamē deo file anima mea, quoniam ab ipso expectatio mea.

Vtique ipse est propugnaculum meum, & salus mea, arx mea, non vacillabo.

In deo salutare meum, & gloria mea, robur fortitudinis meæ, & spes mea in deo est.

Sperate in eum omni tempore o popule,

EXPLANATIO IN LIB.

effundite coram illo corda vestra, deus spes nostra est.

Certe vani filij hominis, mendaces filii viri, in stateras si descendant, ipsi pariter leuiores sunt vanitate.

Nolite sperare in iniuitate, & rapina, nolite fieri vanitas: diuitiae affluunt, nolite cor apponere.

Semel locutus est, deus, duo haec audiui, quod potestas deo est, & tibi domine misericordia, & quod tu reddes unicuique iuxta opera sua.

EXPLANATIO.

Vtique ad deum silet anima mea. Tunc animus noster ad Deum silet, cum rebus aduersis auxilium eius patienter expectat vacua ab omnisi sollicitudine, & angore, neque se lamentat, aut querimoniis dedens.

Non vacillabo multum. Animus noster natura usque ad imbecillus est, ut vel leui ieiui facile concutiatur, & cadat, quod si fiducia, & spes ad misericordiam dei admittatur, vacillat ille quidem sepe ob ingenitam infirmitatem, sed gradu constantia non dimouetur.

Tanquam paries. His similibus ostendit, quād facile sit illos perditurus Deus.

PSALM. CVM. PARAPH. 219

Propter exaltationē eius. Insidiatur mihi coniuratione facta, propterea quod vident ad magnam nominis celebritatem et gloriam me à deo perductum esse.

Ab ipso expectatio mea. Ex eo pendet omnis spes salutis meae.

Vtique ipse est propugnaculum meū. Qui haec dicit ex animo, verè pius est, neque vim ultam diaboli, vel impiorū reformidat: qui non credit deum talēm sibi esse, is à deo alienus est, atque in hominibus solum suam ponat necesse est, id quod execrandum, ac detestabile est.

Sperate in eum. Hortatur populus, ut exemplum suum fecutus omnes spes, & cogitationes suas in misericordia dei collocet, qui solus ex omnibus seruare, solus omnibus bonis ornare, & cumulare nos potest.

Effundite coram illo corda vestra. Id est, omnes cures, & molestias vestras, atque ab eo solo auxilium expectate.

Certe vani filii hominis. Offendit, neque ab hominum potentia metuendum esse, neque illorum opibus, & gratia nitendum. Appellat autem consuetudine linguae Hebreæ homines ignobiles, & obscuros, filios hominis: contraque viros claros, & nobiles vocat filios viri, & pronuntiat tam hos quād illos futiles, vanos, & mendaces esse, haec sententia in homines conuenit, quatenus

Dd

diuini spiritus afflatus nondum renonciati sunt.

In stateras si ascēdāt. Est Hyperbole elegans-tissima, qua exagerat stultitiam, & levitatem mortalium: si ponas, inquit, in altera libra lance inanitatem, in altera vero uniuersum genitum humānum, profecto inanitas ipsa præponderabit.

Nolite sperare in iniuitate, & rapina. Monet, cauedum esse, ne tanti pecuniam astime-mus, vt cupiditate cæca illius incitat suum alteri detrahamus, atque alieno incomodo nostris com-modis consulamus: ita enim ex filiis dei filii homi-nis efficeremur, id est, ipsa inanitate inaniorum. Eos vero, qui diuitias alterius iniuria que sitis af-flunt, monet, vt illis ne adiiciant animum, sed perinde aff. Et si sint, quasi nihil possideant, transit enim celestrem imago huius vita inanis, & ad-umbrata: atq; hæc, quæ bona fortuna nominan-tur sunt cœduca, fluxa, & prō nihil putanda.

Semel locutus est deus. Hoc loquendi mo-do significat id, quod deus dixit ita firmum, & ratum esse, vt irritum fieri nō posset. In eandem sententiam accipitur illud apud Iobum, Semel loquitur deus, & secundo id ipsum non repetit. Quid vero locutus ille sit, subiungit inquires, se duo hæc audisse, videlicet deum & potentia, & misericordia longè plurimū excellere, & uniuersi-que gratiā referre pro eo ac quisq; segerit: nam bonis amplissima præmia persoluit, nocētibus sup-

plicia debita cōstituit. hoc ad potentiam spectat, illud ad misericordiam: sed sciendum est, interpretes recentiores ita exprimere ex Hebreo, Semel locutus est deus, atq; iterū, hoc audiui. significant autem verba hæc, Deum sēpe locutum esse ore Moysis, & ceterorum vatum ea, quæ sequuntur.

DEclarat desideriū incredibile, quo te-nebatur adeundi ad templū dei, à quo lögē aberat propter inimicitias Saulis. De-clarat item quantā voluptatem capiat ex cō-templatione rerū diuinarū: prædictit etiam, seregno potitum sublati inimicis.

Psalmus David, cūm esset in deserto
Iude, LXIII.

DEUS, deus meus ad te de summo mane vigilo.

Situit te anima mea, desiderauit te caro mea.

In terra deserta, sitibunda, & inaquosa, sic in sancto contemplatus sum te, vt videam fortitudinem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua, quam vita, labia mea laudabunt te.

EXPLANATIO IN LIB.

Sic benedicam te in vita mea , & in nomine tuo leuabo manus meas.

Tanquam adipe , & pinguedine saturabit anima mea , cum labiis exultationis laudabit os meum.

Certe memor fui tui super stratum meum, in vigiliis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te, me sustentavit dextera tua.

Ipsi vero perdere quæsierunt animā meā, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in deo , laudabuntur omnes qui iurant per eum, quia obstructur os loquentium iniqua.

EXPLANATIO.

Desiderauit te caro mea . Ex hoc intelligi potest, res incommodæ atque asperæ quam sint hominibus pijs commoda, ac salutares: siquidem caro , quæ suæ natura est spiritui aduersaria, & à colendo deo semper deterrerè solet, ab duis calamitatibus fracta, & debilitata cum spiritu pacem facit, & vni cum illo deum cupide querit, propterea quod extra ipsum non habet, ubi possit acquiscere.

PSALM. C V M. PARAPHR. 221

Sic in sanctuario . Id est, quanquam in hac vasta solitudine vitam ago, tamen quasi in templo tuo forē, & sacrificii interestem, sic cōtemplos sanctissimum numen tuum. atque oculis animi cerno fortitudinē tuam, & gloriā tuam. videtur autem arcā federis significare: his enim nominibus illa vulgo celebratur, quod deus ex eo loco oracula edere, atque vim, & numen suū insigniter ostendere soleret. Hinc Asaphus in psalmo 78. cum dicere vellet hanc arcā permisso dei in potestate hostium venisse , dicit, illum fortitudinem suam , & suam gloriam in manus inimici tradidisse , quia etiam uxor Phineæ sacerdotis hanc calamitatem defens in libro primo Regum ait , gloriam domini ab Israele translatam esse ad Palæstinos . licet hæc, quæ diximus, vera sint, tamen cum vir sanctus ait, se perinde, quasi in templo esset, contemplari gloriam dei , & vim eius salutarem , hoc intelligit in primis , quanquam longe absit à folienni cœtu piorum pulsus à rege in desertas & incultas solitudines, non tamen eam rem impedit, quo minus suauissima voluptate potiatur, & pietatem suam alat in potentia & misericordia dei contemplanda: quæ duas res in maximis calamitatibus potissimum elucent, dum vir pius vindique premitur, sed non opprimitur, cadens, robustior surgit: in luctu & misere, gaudio

Dd iii

EXPLANATIO IN LIB.

triumphat: regentissimus est, & omnia possidet: quotidie in media morte versatur, & tamen vivet, ac floret. quae cum geruntur, ille bonitatem dei, & vim eius præponentem non cogitatione modo comprehendit, sed etiam (ut ita dicam) manibus attrahat, atque ex ea re admirabilis quedam in animo ipsius exardecit amoris magnitudo aduersus clementissimum numen: ut non male sentire videantur, qui affirmant, deum in rebus aduersis amabilorem existere quidam in prosperis, quod ita esse, David quoque in maximis periculis versus suo testimonio comprobat, cum subiungit, misericordia dei vita ipsa optimam esse, quae verba ex animo dicere non potest, nisi expertus: experiendum autem est potissimum in ipsa calamitate.

Tanquam adipe. Significat contemplationem diuinae bonitatis esse salutarem, & deliciatum pastum animalium.

Rex vero. De se loquitur, quem deus regem constituerat.

Omnis qui iurant. Solebant Hebrei iurare per salutem regis. Saule autem incolumi nemo ausus fuisset per salutem Davidis iurare.

ARGUMENT. PSALM. LXIII.

Inuictus in aduersarios suos, homines maledicos, & infidiosos, quos prædictit scelerum poenas persoluturos.

PSALM. CVM PARAPH. 222

Victori, Psalmus David. LXIII.

Xaudi deus orationem meam, cum deprecor, a timore inimici eripe animam meam.

Protege me a consilio malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.

Quia excuerunt ut gladii lingues suas, retenderunt sagittam suam verbū amarum: ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabant eū, & non timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt, ut absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates, perfecerunt ea, quae scrutati sunt,

Etiam intimum cuiusque, & cor profundum: & sagittabit eos deus.

Sagitta repentina, extabunt plagæ corū, & impingere se ipso lingua facient.

Cōmouebuntur omnes respicientes eos, & timebit omnis homo.

Et annuntiabunt opera dei, & facta eius intelligent.

Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & gloriaruntur omnes recti corde.

EXPLANATIO.

Tetenderunt sagittam. Comparat eorum verba sagittis.

Dd iiiij

Firmauerunt sibi sermonem nequam. *Id est*, decreuerunt omnino nefarium facinus facere, de quo inter se consultarunt.

Scrutati sunt iniquitates. *Id est*, vestigiant varias nocendi vias, & artes.

Etiam intimum cuiusque, & cor profundum. Etiam intimos animorum sensus scrutatur, adde sunt callidi, & malitiosi.

Et impingere se ippos. *Id est*, perniciem ipsi sibi petulantissima lingua comparabant.

Cōmouebuntur omnes. Prædicti, deum ea exempla editurum in suos aduersarios, ut ceteros omnes à maleficio sit deterriturus.

Et facta eius intelligent. Intelligent inquit, hæc non casu, & fortuito evenire, neque consilio, atque opera hominum geri, sed prouidentia dei esse, qua afflictis, & violenter oppresi auxilium ferat, atq; homines importunos, & nefarios sperinde ut meretur eorum improbitas, vlciscatur: qui vero hæc sibi persuasi, à pietate alienus esse non potest.

Lætabitur iustus. Homines p̄i hac, que di-
cta sunt, considerantes, letitia exultabit, & spem suam, quam in deo repositam habent, summopere confirmabunt, & gloriabuntur de tutela ipsius omnes recti corde, id est, quicunque animo pro, & simplici iustitiam, & pietatem colunt.

ARGVM.PSALM. L XV.

Entem Hæbream, quæ apud Babylonicos exultabat, inducit loquentem, & redditum suum ab exilio, tum etiam omnium gentium conuersionem ad verum dei cultū vaticinantem.

Victori Psalmus ex canticum

David L XV.

Temanet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum.

Qui exaudis orationem, ad te omnis care venier.

Verba iniquitatum præualuerunt super nos, & impietibus nostris tu, ppitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpisti, habbitabit in atrisi tuis.

Replebitur bonis domus tuae, & sancti te pli tui, mirabilia in iustitia.

Annues nobis deus salvator noster, spes omnium finium terræ, & maris longinqui.

Stabiliens montes in virtute tua, accinges potentia, compescens fremitum manus, sonum fluctuum eius.

Et tumultum populorum, & timebunt qui habitant in extremis à signis tuis, egressus matutini, & vesperæ laudantes facies.

Visitasti terram, & irrigasti eam, plurimum locupletasti eam.

Flumen dei repletum est aquis, pars fru-

mentum illis, quoniam ita præparas eam.
Sulcos eius inebria, demitte pluviam in
liras eius, imbris liquefac eam, germini
eius benedic.

Coronabis annum benignitate tua, & ve-
stigia tua stillabunt pinguedinem,

Stillabunt in habitacula deserti, & exulta-
tione colles accingentur.

Vestientur gregibus cäpi, & valles ope-
rientur frumento, iubilabunt, atque hym-
num dicent.

Te manet hymnus deus in Sion. Nullo
enim loco præterquam Hierosolymis fas erat tem-
plum adscire, aut sacrificium facere: sed hic
lotus ecclesiastis Christi significabat, extra quam
neque deus rite coli, neque ullum votum reddi
potest, quod ipsis gratum acceptumque sit.

Qui exaudis: Quoniam te benignissimum
præbes supplicibus tuis, omnes mortales reli-
cta superstitione ad te configurant, id autem per-
fectum est, posteaquam filius dei humanum cor-
pus assumpit.

Verba iniquitatum præualuerunt super
nos. Magna certe peccata commiseramus, &
ob eam causam in has calamites incidimus: sed

tu pro tua incredibili misericordia nobis omnia
delicta condonabis, & populum tuum ab exilio
reduces in patriam. Verbum apud Hebreos pro
te ipsa usurpari sepe iam dictum est.

Beatus quem elegisti. O fortunatam gen-
tem Hebream, quam ex omnibus nationibus se-
legisti, innamque appellari voluisti! Nos certe do-
mum reuertemur, & in atris sanctissimi templi tui
maxima vita partem consumemus: sed in primis
beati, quos deus iam inde ab ipsa aeternitate ele-
git ex innumerabilis mortalium multitudine, &
sibi filios adoptauit, scilicet illos in colesti, &
sempiterna domo dei talia, & tanta bona ma-
nent, ut ea neque aspectu oculorum comprehen-
di, neque auribus percipi, neque vlla cogitatio-
ne queant adumbrari: quin etiam ipsa piorum
ecclesia adhuc in terra manens dei domus est: ex
illa quidem bonis praestansim reserta, qua-
la est vera, germanaque iustitia, tranquillitas
conscientia, lætitia sancta, spes certa vite sem-
piterna, & cetera dona, & fructus spiritus san-
cti, quorum sepe mentionem facit diuus Paulus
in suis epistolis.

Mirabilia in iustitia annues nobis. Signi-
ficare videtur ea, que gesturus erat deus profa-
late, & incolumentate gentis suæ: de quibus rebus
gestis etiam meminit in psalmo sequenti. Sed in
primis admirabilia sunt ea, quæ deus ijs concedit,

quos sua iustitia participes facit, atque in domum suam recipit, quae est ecclesia Christi.

Stabilias motes. Haec sunt allegoriae, quibus elegansime describit prouidentiam dei, ex qua pedit omnis auctoritas, et potestas principium, et tranquillitas pacis: sed ego facile crediderim, has omnes esse vaticinationes ad mysteria Christi pertinetes. Haec si ita sint, montes significabunt Apostolorum inuictam animi magnitudinem, et constantiam in euangelio diuulgando, sonum vero maris, et tumultum populi intelligimus esse coniurationem contra ipsos a cunctis nationibus factam, quae tandem magnitudinem prodigiorum comotæ, et divino spiritu afflata depositus odii religioni sanctæ adhaeserunt. Haec profecto satis aperte significare videtur versiculus sequens: cum enim vir sanctus sit, Egressus matutini, et vespera laudantes facies, hoc intelligit, omnes nationes verum deum pie, sancteque veneraturas, id quod Apostolorum opera, studio perfectum est, quibus hoc praestantis simum minus a deo assignatum erat. cum autem partes orientis, et occidentis dicere vellet, dicit egressus aurora, et vesperæ: quid ex altera parte dies, ex altera nox oriatur.

Visitasti terram. Prædicat benitatem dei, qui res ad viatum, et cultum necessarias large, et prolixe suppeditet mortalibus. Sed

Origenes, et Eusebius Cesariensis, haec omnia de terra Iudea scripta esse confirmant, quam deus post reditum Hebreorum ex Babylone verryram, maximèque secundam reddiderit, ut unde cum libertate recuperata omnium rerum copia abundantem.

Flumen dei. Sic appellat Iordanem, ut sentit Origenes, et Eusebius Cesariensis, quanquam sic vocare potest omnia flumina terræ Iudeæ, quæ deo consecrata erat.

Quoniam ita præparas eam. Id est, quando terram ita irrigas, et fertilem reddit. Coronabis annum. Id est, omni genere frugum illum ornabis, et quacunque incedes, fertilitatem in agros instillabunt pedes tui. Simile est illud Virgilij, Implementur vallèisque cauæ, saltusque profundi. Et quacunque deus circum caput egit honestum.

Exultatione colles accingentur. Id est, gau debunt omnium fructuum copia exornati. sed ut ceteras partes huius hymni, ita extremam hanc ego arbitror mysterii Christi aptissimè conuenire: siquidem terræ secunditas, quam yates sanctissimam eleganter, et copiosè describit, significat ubertatem virtutum omnium, quibus humanum genus abundauit, posteaquam misericordie parens unigenitam filium suum e celo demisit in terras, illasque imbribus, et sa-

EXPLANATIO IN LIB.

lutari flumine sui spiritus irrigauit, optatis sum tempore Euāgeliū, quod tempus etiam Christus apud Esiam annum diuinæ benignitatis appellat. Tunc animi mortaliū, qui steriles, inculti, squallebant, accepto semine Euāgeliū redditi sunt uberrimi, maximēque feraces, & pulcherrimos pietatis fructus ediderunt: tum maxima loporum vis in oves commutata est, sc̄iisque Iesu Christo custodiendam, & pascendam credidit: tunc omnia plausis, gratulatione, & laudibus dei personarunt.

ARGUMENT. PSAL. LXVI.

Inducit etiā hoc hymno gētem Hebraicam loquentem, & gratulantem, se longa illa seruitute Babylonica liberatam esse.

Victori, Canticum Psalmi L XVI.

Vbilate deo omnis terra, psalmum dicite gloriæ nominis eius, date gloriam laudi eius.

Dicite deo, quām terribilia sunt opera tua domine, in multitudine virtutis tua mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera dei, terribilis in

PSALM. C V M PARAPH. 216

consiliis super filios hominum.

Qui conuertit mare in aridā, in flumine transierunt pede, ibi lætati sumus in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternū oculi eius super gentes respiciunt, rebelles, ne exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam nostram ad vitam, & non dedit in commotionem pedes nostros.

Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut exanimatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationem in lumbis nostris, imposuisti homines super capita nostra.

Transiūmus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam, in holocaustis reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.

Venite, audite, & narrabo vobis, omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, non

exaudiens dominus.

Certe exaudiens deus, & attendit vocis deprecationis mae.

Benedictus deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.

EXPLANATIO.

In multitudine virtutis. *Huc versiculum interpretari sumus in explanatione Psalm. 18.*

Venite, & videte. *Hortatur uniuersos mortales ad considerenda mirabilia facinora quae deus efficit pro salute, ac incolumente genti Hebreos. altius autem repetunt usque a rebus gestis ducetu & imperio Mosis. Nimirum harum rerum consideratio diligens, & cum fide consonans, incredibile dictu est, quantum animos excitet ad cultum, & venerationem dei: hic enim effigiem diuinae benignitatis in pios, & seueritatis in improbos, tanquam in tabula, pulcherrime expressam, & politam cernimus.*

Rebelles ne exaltentur. *Qui deficiunt a deo, et hisque imperium repudiant, ne animos in alcum tollant, tanquam id impune sint latrui, quanvis ad tempus florere videantur.*

Benedicte gentes deum nostrum. *Hortantur non solum Hebreos, sed etiam ceteras nationes ad canendas laudes veri dei, atque illis*

nancit beneficia sibi ab ipso tributa in quo affectum exprimunt animi gnti, & p̄q, qui nihil quē capit, atque misericordiam, & bonitatem dei uniuersis mortalibus notissimam esse, ut unus omnis in colendo, & venerando illo consenserit existat.

Et non dedit in commotionem. *Id est, nos i maximis periculis, & calamitatibus salvos, & incalumes conservauit; neque passus est, animos nostros a pietate deficere.*

Igne nos examinasti sicut examinatur argentum. *Exemplo suo docent, quid homines pietatis amantes de suis calamitatibus sentire debeant, nempe hoc, illas sibi cprifilio, & numine diuino accidere, ut quemadmodum aurum, atque argentum igne purgatur, ita illorum animi pariores sunt rebus aduersis: hic enim rebus & amor nostri, revūnque fragilium, & caducarum exuritur, & studia pietatis, ac innocentie mirabiliter descenduntur. At impiorum quos Deus aeterna morte multarē constituit, longè dissimili est ratio: non enim isorum labes, & vitia excoquit aerumnā, sed auget potius, & cumulat, illaque crescente simul animorum crescit impietas, sic uno, eodemque igne lutum duroscere videtur; certaque liquecere.*

Poluisti tribulationē in lumbis nostris. Catena significat, ut paraphrasis Chaldaea in-

terpretatur.

Et exultavi sub lingua mea. Id est, ipsum landibus extuli. Monet autem exemplo suo, laudationem bonitatis diuinæ cù ipsius invocatione cōiungendā: si: ea enim res mirandū in modū fiduciam corroborat, atque animum invocantis ad fībem erigit impetrādi omnia, quæ postulat, & quæ p̄fes minime fallit: animus enim sic affectus nullā à deo accipere repulsam potest. Hac omnia uno versiculo cōplexus est David in psal. 18, cùm ait laudans iuocānit dominum, & ab inimicis meis saluu fuit.

Iniquitatem si aspexi. Quando, inquit, Dā precabar, si quod scelus animo conceptum, habuīsem, profecto illum nō orāsem, neque id mirum: vt enim deum exores, necesse est ipsum cōfidenter ores: quod effacerē nō potest, si tibi dūcius sceleris, aut flagitiij conscius sis.

Qui non amouit orationem meam. Id est, qui n̄.n repudiavit meas preces, sed misericordiam adhibuit in calamitate mea.

ARGUMENTVM
PSAL. LXVII.

Rat deū, vt H̄abreis, & ceteris gētib' o. salutē, & cognitionē sui impertiatur, idque illum effecturum, prædictit.

Victori in Neginoth, Psalmus
& Canicum.

Psalmus LXVII.

D Eus misercatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos.

Vt cognoscatur in terra via tua, in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteat̄ur tibi populi deus cōfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructū suum.

Benedicat̄ nos deus, deus noster, benedicat̄ nos deus, & metuant eum omnes finēs terre.

Ic hymnus maximè insignis est, propter quod magna breuitate maxima mysteria cōpleteātur: itaque mihi visū est faciēdū, vt ipsū totū ea īterpretādi rōne explanarē, quā Græci paraphrasim vocāt.

P A R A P H R A S I S

PSAL. LXVII.

Ec ij

EXPLANATIO IN LIB.

Deus misereatur nostri, & benignè faciat nobis, respiciat, ille placidis oculis calamitates nostras, & splendidissima luce sui vultus omnium errorum tenebras pellat ex animis. Misericordia parens mitte de celo vniensem filium tuum, ut nota fiat omnibus in terris via, quæ ducit ad semper eternam domum tuanam: fac, vniuersæ gentes cognoscant, & venerentur Christum tuum, per quem misericordia mortalibus salutem, & beatam vitam donare promisisti. Immortales tibi gratias agant populi omnes, omnes populi sanctissimo numini tuo perpetuū hymnos canant, lætentur, & gaudio exultent vniuersæ gentium, quoniam preces miserorum benignus exaudis. Tu domine populos omnes tuo salutari spiritu amantissem gubernabis, tu nationes vagè disiectas, & turbulentis erroribus implicatas ad veritatis viam reuocabis, tu filium tuum mortalibus ad vitam sempiternam ducem fideliissimum dabis. Immortales tibi gratias agant populi omnes, omnes populi sanctissimo numini tuo perpetuū hymnos canant, scilicet tempus veniet, cum terra, quæ multa secula sterilis, incultaque manerat, eccelestes agricolas habebit, & suscepto semine euangelii fecerit.

PSALEMUS VIM PRAEF.

dissimilā fiet, pulcherrimōisque omniū virtutum fructus feret. Deus pater benignè faciat nobis filium mittens, Deus filius benignè faciat nobis patrem reconcilians, deus spiritus sanctus benignè faciat nobis patrem filiumque demonstrans. Utinam & patrem, & filium, & spiritum sanctum, unum deum indiuiduè partitum, diuiduēq; coniunctum omnes terrarum fines, piè sancteque venerentur, & colant.

ARGUMENTVM

PSAL. LXXVIII.

Videntur hunc pulcherrimum hymnum canticis cū Syras, & Idumeos & Ammonitas bello superasset, inducit autem populum predicantem verbis magnificentissimis potentiam dei, & benignitatem eius erga se.

*'Victori, David Psalmus
Canticum LXVIII.*

Exurgat deus, & dissipetur inimici eius, & fugiat, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut dissipetur fumus, ita dissipat eos: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.

Ee iii

Et iusti lætentur, & exultent in conspectu dei, & delectantur in lætitia.

Cantate deo, psalmū dicite nomini eius, extollite eum supremo cœlo insidentem, lah nōmen illi.

Exultate in conspectu eius patris orphorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitat facit solitarios in familia.

Qui edūcit ynḡtos in compedibus, rebelles autem habitabunt terram vastam.

Deus cum egrediereris in conspectu populi tui, cūm pertransires in deserto.

Terra mota est, etiam cœli distillaerunt à facie dei, ipse Sinai à facie Dei, Dei Israelis.

Pluuiam voluntariam eleuasti deus super hæreditatem tuam, & eam laborantem recreasti.

Animalia tua habitabūt in ea, parasti in bonitate tua pauperi deus.

Dominus dedit sermonem laudatricibus exercitus magni.

Reges exercituum fugerunt, fugerunt, & familiā domus diūsif spolia.

Si dormiatis inter ollas, pennæ columbæ degargentatæ, & alæ eius in pallore auri.

Cūm dispergeret omnipotēs reges propter eam, dealbabatur veluti nix in Zalmon mons Dei, mons Basan.

Mons excelsus, mons Basan, ut quid existitis montes excelsi.

Aduersus montem, in quo beneplacitum est deo habitare, etenim domin⁹ habitabit in æternum.

Currus Dei vinginti milia, multa millia angelorū, dominus in eis (sicut in Sina) in sanctuario.

Ascēdisti in altum, cepisti captiuitatem, acceperisti dona in hominibus.

Et etiam rebelles, propterea quod in habitat dominus deus.

Benedictus dominus quotidie, oneret nos beneficiis suis. Deus salutarium nostrorum.

Deus noster deus saluōs faciendi, & dei domini est exitus mortis.

Vtique deus confregit capita inimicorū suorum, vertisem capilli perambulentis in delictis suis.

Dixit dominus, ex Basan reducam, reducam de profundis maris.

Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderūt incessus tuos deus, incessus dei Ec iiiij

EXPLANATIO IN LIB.

mei, regis mei, qui est in sanctuario.

Præcedunt cantores, sequuntur psallentes
in medio iuuenicularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite deo domino de
foste Israel.

Ibi ex Beniamin paruolo dominans eis,
Principes Iuda in vestibus suis acu pictis
principes Zabulum, & principes Nepta
lim.

Mandauit Deus tuus fortitudinem tu
am, confirma hoc deus, quod operatus es
in nobis.

Propter teplum tuum in Hierusalem, tibi
offerent reges musera.

Increpa turbam lanceis armatam, congre
gationem taurorum inter vitulos populo
rum, ut supplex veniat cum fragmentis ar
genti.

Dissipa gentes, qua bella volunt, venient
oprimates ex AEgypto, A Ethiopia festina
bit porrigerem manus suas deo.

Regna terræ Cantate deo, psallite do
mino.

Psallite deo insidenti cœlis cœlorum ab
initio.

Ecce dabit voci tuae vocem fortitudinis,
date fortitudinem deo, super Israel magni
ficentia eius, & virtus eius iu nubibus.

PSALM. CVM PARAPL. 231

Terribilis deus in sanctuaris suis, deus
Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem
plebis sua, benedictus deus.

EXPLANATIO.

Exurgat. *Forma huius vocis, & earum que
proxime sequuntur, in versiculis Hebreis tem
pus futurum indicat. diximus autem alio loco,
Davidem se penumero praesentia verbis tempus
futurum significantibus exprimere, id quod per
spicuum esse potest vel ex illo versiculo. Psalmi
xx x v. Homines & iumenta salvabis domi
ne. Hoc cum ita sit mihi maxime probandi vide
tur, que reverterunt ex Hebreo ad hunc modum:
Exurgit deus, & dissipantur inimici eius, & fu
giant, qui oderunt eum, a facie eius, & que se
quentur, eodem modo. Ha sententiae sic expres
sa longe plus ponderis, & dignitatis habent, &
magis conueniunt cum argumento hymni, quo
victoria iam adepta celebratur, tum ipsius hym
ni proemio, in quo locus communis de prouiden
tia dei copiosè, & splendide tractatur, ut popu
lum intelligat, quicquid domini militia que faciliiter
administratur, tribuendum esse misericordie di
xisse. itaque horum versiculorum haec est senten
tia, deum res humanas non negligere, sed piorum,
impiorumque habere rationem: atque alteros.*

EXPLANATIO IN LIB.

lætitia, & voluptate, alteros paenit grauiſſimis afficeret.

Iah nomen illi. *Hebrei* dicunt hoc nomen deo impositum esse ad significandam illius vim, omnium rerum creatricem.

Exultate in conspectu. Prædicauerunt potiam dei imprabos euententem, nunc prædicat eius benignitatem bonos maximis beneficiis afficientem.

Deus in loco. Deus in summo quidem celo habitat, curat tamen humilia, & res humanas pro infinita bonitate sua administrat.

Deus qui inhabitare. Deus (inquit) facit ut qui solum, & sine liberis vitam degabant, habeant domum familiæ florentem.

Rebelles autem habitabunt. Impi, & contemptores deitatem paenit lunt, atque incolunt loca vasta, & scerila, at pi ducuntur a deo ex locis desertis ad terras fertiles, & amena. Huius rei exemplum præclarissimum ponit vir sanctus, cum subiungit deus cum egredereris etc. Sed fac impios, & cõtempiores dei vel in florissantibus urbibus, atque in maxima rerum omnium affluentia vitam perducere ad extremam senectutem, tamen hæc sententia verissima est: ut enim vir pius, quoconque loco atatem agat, in celo est: sic impius ubique miser est, & tanquam relegatus in vastam, & desertissimam so-

PSALM. CVM PARAPH. 232

lititudinem, que ipsi omnem vitæ huius fructum auferat.

Etiam cœli distillauerunt. Etiam (inquit) cœlum ipsum imbribus, & tempestatisbus dräsentiam dei testati est, & ipse mons Sina tremescens est. Hæc eadē memorant Delbora, & Baracius in hymno, quem deo cecinerunt caesis ad intercessionem Chananæorum copiis. Domine (inquiunt) cū exires de Seir, & transpires per regiones Edom, terra mota est, caligis, ac nubes distillauerunt aquas: Montes fluxerunt a facie domini, & Sina à facie domini dei Israel.

Pluviam voluntariam. Sic appellat pluviam tempestuam, & qualém homines optarent, sed possumus etiam vertere ex Hebreo, pluviam copiam. Hæreditatem verò dei vocat, vel terram ipsam Iudeam, vel potius gentem ipsam Hebream, quam deus tanquam agrum hæreditarium excolendum suscepérat, & cum sterili esset, & omnium honorum egens, salutaribus, & secundis imbris misericordiae sue irrigauit, & fertilem, & bonis omnibus abundantem reddidit.

Animalia tua. Sic appellat homines pios, & veri dei cultores.

Dominus dedit sermonem. Huc usque pertinet præmii hymni, nunc celebrat populus victo-

riam Davidis, Deus, inquit, suppeditauit matrem carminis mulieribus, quæ solent victoras ducum choris, & cantibus celebrare. Huius cōfētudinis mentio sit in libris Regum, in quibus scriptum est, mulieres Sauli redeuntib[us] bello obijam processisse cantantes, Saul occidit mille; David decem millia.

Si dormiatis inter ollas. Sæpe iam diximus, linguam Hebream admodum concisam esse, & orationibus imperfectis abundare. cuiusmodi est versiculus iste, qui hanc sententiam continet: si tam atri, & fôrdidi sitis, quidam y[oung] qui iacent inter ollas fuliginosas, pollutior tamen, vos in posterum fore tam nitidos, & candidos, ut alis columbae argenteis, & instar auri fulgentibus vos comparare positis; id est, sic habetote, vos deposito luctu, & macore omni posthac latos, & fortunatos fore, ut enim color, ater luctu, & calamitatem: sic albus latitiam, & ressecitas significat.

Cum cōtereret omnipotens. Hæc est altera allegoria similis superiori. Cum, inquit, deus copias Regum aduersariorū cæderet, ac profigaret, hereditatē ipsius, que ante a nigris, & moris plena erat, candida tanquam nix effecta est, & dolorem cāntu, & letitia comutauit. Sic explanat hunc locum Abrahamus Esdra. Est autem Zalmon Iudeæ mons, quem diuit ferē per-

petuis niuib[us] albore.

Mons Dei mons Basan. Laudat urbē Hierosolyma, quam appellat montem Basanem, id est, fertilem, & pingue[m], nam Basam regio est uberrima.

Vt quid exilitis. Quid inquit, ô reges bella infertis ciuitati, quam deus charissimam habet, & sua præsentia tuetur?

Curris dei. Non defūnt nobis curris celestes, non defūnt acies ipsorum cœlitū, inter quæ incedit deus præsentiam suam nobis exhibens, vt eā olim in monte Sina exhibuit, & in sacrario suo sancto etiam nunc exhibere solet.

Ascendiſti in altum. Populus his verbis appellat Davidem, qui hostium mænū expugnaverat & rebelles nationes bello domuerat, & ab ijs præstantissima dona accepérat. Hæc autem victoria illi contigit, propterea q[uod] deus custos est Hebreæ gentis, & in eorum ciuitate domiciliū habet. Sed hæc Davidis victoria Christi victoriā significabat, qui de peccato, & morte, & diabolo triumphavit, ac rebelles nationes imperio suo subiecit. propterea diuus Paulus in Epistola ad Ephesios scripta hunc versiculum ad ipsum refert.

Et dei domini est exitus mortis. Id est, Deus est, qui misericordia suā facit, ut homines exeat ē iansia mortis, & gravissimis periculis

liberentur.

Verticem capilli. Id est, confregit caput capillatum eius, qui perseverabat in peccatis: videtur autem designare ducem hostium, vel Iesus est numero singulare pro numero multitudinis.

Dixit dominus ex Basan. Cum ad bellum proficeremur per misericordiam dominus, nos tali victoria potiuros, qualem olim reportauimus ex Basane, ubi reges, cui nomen erat Og, Cum tota gente deleuimus: qualem item adepti fuimus, cum mare rubrum pedibus transmitteremus, depresso Pharaone cum innumerabilis exercitu sic digne dixit dominus, cedam et trucidabo hostes tuos o gens mea, ut pedes laues sanguine ilorum, et canes tui eodē ipso cruento satureretur.

Viderunt incessus tuos deus. Senserunt hostes vim, et potentiam tuam, ac penitus oculis vide runt te pro nobis propugnantem, et suas vires, opesque frangentes.

Præcedunt cantores.. Describit pompa, et triumphum populi victoris.

In ecclesiis benedicite. Haec sunt verba cantorum, quibus horitur populum ad hymnos canendos. In cœtu, et cōuentu, inquiunt, sancto dicite hymnos deo vos, qui prognati estis ex Iacob: et ex semine eius tanquam è fonte manatis.

Haec eadem, oratio exhortatione Iesus est Esa ias, cum ait, Audite domus Iacob, qui vocam-

ni nomine Israel, et de aquis Iudeæ existis.

Ex Beniamin. Recenset principes tribuum, qui interfuerunt triuho. Aderant, inquit ex tribu Beniamin quae, qui præsunt eis familiae: appellat autem eam tribu parvulæ ob paucitatem hominum, quippe quæ penè funditus deleta fuerat ob scelus Gabonitarum.

In vestibus suis acu pietatis. Diuus Hieronymus vertit, in purpura sua, sed eadem est sententia. Nonnulli ex recentioribus vertunt hoc modo, principes Iuda lapis eorum, id est vis et robur.

Mandauit deus tuus. Deus, inquiunt, de Israele superedit tibi robur, quo hostes superasti.

Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis propter templum tuum in Hierusalem. Sic etiam vertit ex Hebreo hunc locum Symmachus, perge, inquiunt, nos tueri, et tuis praestitissimis beneficiis ornare propter sanctissimum templum tuum, quod est Hiro solymis: hinc enim religio, et purissimus cultus numinis tui propagabitur, et reges externi magnificissima dona tibi afferent.

Congregatione taurorum inter vitulos populorum. Tauros appellare videtur eos, qui opibus, et potentia excellebant inter hostium principes, et duces, quos vitulos populorum vocat. De hac orationis exhortatione dictum est in

explanatione psalmi.22.

Venient legati. Prædicit, omnes nationes cultum, & cognitionem veri Dei esse accepturas.

Ecce dabit vocis suæ vocem virtutis. Alij existimant hanc sententiam generalē esse, ut sensus sit, deum tribuere verbis suis vim et pondus, ut vocis eius illico omnia obediāt. Hoc si ita sit, possum est hoc loco, vi etiam multis alijs, verbis futuri temporis pro verbo temporis instantiū. Alij hanc vocem interpretantur esse vocē euangelij, quam vaticinat̄ summam vim habituram ad moenēdos animos mortaliū. Hæc sententia satis ap̄e hunc loco conuenire videtur, in quo vates sancti prædictit omnes nationes relēctis fidis Diis religioni sanctae adhesurās, hoc autem vi euangelij perfectum esse, nemo est qui nesciat: quam vim nisi Deus illi tribuisset in anis sine dubio fuisse omnis Apostolorum labor.

Date fortitudinem deo. Id est: agnoscite et prædicate, omnem vim, robur, atque efficacitatem ita dei propriam esse, ut omnia, quacunque in uniuersa rerum natura vigent, ac pollent, illico in nihilum interitum sint, nisi contineant illis ex augustissimo ipsius nomine; tanquam ex perenni uberrimōque fonte, omnis existendi, permanendi ac efficiendi vis munificè, prolixe, largè suppeditetur.

Super Israel magnificantia ejus. Id est, in gente hebreorum claret in primis gloria, et maiestas ipsius, cuiusque potentia terra, celo,que viget a cunctis moderatur.

ARGUMENT. PSAL. LXXIX.

Inducit loquentes homines sanctos, qui vastatis, & di rebris Hierosolymis in servitutem a Babylonie abducti fuerant, & in magnis calamitatibus versabatur, sed nonnulla inseruntur, que ad anagogen relata, pertinent ad dominum nostrum Iesum Christum.

Victori pro liliis, David Psal. LXIX.

Saluum me fac deus, quoniam intrae-
runt aquæ usque ad animam meam.

Infelix sum in limo profundi, & non est subsistens.

Veni in profunda aquarum, & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, raucae factæ sunt voces meæ, defecerunt oculi mei expectantes deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Invaluerunt, qui persequuntur me inimici mei iniuste, que non rapui, tunc exoluēbā.

Ff

Deus tu scis insipientiam meam, & delicia mea à te non sunt abscondita.

Ne erubescant in me qui expectant te domine, domine exercituum.

Ne confundantur in me, qui querunt te deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et fleui, in ieunio afflisi animam meam, & factum est in opprobrium mihi:

Et posui vestimentum meum saccum, & factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebat vinum.

Ego vero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti deus.

In multitudine misericordia tuæ exaudit me in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, ne-

que absorbeat me profundum, neque claudit super me puteus os suum.

Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à seruo tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Appropinqua animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me.

Tusci improperium meum, & confusio nem meam, & ignominiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improperium contrivit cor meum & mœrore confectus sum.

Et expectavi, qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum.

Obscurerunt oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quam tu percucessisti, persecuti

EXPLANATIO IN LIB.

sunt: & de dolore vulneratorum tuorum locuti sunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper, & dolens, salus tua deus protegat me.

Laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Et placebit deo super bouem, & vitulum cornua producentem & vngulas.

Videant pauperes, & lætentur quærite deum, & viuet anima vestra.

Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & vindictos suos non despexit.

Laudent illum cœli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis.

Quoniam deus saluum faciet Sion, & edificabit ciuitates Iudæ.

Et inhabitabunt ibi, & hereditate acquirent eam.

Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.

EXPLANATIO.

Saluum me fac deus. Explanatores Latini

PSALM. CVM PARAPH. 237

Iesum Christum, Græci gentem Hebræam in his versibus loqui existimat, neq; tamen hæc opinio Græcorum impedit, quo minus aliquæ sententiae ad ipsum Christum comodissimè referantur: nam et illud Osea, Ex Aegypto vocani filium meum, de gentis Hebræe liberatione dictum est, quod tandem diuinus Matthæus ad Christum verissime tradidit, usus ea interpretandi ratione quæ theologi Græci dyuayayū vocant, cum scilicet apertum orationis argumentum, ad sententias interioris sanctiorisq; traducitur. Hæc hominibus piis nequaquam absurdâ videri solent, quippe qui didicerint ex duo Paulo, omnia, quæ Hebreis accidebant, rerum futurorum umbras, et imagines extitisse. corpus autem esse Christi, cum mysteria sub talium imaginum integrumentis occultata sunt, ut ab ipsis affectu oculi profanae multitudinis arceretur: itaque illa hanc reconditam interpretandi rationem rem planè cōmentitiam, et maximè ridiculam putat, nos vero und cum Christo gratias agimus deo, qui homines arrogantes, atque inani opinione sapientia inflatos, de suis mysteriis in quibus vera sapientia sita est, celatos esse volunt, et que cum hominibus idiotis, et maxime contemptis liberalissimè communicari.

Intrauerunt aquæ. Sæpe iam diximus aquas in literis sanctis aliquando significare pericula, et calamitates.

Ff ij

Non est substantia. Id est, non possum per
dibus consistere. de hac allegoria dictum est in
explanatione Psalmi 40.

Defecerunt oculi mei. Iam (inquit) oculi
mei nimis laetitiae defecerunt, dum a sidere ca-
lum suspiciunt expectantes, ut deus mei opem
mibi ferat. Itaque proponitur nobis praelarium
verae pietatis exemplum, quæ neque spem ab-
icit, neque ab orandi studio deterretur, licet an-
res dei à precibus abhorre videantur.

Quæ nouerapui, tunc exolutebam. Id est,
eorum maleficorum paenæ dabam, quæ non ad-
misseram. Hoc nemo mortalium tunc verè de se
ipso affirmare potuit, quam Iesus Christus, qui,
cum ab omni macula peccati purissimus esset,
tanquam insignis aliquâ latro in crucem sublatu-
est, atque omnium delictorum, & scelerum, qua
humanum genus commiserat, acerbissimas pa-
nenas ipse persoluit.

Deus tu scis. Accusant me stultitia, & im-
probitas, at tu nosti domine, num quicquid aut
stulte, aut improbe admiserim.

Ne erubescant. Ne quæso domine permitte,
ut qui confidunt presidio tuo, cadant animis, di-
cernant, me causa nominis tui tanta mala perse-
ti, nec proficiere, quicquam auxilium tuum im-
plorando.

Extraneus factus sum. Multi enim ex ca-

pius abducti reliquerant domi parentes, &
fratres, & ab ipsis diu absuerant: vel significat,
etiam suos fratres germanos animo abalienato
esse, qui omni genere officij calamitatem, & mo-
rorem fratris leuare debuerant.

Etopprobria exprobrantium tibi cecide-
runt super me. Id est, non minus, immo vero ma-
gis tangunt me probra, quibus te infectatur, quæ
si mibi maledicerent, quippe cum & pietatem
violent, & certam sibi perniciem ea re cōparent.
Hunc totum versiculum Apostoli meritisime
sub persona Christi prolatum esse iudicarū: ne-
mo enim aliis unquam rāto studio defendendæ,
ac propagandæ religionis inflammatus fuit, ne-
mo æque mortalium peccata miseratus est, ne-
mo denique præter ipsum illa omnia tanquam
sua & agnouit, & proprio sanguine luit.

Aduersum me loquebantur. Id est, maledi-
cebant mihi in locis publicis, & celeribus, cu-
iusmodi erant apud veteres urbium portæ, ad
quas conueniebant ciues, & iudicia agitaban-
tur, ut alio loco dictum fuit.

Et in me psallebant, qui bibeant vinum:
Id est, in suis compotationibus carmina in meum
dedecus facta canebat. simile est illud Hiero-
mia, Factus sum in derisum omni populo, canti-
cum eorum tota die.

Ego vero orationem meam. Id est, cum illi
Ef iiiij

tam acerbe me vexarent, ego auxilium tuum aſſiduis precibus implorabam. Hoc eſt unicum perſugium, et portus homini pio rerum aduerſarum tempeſtate iactato.

Tempus beneplaciti deus. Clarius veritatis Symmachus hoc modo, tempus reconciliationis deus, fatus (inquit) paenitentia declimus, iam tempus eſt, ut nos in gratiam recipias, et tanta calamitatibus liberes.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me acetum. Queruntur homines sancti, ſe, cum egerent conſolatione, non modo non recreatos, et leuatos mero re, ſed etiam magis exagitatos fuiffe: ut ſi quis fame, ſitique labo ranti fel, acetumque preberet. ſed dominus noſter Ieſus non ſolum cōtumelius, et mal edictus iactatus eſt, cum afflito et marenti conſolatio adhibenda foret, ſed etiam, cum ſu ſpensus in patibulo ſitiret, acetum pro vino quaffare coactus eſt: itaque huius verſiculi verba ipſi conueniunt in primis.

Quia mensa eorum. Id eſt, unde letitiam, et iucunditatem ſibi querunt, ibi lagnum mortis inueniant: et qualē mensam mihi obtulerunt, tamē habeant ipſi. ſed haec cum dicantur contra impios, atque hostes dei piorūmque omnium, in primis conueniunt in aduersariis Christi, quibus mea diuinorum voluminum, et ſalutaria

queque ſe vertunt in peſtiferum venenum, per inde ut eorum meretur impietas. Itaque diuinus Paulus de Iudeorum miseria, et exēcratione ſcribens, hos verſiculos in ea re teſtes citat.

Obscurentur oculi eorum. Oculos mentis ſignificat, dorſi autem incurvatio ſignificat fer ueris onus.

Quoniam quem tu percuſſisti. Id eſt, quam gentes tu pro peccatis ſuis afflixisti, eam gen tem iſti crudeliter perſecuti ſunt, et calamita tem calamitati addiderunt.

Et de dolore vulneratorum. Id eſt, conſul tarunt de ijs affligendis, quos tu vulneraueras: vel intelligit, impios de calamittatibus piorum incunde narrare ſolitos.

Laudabo nomen dei. Nunc prædicit, Hebreos ſeruitute Chaldaeorum liberatum iri.

Et aedificabit ciuitates Iudeæ. Quas hostes eueterant, ſed haec omnia in primis vera euafe runt, cum deus Christo ab inferis excitato mortalium animos miserrima ſeruitute opprefſos per euangelium redimeret, atque omnium terrarum oris concilia, catiſque hominum arctifimo religione vinculo ſociaret, qui cotus aptifimè ciuitates Iudeæ, in eſt laudationis, et confeſſionis non minantur, quando veri Christiani ſoli ex omnibus hominibus deum verè laudant, et confeſſetur, id eſt, pie, sancte que venerantur, et colunt.

EXPLANATIO IN LIB.

Cur autem cœlum, & terra, & mare, & reliqua mundi partes lætari debeant, & deum laudibus extallere Christo regnum incunre, & hummanum genus in libertatem védicante, infra deo fauente explicabimus.

ARGUMENTVM. PSALM. LXX.

IN maximo periculo versans implorat auxilium dei aduersus inimicos.

*Victori, David ad recordandum,
Psalmus LX.*

Deus in adiutoriorum meū intende, domine ad adiuuandum me festina. Confundantur, & ignominia afficiantur, qui quærunt animam meam.

Conuertantur retrosum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

Conuertantur propter confusioneū suā, qui dicunt mihi Euge, Euge.

Exultent, & latentur in te omnes, qui quærunt te: & dicāt semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum, deus festina ad me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine ne moreris.

PSALM. CVM PARAP. 249

EXPLANATIO.

Conuertantur propter confusioneū. Id est, qui mihi insultant dicentes, Euge, Euge, conuertantur in fugam, & hæc sit merces ignominie, qua conantur innocentes afficerē.

ARGUMENT. PSAL. LXXI.

Et iā hoc pulcherrimo hymno implorat auxilium dei, & eius erga se misericordiam prædicat.

Psalmus LXXI.

In te domine sperauī, non confundar in æternū: in iustitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me. Esto mihi in petrā fortitudinis, ad quam cōfugiā ingiter. mādasti, vt saluū me faceres. Quoniam petra mea, & arx mea es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & violenti:

Quoniam tu es expectatio mea domine, domine spes mea à iuuentute mea.

A te sustentatus sum ex utero, de ventre mattis meæ tu eduxisti me.

De te laus mea semper: tanquam prodi-

EXPLANA TIO IN LIB.

gium factus sum multis, & tu fiduciam mea fortis.

Repleatur os meum laude tua, tota die gloria tua.

Ne proicias me in tempore senectutis, eū defecerit virtus mea, ne derelinquas me:

Quia locuti sunt inimici mei de me, & qui obseruant animam meam, consilium fecerunt simul.

Dicentes, deus derelinquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum festina.

Confundantur & deficiant aduersantes animae meae, operiantur confusione, & ignorinia, qui querunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo, & adiiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.

Quoniam non cognoui numerum, ingrediar in potentia domini, domine recordabor iustitiae tuae solius.

Deus docuisti me a iuuentute mea, & vise que nunc pronuntiabo mirabilia tua,

Et usque in senectutem, & canos: deus ne derelinquas me,

PSALM. CVM PARAPH. 241

Donec annuntiem brachium tuū generationis praesenti, & omni quæ ventura est,

Potentiam tuam, & iustitiam tuam deus usque ad altissima, quæ fecisti, magnalia: deus quis similis tibi?

Qui ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terra iterum adduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam meam, & conuersus consolatus es me.

Ego celebrabo te in vatis psalmi, veritatem tuam deus meus, psallam tibi in cithara dō sancte Israël.

Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die loquetur iustitiam tuam, cum confusi, & pudore affecti fuerint, qui querunt mala mihi.

EXPLANA TIO.

Ne confundar. Id est, ne queso permitte, vt eas per unquam fallat me, sed pro iustitia & honestate tua libera me.

Esto mihi in petram. Esto mihi loco arcis munitissime, ad quam pateat mihi semper aditus, tibi certe semper cura fuit salus mea.

Tanquam prodigium. Ego quidem ob af-

duas calamitates factus sum veluti portentum
minibus, neque omnes à te derelictum putantur.
ego omnem meam stem in te locatam habeo.

Repleatur os meum. Libera me tandem hi-
periculis & calamitatibus, ut possim latet, et trau-
guillo animo tuas laudes celebrare.

Ne proicias me. Ne spolia praesidio tuo se-
nectutem meam imbecillam, qui mibi ab ipsa in-
fanta semper affuerit.

Qui obseruant animam meam. Id est, qui
vitæ mea infidiantur.

Ego autem semper sperabo. Iactant quidem
aduersarii mei, me tuo penitus auxilio destitutum
esse, sed nunquam animum meum deterrere pote-
runt, quo minus confidat infinita misericordia
tua.

Et adiiciam super omnem. Id est, nunquam
intermittam cumulare laudibus laudes tuas.

Quoniam non cognoui numerum. Sic etiam
verit Symmachus, ut refert Theodoreus, est
igitur sensus: Quotidie prædicabo iustitiam, &
misericordiam tuam: & beneficia, que a te ma-
xima accepi, nunquam intermittam commemo-
rare: tot enim ac tanta sunt, ut eorum numerum
ignorem.

Ingregiar in potentia domini. Quæquam
innumerabilia sunt eis beneficia, que deus in me
contulit, neque mortali aliquis potest prædigni-

tate prædicare iustitiam & bonitatem eius: ta-
men ego fretus auxilio ipsius suscipiam hoc ne-
gotium celebrandi sanctissimum numen, & ce-
teris omnibus rebus omib[us] memor ero domine
tantum iustitia tuae.

Donec annuntiem brachium tuum. Id est,
robur ac potentiam tuam.

Deus usque ad altissima. Id est, deus præ-
clara facinora, quæ effecisti, ad cælum usque per-
tinet, id est maxima sunt, & maximæ admira-
bilia. Non ignoramus interpretes recentiores a-
liter hunc locum ex Hebreo conuertisse, sed nos
secuti sumus Symmachum, & Aquilam, qui
verba huic versiculi interpretatione sunt, & di-
slexerunt, ut nos emendamus.

Qsi ostendisti mihi. Id est, qui me multe, &
illi quidem magnis calamitatibus effecisti, &
conuersus ad clementiam perditum, & perè ex-
tinguum in lucem reuocasti, & ab inferno loco ad
altissimum dignitatum gradum perduxisti. Si-
mile est illud Anna, Dominus mortificat, &
vifcat: deducit ad inferos, & reduct. Harum
rerum altera nota sit nobis inanitas nostra, alte-
ra benignitas dei: ex illa notitia nobis diffidere, ex
haec deo confidere discimus.

EXPLANATIO IN LIB.

Describit magnitudinem iustitiae, & felicitatem regni Salomonis, sed multa inserit, quæ soli Christo conueniunt, cuius imperij imago quædam fuit imperium regis istius.

Salomonis, Psal. LXXII.

Deus iudicia tua regi da, & iustitiam tuam filio regis,
Ut iudicet populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Ferant montes pacem populo, & collebant iustitiam.

Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & conteret caluniatorum.

Timebunt te cum Sole, & coram luna in generatione, & generationem.

Descendet sicut pluia in detonsum pratum, & sicut imbres stillantes super terram.

Florebit in diebus eius iustus, & abundatia pacis, donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos terræ.

Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis, & insula munera offerent, reges Arabum & Sabba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.

PSALM. CVM PARAPH. 243

Quia liberabit pauperam clamantem, & pauperem cui non erat adiutor.

Miserebitur pauperis & inopis, & animas pauperam saluas faciet.

Exsuris, & iniuritate redimet animas eorum, & pretiosus erit sanguis eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & orabunt pro ipso semper, tota die benedicent ei.

Erit pugillus frumenti in terra, in summis montium tam frugier, ut concutatur velut Libanus fructus eius, & florebunt de civitate sicut herba terræ.

Extabit nomen eius in scula, coram sole propagabitur nomen eius.

Erbendicentur in ipso omnes gentes, & magnificabunt eum.

Benedictus dominus deus Israel, qui fecit mirabilia solus.

Et benedictum nomen gloriae eius in æternum, & replebitur gloria eius omnis terra, fiat, fiat.

Finiunt orationes Davidis filii Iesse.

EXPLANATIO.

Deus iuditia tua. *Id est, spiritum tuum illi;*
Gg

impartire, ut omnia recte, atque ordine gerantur,
iusti, ac sapienter regnum administraret. His pra-
stantissimis donis, que populus optat Salomonis,
Deus affectit in primis filium suum, qui natus est
in familia Davidis: nam (ut scriptum est in evan-
gelio Iohannis) et omnem iudicandi potestatem
dedit illi, ut omnes honorent filium, sicut honorant
patrem: et omnem suam iustitiam ita cume edem
communicauit, ut nemo ex iniusto fieri possit.
Iustus nisi per Christum.

Ferant montes. Id est, quemadmodum in ma-
gna fertilitate etiam montes, et colles solent fru-
gitibus abundare, ita omnia plena sint pacis, et
iustitiae. Quid si allegorias amplectamur, montes,
et colles significabunt reges, et principes.

Iudicabit pauperes. Id est, afflitos, et ca-
lamitosos subleuabit, ac tuebitur, neque permit-
tet, illos calumniis iniustorum hominum circum-
ueniri. Hec cum scriberet vates sancti, non tam
Salomonem, quoniam Iesum Christum oculus animi
cernebat, qui exitius vindicta, et parens nostra li-
bertatis, et calumnialem, id est, diabolum con-
tudit, euerisque.

Timebunt te. Id est, mortales tantis bene-
ficiis a te affecti breves, tandem numen tuum vene-
rabuntur, et colent: quandiu sol, et luna luce
sua cuncta lustrabunt. Hoc Salomoni conuenire
non potest: sed ei, quem ille significat, conuenit,

Id est, Christo.

Descendet sicut pluvia. Id est, similis erit plu-
viae orantibus, et terram sicutiem irrigatis, unde
manat agrorum fertilitas, et latitia omnium
mortaliuum.

Florebit in diebus eius. Hec quoque adum-
brata fuerunt in regno Salomonis, expressa vero
et perfecta sunt in regno Christi, quam ob can-
sam ipsum litera sanctae iustitiam, et pacem mor-
taliuum nominare solent: nam quod vates ait, pa-
cem, quae florebit temporibus huius regni) tandem
duratur, dum luna permanescit. Quis non per-
spicit hoc ad regnum Salomonis accommodari
nullo modo posse?

Et dominabitur. Salomonis imperium per-
tinebat a mari rubro usque ad mare Palestine,
et fluvium Euphratem, et ultimis finibus eius ter-
ra, quam deus promiserat Hebreis: in quo impe-
rium Christi adumbrabatur, qui pater subiecit
orbem terrarum ab Oceano Orientis, usque ad
Oceanum Occidentis.

Et inimici eius terram lingent. Id est, ter-
ram osculariuntur ad testificandam servitutem: nam
hodie quoque solent Asia, et Africa, cum ad regem suum
adeant, terram coram eo osculari.

Reges Arabum. Hec quidem contigisse Sa-
lonomi, narrat scriptor historie sacre in libro
tertio Regum, et hunc regem dicit cunctis regi-

bus auctoritate, ac sapientia plurimum præfisti, ut non immerito afferuerent theologi, ipsum in sua persona Christum adumbrauisse de quo Esaias eadem serè prædictit, quæ continentur hec Davidis vericulo.

Et adorabunt eum omnes gentes. Hoc ita proprie conuenit Christo, ut neq; Salomon, neq; alijs cuicunque illa ratione congruere possit.

Quia liberabit pauperem. Iure (inquit) ac merito omnes reges, & populi omnes sese Christo in seruitutem pie, sancteque dicabunt, quod ille erectorus est ipsos de manib; diabolis, qui miseros omni opere destitutos crudelissime vexabat, & omnibus iniurias, & contumelias afficiebat.

Ex yluris, & iniquitate. Alijs vertunt ex Hebreo, ex fraude, & violentia.

Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo. Id est, magno vitâ illorum astimabit, neq; impune feret, quisquis eorum sanguine sese cruentarit.

Et viuet. Et hec in Salomone adumbrata fuerit, at in Christo politissimè perfecta, quippe qui vitam vivit beatissimam, & sempiternam, eique mortales non aurum modo, sed etiam seipso donant, fiducie precentes, ut regnum illius quotidie magis, magisque dilatetur, neque unquam intermitunt gratias agere, quod ipsos non solù d morte semperliberarit, sed etiam omnium bonorum suorum participes fecerit.

Erit pugillus frumenti. Hyperbole est, quia exaggerat fertilitatem agrorum: dicit enim, ex paxci frumenti granis etiam in montibus tantas segetes, tāque proceras esse prouenturas, ut agiante vēto talem sonum edant, qualem arbores Libani edere solent. Quin etid dicit incredibilem cūrum prouectum fore: quod quidem evenisse sub imperio Salomonis, scriptum in lib. 3. Regnū Iuda, inquit, & Israël plurimi: velut arena maris erat edentes, & bibentes, & lētantes. Regnante autem Christo incredibilis exitit prouentus hominum piiorum, & bonorum coelestium, quibus bona dulunt animi ad aeternitatem, & crescunt incremento dei.

Et benedicentur in ipso omnes gentes. Hoc idem multis ante seculis Deus promiserat Abraham totidem penè verbis, inquiens, benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. quæ verba significant omnes nationes per Christum deo reconciliandas esse, & salutem ac beatam vitam consecuturos omnibus terrarum oris omnes, qui se, ac sua omnia ipsius potestati, fideique commiserint.

Benedictus dominus. Nulla alia clausula poterat aptius conuenire huic hymno, in quo va-tes sanctus prædictit, Deum rem facturum tam admirabilem, tamque inopinatam, ut ab ultima origine mundi nihil unquam ad aures mortalium

Gg ii

EXPLANATIO IN LIB.

nam incredibile persenerit.

Et replebitur gloria eius omnis terra.
Cum scilicet Christo omnes nationes ad cultum
veri dei perducentur.

Finiunt orationes David. Alii aliter hæc
verba interpretantur, ego quanquam non om-
nino improbare eos audeo, qui putant signifi-
cari, in hoc hymno summam contineri earum rerū,
quas David omnibus votis expetebat: tamen li-
bentius crediderim, hoc adscriptum esse propter
aliquos psalmos, qui deinceps sequuntur: eos e-
nim esse Asaphi, non Davidis, ipse inscriptio-
nes indicant. Asaphum vero psalmos compo-
sisse, testis est historia sacra: in secundo enim lib.
Paralip. scriptum est, Ezechiam regem Leuitis
mandasse, ut laudarent deum hymnis Davidis,
et Asaphi videntis. videntes autem appellab-
ant Hebrei eos, qui afflati spiritu diuino futu-
re praenidebant.

ARGUMENTVM

PSAL. LXXIIII.

Scriptum est hoc carmen ad eos cōsolan-
dos, qui angi solent, cùm vident impro-
bos opibus, & potentia florere, bonos au-
tem egestate, & variis incommodis premi.
videtur autem inuehi in Saulem, & eius af-
feclias.

PSALM. C V M. PARAPH. 246

Canticum Asaph, Psalmus
LXXIII.

VTIQUE bonus est deus Israeli, iis qui
sunt mundo corde.

Mei autem penè moti sunt pedes, penè
effusi sunt gressus mei.

Quia zelui super iniquos, pacem pecca-
torum videns.

Quia non sunt ligamina in morte eorum,
& vividum est robur eorum.

In labore hominum non sunt, & cum ho-
minibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos superbia, induiti sunt ini-
quitate, & impietate sua.

Egrediuntur præ pinguedine oculi corū,
transierunt cogitationes cordis.

Dissoluerunt, locuti sunt de nequitia, cū
contra excelsum locuti sunt.

Posuerunt in cœlum os suum, & lingua
eorum peruagatur terram.

Ideò conuertetur populus eius huc, aquæ
calicis pleni sugenunt eis.

Et dixerunt, quomodo scit deus? & an est
scientia in excello?

Ecce isti impii sunt, & felices in seculo
obtinuerunt diuitias.

Ergo frustra mundaui cor meum, & laui
G g iiiij

in innocentia manus meas.

Et fui flagellatus tota die, & castigatus
mea in matutinis.

Si dixi, narrabo sic, ecce nationem filiorum
tuorum reprobaui.

Et cogitauit, vt intelligerem hæc, sed la-
bor est coram me.

Donec intrem in sanctuaria dei, & intel-
ligam nouissima eorum.

Certe in lubroco posuisti eos, deicisti eos
in desolationem.

Quo modo facti sunt in desolationem,
subito defecerunt, consumpti sunt ab hor-
roribus.

Velut somnium experfecti. Domine in
ciuitate imaginem ipsorum contempbi-
lem reddes.

Quoniam acescebat cor meum, & renes
mei pungebantur, & insipiens eram, & non
intelligebam.

Vt iumentum factus sum apud te, & ego
semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam, & in
confilio tuo deduxisti me, & cum gloria su-
scipisti me.

Qui mihi est in cœlo? & tecum nil placet
super terram.

Defecit caro mea & cor meum, forti-

tudo cordis mei, & pars mea deus in æter-
num.

Quia ecce, qui elongant se à te, peri-
bant: perdidisti omnes, qui fornicantur
abs te.

Mihi autem adhærere deo bonum est, po-
sa si domino deo spem meam,

Vt annuntiem omnia opera tua.

Vtique bonus. Certe (inquit) deus in Is-
rael beneficis est, & maximè benignus, est in
quid talis in eos præcipue, qui pure sunt ani-
mo, id est, qui neque rebus piorum aduersis, ne-
que prosperis impiorum adducuntur, vt de bo-
nitate, & prouidentia dei minus piè sentiant. at
animus meu harum rerum specie tam vehemen-
ter commotus est, vt parum absuerit, quin de re-
bus sententia depelleretur, atque in deum grauiſſi-
mè peccarem.

Quia non sunt ligamina. Non solum (in-
quit) improbi lete & iucunde viuunt, sed etiam
accidere solet, vt soluti omni dolore & cruciatu-
placuli & tranquille moriantur. Ita hunc lo-
cum interpretantur Hebrei. Quin etiam A-
quila interpres doctissimus in eandem senten-
tiā verit̄ hoc modo, nulli cruciatuſ interue-

niunt morti eorum.

Et viuidum est robur eorum. Alii vertant ex Hebreo, et firma sunt palalia eorum, id est, accedit ad eorum felicitatem, quod morientes relinquent liberis magnificas aedes, et luculentam hereditatem.

Egrediuntur prae pinguedine oculi eorum. Dicimus alio loco, pingues in literis sanctis appellari homines opibus ac potentia florentes, opulentiam vero et prosperitatem vita plerunque sequitur importunitas, et superbia.

Transferunt cogitationes cordis. Id est, etiam supra quem, et cogitationem illis omnia feliciter cœnunt.

Dissoluunt. Id est, affligunt, et crudeliter vexant innocentes, sic explrant Hebrai.

Locuti sunt de nequitia. Hoc est, ad id furoris, et petulantiae perducti sunt, ut non modo scelerata, et flagitia sua non celent, sed etiam illa ostentare audiant, sequie in dedecore, ac turpitudine magnifice absent.

Posuerunt in cœlum. Id est, neque deo, neque hominibus maledicendo parcunt.

Ideo conuertetur. Propterea populus deus ad hæc studia nefaria se conuertit, et cum videant, impios in magna potentia esse, atque omnium rerum copiis affluentibus florere, eorum vitam, et mores imitantur, et quampli cali-

cibunt, id est opiniones, pestiferas istorum animo hauriant, sequi in illas ingurgitant, ut sicutentes, quam auditisimè potare solent: quemobrem vulgo dicunt: qui fieri potest, ut deus res humanas intelligat. aut gubernet? cum homines impii, et omnibus sceleribus contaminati opibus circumfluant, et tranquillam ac beatam vitam colant. Ego quoque haec cum animo meo considerans in eam insaniam incideram, ut affirmaret, me frustra innocentia studuisse, quandoquidem absidius calamitatibus vexor, neque ullus oritur dies, quin aliquam mihi molestiam portet. Haec quidem ego temere effutiebam, sed rem diligenter expendens dixi, si loquor, et sentio, nonne improbo vitam, et studium omnium priorum qui nullis incommodis, aut cruciatibus deterrentur ab innocentia, et virtutis amore, neque existimat, se frustra pietatem coluisse, si vel si maximis calamitatibus obruatur, itaque cum omni studio conarer rationem harum rerum inuestigare, ad extremum deterritius sum negotijs magnitudine, et animaduerti, me ad cognitionem earum rerum pervenire non posse, nisi deus aperiret mihi arcanam prouidentiam suam, et videret quem exitus habeant impii, qui videntur in hac vita esse beati. verum non ita diu in hac animi habitatione versatus sum: vidi enim, istos homines sceleratos, et impios, quorum prosperitas me cruciabat, et amissimæ penas dare. Haec sen-

X P L A N A T I O I N L I B.

tentiam tractat etiam in psalmo 92.
Certe in lubrico. Certe (inquit) lubrica sunt bona, quæ tuo permisso possidebant, lubrica inquam sunt, & qui per ea ingrediuntur, facilimè labuntur.

Quo modo facti sunt. Videtur designare Saulem, & eius familiam, quæ breui tempore funditus deleta est.

Velut somnium expergefacti. Euanuit horum felicitas tanquam somnum homini experimentis, similis inquam fuit somnio eius, qui iam fit ex perrectus: somnium enim illud est inane, quanquam videtur delectare dormientem.

Imaginem ipsorum. Imaginem appellat dignitatem, memoriam, & nomini claritatem, quibus rebus isti inflabantur, cum tamen ea res nihil aliud essent nisi umbra quedam, & imago vana. sic etiam alio loco dixit, certe in imagine pertransit homo, id est, velut umbra quedam, & inanis imago vitam transit.

Quoniam acciebat. Certe antequam vindicarem impios de suo florenti statu in maxima calamitate precipitari, mirandum in modum angebar: id autem mihi accidebat, propterea quod stultus & insipiens eram: itaque velut iumentum factus sum apud te: tu enim insipiens, & prouidentia tua rationes ignorantem

P S A L M . C V M P A R A P H . 349

duxisti quod nesciebam, duxisti, inquam me per varios casus & discrimina ad maximum decus & gloriam.

Quis mihi est in cœlo. Dum vir sanctus canit infinitam dei bonitatem erga se, incredibili eius amore ex ardore sensus emittit has voces: quis (inquit) mihi placeat in cœlo præter te? quem ego in terris amem, colam, suscipiam præter te? certe reliqua omnia mihi sordent, te unum ego amplector, te unum opto, te unum suspiro, atque ardeo, qui unus es amandus, & calendus, & totius animo desiderandus, tabescit desiderio tui animus, & corpus meum: tu domine vis & robur es mentis meæ, tu opes, tu copiae, & sempiterna hereditas mea.

Qui fornicantur abs te. Id est, qui te reliquo aliud amat.

Vt annunciem omnia opera tua. Id est, ut benignitate tua seruatus, & omnibus bonis auctus & ornatus perpetuis hymnis celebrem admirabilia facinora bonitatis, & prouidentiae tue.

A R G V M E N . P S A L M .

L X X I I I .

Eplorat gés Hebræa incendium tépli, & vastationē vrbis sanctæ, & calamitates suas, orans deum, vt aliquando tandem opem ferat.

EXPLANATIO IN LIE.

*Erudiens Canticum Asaph,
Psalmus LXXIIII.*

VT quid deus repulisti in perpetuum
iratus est furor tuus super oves paci-
tuæ?

Memor esto congregationis tuæ, quam
possedisti ab initio.

Virge hæreditatis tuæ, quam redemisti
montis Sion istius, in quo habitasti.

Leua gressus tuos, ut vastos in perpetuum
hostes vniuersos, qui mala intulerunt san-
ctuario tuo.

Rugierunt, qui oderunt te, in medio sy-
nagogarum tuarum.

Posuerunt signa sua signa, cognitus est
inimicus velut in alcum.

Attolleris in sylva lignorum secures, &
nunc sculpturas eius simul bipeni, & malleis
contricerunt.

Incenderunt igni sanctuarium tuum, in
terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo, depopulabitur
simul combusserunt omnes synagogas dei
in terra.

Signa nostra non vidimus, iam non est
propheta, & non est nobiscum, qui scias,
quousque;

PSALM. CVM PARAPH. 250

Vsque quod deus improperabit inimicus?
blasphemabit aduersarius nomen tuum in
perpetuum?

Vt quid tetrahis manum tuam, & dexte-
ram tuam? de medio sinu tuo tolle illam,

Deus autem rex noster ab initio operatus
est salutes in medio terræ.

Tu dissipasti in fortitudine tua mare, con-
trivisti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita Leviathan, dedisti
eum escam populi Aethiopum.

Tu dirupisti fontem, & torrentem, tu sic-
casti fluios vehementes.

Tu es dies, & tua es nox, tu fabrica-
tus es lucem, & solem.

Tu statuisti omnes terminos terræ, aasta-
tem, & hyemem tu plasmasti.

Memor esto huius, quod inimicus impro-
perauit domino, & populus insipiens bla-
phemauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animam turturis tuæ,
congregationem pauperum tuorum, ne obli-
uiscaris in perpetuum.

Respic ad foedus, quia repleta sunt loca
tenebrosa terræ habitationibus violento-
rum.

Ne revertatur pauper confusus: pauper
& inops laudabunt nomen tuum.

EXPLANATIO IN LIB.

Exurge deus, iudica causam tuam, memor esto impropriorum tuorum, quae ab infi-
ciente fiunt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuo-
rum, vociferatio eorum qui te oderunt as-
cendit semper.

EXPLANATIO.

Virgē hæreditatis tua. Virgam appellat
sceptrum, quo vocabulo usus est Aquila, cum
verteret hunc versiculum ex Hebreo: illud au-
tem Deuteronomy explanat hunc locum. Ne
diffidetas populum tuum, & hæreditatem tuā,
quam redemisti in magnitudine tua ex AE-
gypto.

Leua gressus tuos. Id est, huc ades tandem
ad eos funditus perdendos, qui sanctissimum tem-
plum tuum manibus impij euerterunt.

In medio synagogarum tuarum. Erant in
singulis Iudeæ vrbibus, & oppidis aedes publi-
cae, in quas ciues conueniebant, ut deum simul
precarentur, & doctrinam rerum diuinarum
perciperent Ea loca vocabili Greco Synagoga
nominantur.

Posuerunt signa sua. Id est, erexerunt vexilla,
trophæa, monumenta victorie.

Cognitus est inimicus velut in altum,

PSALM. CVI. PARAPH. 251

Vidimus, inquit, hostem debacchancem, & orna-
menta templi sanctissimi disturbantem, quemad-
modum ligator arbores cedit in sylva.

In terra polluerunt. Id est, in terram deie-
cunt contaminayunt.

Signa nostra non vidimus. In tantis gla-
morisibus nullum benevolentia tua signum vidi-
mus, nullum, extixit ex ijs prodigis, que pro fa-
lute, ac gloria nostra, olim edere solebas, neque
ullum habemus vatem sanctum, qui vobis predi-
ceret, quandiu haec mala permanuit fuit.

De medio finu tuo. Profer (inquit) manum
vtricem ex finu tuo, & impios hostes funditus
perde.

Deus autem rex noster. Consolatur se re-
cordatione saepeiorum temporum: deus enim
gentem Hbream iam inde ab ultimo origine si-
bituendam, atq; ornandam suscepit: q; si illam
se penumero ob peccata in maximas incidere ca-
lam: aës passus fuerat, semper tamen auxiliū tu-
lens oppresu, & crudelitate hostium aliquo nota-
bilis supplicio vindicarat, vt facile perspici posset,
hanc nationem in precipua ipsius esse tutela.

In medio terre. Id est, palam, & omnibus
mortaliis tanquam in theatro spectantiibus nos
sape seruauit in maximis periculis.

Tu dissipasti. Commemorat miraculum maris
rubri, & Aegyptiorum depressionem.

Hb

E X P L A N A T I O N E I N L I E.

Leuiathan. Phārōnēt intelligit, quem etiam Esias Leuiathan vocat. hoc nomen significat belua vestra maris; qualia sunt Cetus.

Dedisti eum escam populi Aethiopum. Hoc intelligit, eos, qui littora maris rubri accidunt, potius fuisse spoliis Aegyptiorum. Sed ali⁹ virtunt ex Hebræo, dedisti eum escam habitantibus in deserto, quibus verbi significatio videatur, cadavera Aegyptiorum ad littus electa praedam, & pastum fuisse bestiarum.

Tu dirupisti fontes. Id est e silicibus rupibus elicisti, cùm maximam aqua, cùm populus sit conficeretur.

Fluios vehementes. Symmachus vertit fluios antiquos, significat autem Jordanem.

Animaam turturistaz. Sic appellat gentem Hebream ob innocentiam, & imbecillitatem.

Respice ad fœdus. Quid scilicet cum maioribus nostris fecisti.

Quia repleta sunt loca. Loca nostra, que sunt tenebrosa, id est plena luctus, & miseria rum occuparunt homines violenti, & omnis humanitatis expertes.

Nereuertatur. Ne quaso miser populus, qui ad orandum opem tuam venit, repulsum ferat.

Ne obliuiscaris voces inimicorum. Id est, maledicta impia, & contumelias quas in te facere audire.

P S A L M . C V M P A R A P H . 252

Vociferatio eorum. Id est, voces impia, & conuictio inimicorum tuorum quotidie magis, ac magis crescunt.

A R G U M E N T . P S A L M . L X X V .

Plerique ex Græcis, & latinis explanationibus hūc psalmum ad Christum pertinere confirmant, qui inducitur loquens, & deterrens impios & superbos, ab arrogantiâ & maleficio.

Victorinè disperdas. Psalmus cantici Asaph. LXXXV.

C Onfitebimur tibi deus, confitebimur, & propinquum erit nomen tuum.

Narrabunt mirabilia tua. Cūm accepero tempus, ego iusticias iudicabo.

Liquefiet terra, & omnes qui habitant in ea, confirmavi columnas eius.

Dixi iniquis, nolite iniquè agere : & delinquentibus, nolite exaltare corau.

Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui cervice dura.

Quid neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deserto venit exaltatio, quoniam deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu domini yini meri plenus mixto,

EXPLANATIO IN LIB.

Et effundit ex hoc, vtique fæces eius furent, bibentique omnes peccatores terra.
Ego autem annuntiabo in seculum, canticum deo facio.

Et omnia cornua peccatorum confingam, & exaltabuntur cornua iusti,

EXPLANATIO.

Confitebimur tibi deus. Id est, semper celebrabimus laudes tuas, super nobis semper proprius aderis. Videtur ecclesia priorum hac loqui, quippe quia ab impioribus vexata ad implorandum auxilium dei confugerit, & statim eius numen, & praesentia senserit: quare ait, omnes pios naturos ipsius facta illustris, & admirabilia.

Cum accepero tempus. Hac autem esse verbi Christi affirmans, se de omnibus improbis, & impiorum hominibus supplicij sumpturum, cum tempus illud iudicij nouissimi venerit, quo quidem tempore ait terram, cum omnibus ipsis, qui eam inclinant, dissolutumiri: qui enim illam stabiluerit, eam potest eriam dissoluere.

Dixi, inquis. Hac omnia sapientia admonuit Christum, cum vitam ageret in terris, neque unquam intermituit eadem admonere ore proximi.

Nolite extollere in altum. Id est, nolite vos efferre contra deum.

PSALM. CVM PARAPH. 153

Quianegat ab oriente. Rationem afferit, cur debent sese deo subdere: quoniam seducit fructu queritur in terris dignitas & potentia, quarum rerum dispensatio pertinet ad solum deum, qui aequissimus est iudex, & unicuique vel penas, vel præmia constituit pro eo aequaliter gerit.

Neque à deserto venit exaltatio. Solitudine vastissima in Iudea spectat ad meridiem, propterea desertum dixit, cum meridiem dicere veller.

Quia calix. Alio loco diximus, in literis sanctis calicem sepe significare peccatum, & supplicia improborum. Vini autem meritis mentionem fecit ad significandam atrocitatem fœnorum. Nam quod ait, hunc calicem plenum esse misero, significare videtur, plurimum facies vino admistum esse. Sed nonnulli sic vertunt ex Hebreo: Quia calix in manu domini vini infusi, quod rubrum est. His sequuntur Chimir, qui affirmat, hoc genus vini esse in Iudea generosum, & vehementem, & propterea virum sanctum uti hac allegoria ad magnitudinem supplicij exaggerandam.

Ego autem annuntiabo Christum cum suis, nunquam intermitting predicare beneficia dei, cuiusque laudes celebrare, quoad tempus illud indicandi veniat, de quo supra dictum est: nunc enim omnem vim, & potentiam impiorum infringet, &

Hb. vii

EXPLANATIO IN LIB.
pios in partem sui regni sempiterni accipiet.

ARGUMENT. PSAL. LXXVI.

Celebrat insignem victoriam, quam de hostibus reportauerant Hebrei. Videntur autem haec scripta esse in Regem Senacheribum, qui cum maximo exercitu inuaserat terram Iudeam.

Victori in Neginoth, Psalmus cantu
Aaph, LXXXVI.

Notus in Iudea deus, in Israel magnus nomen eius.

Et est in Salem tabernaculum eius, & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit sagittas, arcum, scutum, gladium & bellum.

Apparuit maximus a montibus preda, in prædiis daci sunt superbi corde.

Dormierunt somnum suum, & non inueniunt omnes viri fortes manus suas.

Ab increpatione tua deus Iacob confitus est currus, & equus.

Tu terribilis es, & quis cotam te confitas simularque exarserit ita tua?

De celo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & filuit.

PSAL. CVM PARAPH. 254

Cum exureret ad iudicium deus: ut salvos faceret omnes mansuetos terre.

Quoniam indignatio hominis confitebitur tibi, & reliqui indignationis te accinges.

Vouete, & reddite domino deo vestro, omnes qui in circuitu eius estis, aserte munera.

Terribili, & austenti spiritum principum, terribili apud reges terræ.

EXPLANATIO.

Notus in Iudea deus. Celebris est in Iudea deus, in Israele gloriosus, & illustre est nomen eius propter inaudita miracula, & prodigia quæ solet edere pro salute, & gloria gentis sue.

In Sale. Sic appellat Hierosolyma: ita enim illi vocatur ex verbis ut est in Genesi.

Apparuit maximus a montibus preda. Symmachus ita vertit hunc locum. Est autem sensus, declarans admirabilem potentiam tuam in montibus Iudeæ, innumerabilibus copys (que illi occupabant) ad intermissionem caelis.

Dormierunt somnum suum. Id est, mortem occubuerunt, & nihil viribus suis profecerunt, quando bellicosi essent.

De celo auditum. Appellat stragem illam hostium iudicium celestem: propterea quod illam deo editam fuisse per spicatum est.

Hh iiiij

EXPLANATIO IN LIB.

Terra tremit, & filuit. Id est, qui nos mis-
nis & immanni ferocitate territabant, ipsi incre-
dibili terrore perculsi, ne omnino quidem hisere-
ausi sunt, cum deus calamitates nostras misera-
tus, prius ab ipso iudicio, persequeretur.

Quoniam indignatio. Inquinat, & cru-
delitas impiorum opugnantium cultores tuos
materialiter praebet: cui usum celebrandi, &
potentiae, ac misericordia predicandi, humano-
incolumente conseruans, illos autem semper tui sup-
pliciis mactans.

Reliquis indignationis. Id est, si quidam
narum hostilium religium fuerit, ad id concun-
dendum, & confringendum te accinges, & ba-
ses piorum funditus euertes.

Vouete. Hortatur populum ad vota mun-
cupanda, & gratias agendam deo pro victoria
iam adeptis, non habuit nisi ut in hinc quod
est.

ARGUMENT. P S A L M. XXXVII.

D E scribit, quanto dolore confectus fuerit,
cum Hebrei maximis calamitatibus
opprimuntur, & quemadmodum morte-
rem suum leuauerit recordatione benefi-
ciorum illustrium, quibus se illi deus affec-
rat gentem suam: sed ut Graeci existimant,
populus ipse inducitur loquens.

PSALM. C V M P A R A Y H. (23)

Victori pro Idithum Psalmus
Asaph, LXXVII.

V Oce mea ad dominum clamaui, voce
mea ad deum, & intendit mihi.
In die tribulationis mea deum exquisivit,
manus mea nocte extensa fuit, sine inter-
missione.

Renuit consolari anima mea, memor fui
dei, & vociferabar, loquebar, & deficiebat:
spiritus meus.

Apprehendisti palpebras oculorum meo-
rum, turbatus sum & non sum locutus.

Cogitaui dies antiquos, & annos seculo-
rum: recordabar.

Carminu meorum, nocte cum corde meo
meditabar, & serutabatur spiritus meus:

Nunquid in eternum proieciet deus? aut
non apponet, vt sc̄ propitium adhuc exhibeat?
Nunquid defecit in perpetuum miseri-
cordia eius? consumptum est verbum à ge-
neratione in generationem?

Nunquid oblitus est misereri deus? aut
continebit in ira sua misericordias suas?

Er dixi, mors mea haec, annorum dexte-
re excelsi recordabor.

Memor ero operum domini, nam memog

EXPLANATIO IN LIB.

ero mirabilium tuorum, quæ usque ab ini-
tio fecisti,

Et meditabor in omnibus operibus tuis,
& de consiliis tuis loquar.

Deus in sanctitate via tua; qui deus ma-
gnus sicut deus noster? tu es deus, qui facis
mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam;
redemisti in brachio tuo populum tuum,
filios Iacob & Joseph.

Viderunt te aquæ deus, viderunt te aquæ,
& timuerunt, & turbatae sunt ab fissis.

Effuderunt aquas nubila, vocem dede-
runt nubes.

Etiam sagittæ tuæ discurrerunt, vox ton-
nitruis tuus in sphæra.

Illuxerunt coruscationes tuæ, orbi ter-
re, commota est, & contremuit terra.

In maria via tua; & semita tua in aqua
multis, & vestigia tua non sunt cognitæ.

Deduxisti sicut oves populum quinque
manæ Moyse, & Aaron.

Explanatio in libro primo
EXPL. LIB. I. b. 1. id. lugduni

Voc mea. Primum describit gravissimæ perver-
bationem animi penè desperatis, deinde docet, que
medicina tam periculo morbo adhibendo sit.

PSALM. CVM PARAPHR. : 256

Manus mea nocte extensa fuit, sine in-
termissione. Ita vertit huc locum Symmachus,
& fideliter quidem.

Renuit consolari. Cum, inquit, animus meus
omnem consolationem repudiarer, ad memoriam
dei con fugiebam, & illius misericordiam vocifer-
ans implorabam.

Apprehendisti palpebras. Id est, magnitu-
do supplicij tui me somnum capere non sinebat,
qui etiam, ob gravitatem doloris, animo tam
perturbato eram, ut loqui non possem.

Cogitauit dies. Accum, inquit, considerabam
tempori illa, & secula antiqua, quibus deus tam
illustribus, & verè diuinis beneficiis afficerat
gentem suam; recordabar item, quoties sanctissi-
mum nunc laudes mei versibus celebrasse, cum
illi gratias agerem pro incredibili benignitate,
qua vibat in nos.

Nuquid in aeternum. Hec sunt, que seru-
tabatur animus eius.

Conlumpnum est verbum. Annullam am-
plius vim habet sermo dei, quo promisit, se con-
solaturum marentes, & afflictos, ad se confu-
gientes?

Et dixi, mors mea haec, annorum dexteræ
excelsi recordabor. Quid opus est plura? can-
sa, inquit, calamitatis est magnitudo, ut aliquan-
do de salute mea penè desferem: sed in tatis acer-

bitibus una reliqua est consolatio, ut scilicet labentem, ac prope iacentem animam beneficiorum tuorum summe pater recordatione sustinet; propterea, quod si se pessime potero, mente confugiam ad memoriam superiorum temporum, quibus maiores nostros grauissime afflictos, & iam despicientes dexteru tua salutari ex maximis periculorum angustiis, & calamitatibus evipisci. Recordabor inquam tua facta miracula, & clarissima monumenta misericordia tua semper animo contemplabor, atque ita spe erexta, & confirmata non diffidam amplius, tempus fore, cum omnino periculo liberatus immortales tibi gratias agam conservatori, & parentis salutis meae. Ad hunc modum hic versiculos nobis explanandus esse vedetur. Illud tamen scire oportet, vocabula Hebreæ in plurimes sententias accipi posse, atque ob eam causam ab aliis alter illa conuerti. Non verò Chirim, singularis apud Hebreos auctoritatis interpretem, secuti sumus, quod eius sententia maximè consentanea argumento carminis videretur.

Deus in sanctitate via tua. Sic etiam veritatem Symmachus: dicit autem, omnes actiones dei esse rectas, & sanctas tametsi videtur aliquando severius nobiscum agere. Hoc ubi animus noster verè sibi persuasit, rebus aduersis facile resistit.

Filios Jacob & Ioseph. Mentionem facit

Iosephi, propter eximiam eius virtutem, & maxima in gentem Hebraeam beneficia.

Viderunt te aquæ. Celebrat miraculum marij rubri.

Vox tonitriu tui in sphæra. Sic appellat calum.

In mari via tua. Dicit, deum fuisse ducem populo transmittenti mare, sed ita, ut Aegypti refugia eius cognoscere non potuerint: dum eam fugientes inseguiri volunt, omnes interiere, mari absorpi.

Narrat, qualibus, & quâdis beneficiis affectaverat deus gêtem Hebraam, & quâd illa fuerit immemor, & ingrata.

Erudiens Canticum Asaph, Psalmus LXVIIII.

Attendite popule meus legé mea, inclinare aurem vestram in verba oris mei. Aperiāt in parabolis os meum, loquar enigmata temporis prisei,

Quæ audiuimus, & cognovimus, & patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occulta à filiis eorum in generatione sequenti,

EXPLANATIO IN LIB.

Narrantes laudes domini, & virtutem eius, & mirabilia eius, quæ fecit.

Et suscitavit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israhel,

Quia mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio sequens.

Filiij, qui nascetur, & exurgent, & narrabunt filiis suis,

Vt ponant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius custodiunt:

Ne fiant sicut patres eorum; generatio prava, & exasperans.

Generatio quæ non direxit cor suum, & non fuit fidelis cum deo spiritus eius.

Fili Ephraim armati, & iaculantes arcu terga verterunt in die belli.

Non custodierunt testamentum dei, & in lege eius noluerunt ambulare.

Et oblii sunt beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Tanœis;

Interrupit mare, & perduxit eos, & fecit stare aquas veluti aceruum.

Et deduxit eos in nube per diem, & tota nocte in illuminatione ignis,

P S A U M . C V M P A R A P H . : 258

Interrupit petram in extremo, & ad aquas it eos velut in abysso multas menses.

Et eduxit aquam de peitra, & eduxit tantum flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei, in iram concitauerunt excelsum in solitudine.

Ettet auerstant deum in cordibus suis, cum peterent eis animabus suis.

Et male locuti sunt deo: dixerunt, nunc quid poterit deus parare mensam in deserto?

Ecos percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

Nunquid & panem poterit dare? aut parare carnem populo suo?

Idœ audiret dominus, & iratus est, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit contra Israel.

Quia non crediderunt in deum, nec speraverunt in salutari eius.

Et mandauit nubibus desuper, & ianuas coeli aperuit.

Et pluia illis manna ad manducandum, & panem coeli dedit eis.

Panem angelorum manducavit homo, cibaria misericordia satietatem.

Abstulit eum de cœlo, & induxit in virtute sua Africum.

Et pluifuper eos sicut pulucrum carnes,

& sicut arēnam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castorū eorum,
circa tabernacula eorum.

Et manducauerūt, & saturati sunt nimis,
& desiderium eorum attulit eis, & non sunt
fraudati desiderio suo.

Aduic escæ eorum erant in ore ipsorum,
& ira dei descendit super eos,

Et occidit pingues eorum, & eleos Is-
rael prostravit.

In omnibus his peccauerūt adhuc, & non
crederunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum, &
anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos, quærebant eū, & re-
vertebantur, & diluvio veniebant ad eum.

Et rememorati sunt, quod deus adiutor
est eorum, & deus excēllus redemptor e-
orum est.

Et blanditi sunt ei ore siro, & lingua sua
mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum
eo, nec fideles fuerunt in testamento eius.

Ipsæ autem est misericors, propitius sunt
peccatis eorum, & non disperdidit eos.

Et abundauit in auertenda ira sua, & non
accendit omnem iram suam.

Et recordatus est, quia caro sunt, spiritu

Quoties exacerbaverūt eum in deserto?
in iram concitauerunt eum in solitudine?
Et reuersi sunt, & tentauerunt deum, &
sanctum Israel circumscripserunt.

Non sunt recordati manus eius, & dici,
qua redemit eos de manu tribulantis.

Qui posuit in Aegypto signa sua, & pro-
digia sua in campo Taneos.

Et conuertit in sanguinem flumina eo-
rum, & riuos eorum, ne liberent.

Misit in eos multiplicem turbam inse-
storum, & comedit eos, ranam, & disper-
dit eos.

Et dedit bricho fructus eorum, & labo-
res eorum locustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum, &
sycomorus eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum, &
possessionem eorum fulminibus.

Misit in eos iram indignationis sua, in-
dignationem, & iram, & tribulationem, im-
missionem per angelos malos.

Via fecit ire sua, et nō p̄git à morte aia-
bus eorum, & iumenta eorum in peste cōclusit.

Et percusit omne primogenitum in ter-
ra Aegypti, primitias fortitudinis eorum,
in tabernaculis Cham.

EXPLANATIO IN LIBRO

Et abstulit sicut oves populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Et deduxit eos tuto; & non timuerunt & inimici eos ex eorum operis mare.

Et adduxit eos ad terminos sanctitatis suæ, ad montem istum, quem acquisiuit deo ter eius.

Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisiit eis terram in funiculo: distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

Et tentauerunt, & exacerbaverunt Deum excellsum, & testimonia eius nō custodierunt.

Et auerterunt se, & non seruauerunt patrem, quemadmodum patres eorum cœveri sunt retrorsum, ut arcus dolosus.

In iram concitauerunt eum, in excelsis suis, & in sculptilibus suis ad emulacionem, eum prouocauerunt.

Audiuit deus, & iratus est, & abominatus est valde Israel.

Et dereliquit tabernaculum Silo, taberna-
culum suum, ubi habita erat inter homi-
nes.

Et tradidit in capiuitatem fortitudinem suam, & gloriam suam in manu inimici.

ET S A L T C V M P A R A D H . 260

Et conclusit in gladio populum suum, & contra hereditatem suam indignatus est.

Iuuenes eorum comedunt ignis, & virgines eorum non supradantate.

Sacerdotes eorum in gladio cœsiderunt, & vidua eorum non sunt lamentatae.

Et exactoratus est tanquam somnus domini, tanquam portans exultans praे vino.

Et perculit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dixit.

Et dividens tanquam palatiacelso sanctorium suorum, prævidit terram quam fundavit secula.

Et elegit David serum suum; & assumpsit eum à caulis ouium, & fortibus, quæ sequeretur abduxit eum, & ex parte eius.

Et pascet Jacob populum suum, & Israhel hereditatem suam.

Et patuit eos in innocentia cordis sui, & imprudentia mendacium suarum deduxit eos.

Et misericordia eorum regnabit, ut eis est in terra.

EXPLANATIO IN LIBRO

Legem meam appellat doctrinam salutis.

EXPLANATIO IN LIB.

berrimam, quae continetur hoc carmine! Eadem vocat parabolam, quod sententiae misericordiarum diffinisse, & sapientissima: item enigmata, quod hoc genus doctrinae recensitum, maximisque obscurum sit his, quorum mens nullo alio lumine nisi naturali praedita est.

Non sunt occultata: Quidam ita reddunt ex Hebreo, non celestibus ea a filio eorum, generationi posteri narrantes laudes domini, & fortitudinem eius, & mirabilia eius que fecit.

Et suscitauit testimonium in Jacob: Ita vocat praeceptum, & legem dei consuetudine lingue Hebreorum, certam vero illam legem intelligit, qua deus sanxit, ut parentes liberis affilie memorarent res illas admirabiles ab ipso gestas, cum gentem Hebream servitute Aegyptiorum liberare, illamque per mare rubrum, & via stissimam solitudines ad fines Chanaanorum duceret, atque in berrimis agri collotaret ea lex scripta est in Deuteronomio: cap. 4. Qui autem deus voluerit harum rerum memoriam diligenter conseruari, docet vir sanctius, & pauperrimus subiungens: Narrabunt filii suis, & posuant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius custodiani. Nimirum harum rerum cognitio, & diligens consideratio pietatem mirabiliter collit nosque diui-

PSALM. CVM PARAPL. 261
norum legume studiosos, & amantes facit.

Quae non dixerit cor suum. Id est, que re clamans non fuit, neque reclam deo habuit opinionem.

Filius Ephraim armati. Commemorat peccata Iudeorum, & calamitates in quas incidiverunt propter negligiam virtutem, & religiam, historia autem, quam hic attingit, ea esse videtur, que scripta est in 1. lib. Paralip.

In campo Tancos. Tana est urbs maxima, que sita est ad orium Nili, quod Taniticum appellant.

Interrupi petram. By elicit, aquam Moses est silice, & versus que miraculib[us] mentione facit.

Et tentaverunt deum. Attigit ea que acciderunt in iis locis, que nominata sunt sepulchra concupiscentia. Ea historia scripta est in libro Numerorum.

Ecce percussit petram. Attende queso, & vide, quanta sit hominum impietas, & cecitas, nisi deus illos suo spiritu regat, & gubernet. si gens Hebreorum dubitauerat ante de portia dei, regens miraculum debebat omnem dubitationem ex animis tollere, quod admirabile dictu est, quoniam contra acciderit. arripuit enim illa ex ea occasione potentie diuine tentande, id est, temere, ac insolenter periclitande, experienda-

Que: sed simul utente, quid agat Deus, mox
Quidem gerit duplicitatem imperiorum, & vel illi
discant ipsum omnium rerum praeponentem esse,
verum id suo maximo cum malo discant, dum
enim tuba operari se dignificant, subiecti, atque im
prouisa morte multantur.

Et ignis accensus est in Tacobi, quem ap
pellat indignationem Dei.

Panem angelorum. Sic vocat manus, non
quod mentes ille beata (quae corporibus vestitis)
eo cibo trahant, sed quod de celo mandari, quoniam
locum incolunt mentes ille. sciendum est tamen,
vocabulum Hebreorum in multis sententias deci
pi posse, itaque ali⁹ veritas, panem rubrum, ali⁹ pa
nem suorum.

Et occidit pinguis eorum. Id est, optimates,
& primarios viros, sicut psalmi 122. ping
gues terrae dixit, et reges, & principes dicere
vellet.

In omnibus his. Id est, neque suppliciorum tra
uitate, neque miraculorum magnitudine, adde
rinquam potuerem, ut verbis dei fidem haberem,
seque illius bonitatis, præsidioque committerem.
Ex quo perfrui esse potest, tantam effectum
& corruptela animorum; ut nisi destruerem,
& voluntatem nostrā spiriti in suo renoveret, sem
per à vera pietate abhorreamus, neque nos illa
verbora, aut prodigijs ut addutere possimad

confidendum prouidentia ipsius, itaque Moses in
Deuteronomio de hac Iudeorum peruersitate lo
quens scribit ad hunc modum, Vos vidistis univer
sa quæ fecit dominus coram vobis in terra AE
gypti Pharaonis, & omib⁹ seruū eius, univer
sa quæ terra illius tentationes magnas, quas vi
deant oculi tui, signaque illa portant. Quæ ingen
tia, & non dedit vobis dominus cor intelligens,
& oculis videntes, & aures qua possint audi
re usque in præsentem diem.

Cum occideret eos. Describit factam pœni
tentiam improborū, qui non unquam respescere
videntur, & grauissimè angit, quod deliquerint,
& leges dei violarint, veri hu⁹ nō iniuriat, quam
deo faciunt est dolor, sed poena, quam metuant,
aut iam sufficiunt: itaque cum doleat amore sui,
non dei, frustra dolent, & statim in sceleris, &
flagitia relabuntur: nam qui amor improbos ad
dolendum excitat, is amor linguis facilis eosdem
ad peccandum impellit.

Et diluculo veniebant ad eum. Significat
studium, & diligentiam populi in placanda ira
dei. Hunc loquendū modum sepe usurpat litera
sauita.

Et abundat in auertenda ira sua. Id est,
magnopere compresit indignationem suam.

Et reuersi sunt. Ad pristinos mores.
Sanctum Israel circumscripserunt. Id est,

eius potentiam certis finibus concluserunt: quippe qui non putarent, illum posse omnia omnibus in locis.

Immissionem per angelos malos. Id est, que calamitates importabantur ab Angelis malis.

Primitias fortitudinis. Sic appellat filios primo partu in lucem editos, quos Graeci nominare solent περιτοτηνες, id est, verbum è verbo, primogenitos, videretur autem Asaphus initius Mosem, apud quem Iacob in Genesi vocat primitias roboru sui Ruben, quem de multis libris primum suscepereat ex Lia. Quod verò subiungit, in tabernaculo Cham, significat domos Aegyptiorum: nam Meschreiuus (vnde sicut prognatos esse Aegyptios) patrem habuit, cui no menerat Cham, ut est in Genesi.

Ad terminos sanctitatis sue. Id est, ad fines, et religionem sanctitatis sue gratam, et acceptam.

Conuersi sunt retrosum ut arcus dolosus. Qui scilicet subito vertitur, et aliud fert, quād volebat sagittarius.

In ira concitauerū eum in excelsis suis. Intelligit loca, in quibus falsos deos colebant.

Et dereliquit tabernaculum Silo. Arcam dei, que seruabatur in urbe Silo, captā fuisse à Palestiniis, et Iudeos acceperīe maximam cla-

dem, scriptum est in lib. I. Regum.

Et tradidit in captiuitate fortitudine sua. Hunc locum interpretati sumus in explanatione psalmi. 63.

Juvenes corū comedit ignis. Ignem vocat enim et impetum bell.

Et virgines corū non sunt laudatae. Id est, celebrante carmine nuptiali, propterea quod antiquam nubent, ab hostibus vel interficēt, vel inferni uitem abductae sunt, vel earum sponsi in prælio ceciderunt.

Sacerdotes corū in gladio ceciderunt. Inter hos principi fuerunt Ophnis, et Phinees filii Heli pontificis.

Et viduae eorum non sunt lamentatae. Id est, funera maritorum non sunt fletu, et lamentatione prosecuta, quippe quæ iporum vires superflites non fuere. Videlicet autem huius verbi significare casum uxoris Phineas: hec enim cum illum in prælio casum, et arcam federis ab hostibus aportatam audisset, nimia doloris acerbitate, repentina morte periret, neque statim lugendi mariti habuit.

Et excitatus est. Excitatus inquam est in Palestino, qui abstulerant arcam, et fecerint nam morbo illos vexauit: antea autem dormire videbatur, nec cernere impetum eorum. Operebrium vero sempiternum appellat morbum

EXPLANATION IN LIB.

illum, de quo diximus!

Et repulit tabernaculum Ioseph: Id est, noluit amplius commorari in urbe Silo, que pertinebat ad hereditatem Ioseph, id est, ad tribum Ephraimi, qui natus est Ioseph.

*Velut terram, quam fundauit in secula.
Id est, quod templum firmum, & stabile voluit
esse perinde ac terram, quam stabiluerit, ut perpet-
tuu maneat. hoc autem verum non euasit in tem-
plu Salomonis, sed in ecclesia Christi, cuius tem-
plu illud imago quedam erat.*

ARGUMENTVM.

P S A L. L X X X I X

Existimant gentem Hebream deplorare clamitantes, quas pertulit ab Antiocho rege, quae historia scripta est in libris Machabaeorum.

Canticum. Asaph. Psalmus.

LXXXV.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in aceruosa lapidum.

Posuerunt cadavera seruorum tuorum
escas volatilibus cœli, carnes sanctorum de-

Hij's terræ.

-Exodus 23:18. Sanguinem eorum tanquam a-
guapiedis circuitu: Hierosalem, & non erat
qui sepeliret, cum nichil sit in eorum mortuis
sicut semini approbrium vicinis nostris,
sublannatis, & illusio illis, qui in circuitu ib
erant, & quod non erat in circuitu.

Vsquequo domine irasceris in finem? ex
ardescet velut ignis zelus tuus?

Effunde ifam tuam in gentes, quae te non
nouerunt, & in regna, quae nomen tuum non
conoscunt.

Quia comedebunt Iacob, & locum eius

Ne membris iniquitatū nostrarum præteritū, cito anticipent nos misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis.

**Adiuu[n]os deus saluator[is] noster, & pro-
pice gloriā nominis tui domine libera nos,
& propitiatus esto peccatis nostris propter
nomen tuum.**

Cur dicant in gentibus, vbi est deus eorum? inhotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vtio sanguinis scriutorum tuorum; qui effusus est: introcat in conspectum tuum genitus compeditorum.

EXPLANATIO. LNALE.

bera filios mortis.

¶ Et reddē vicinis nostris septuplū in-
num eorum, impropterum ipsorum, quos
exprobauerunt tibi domine,

Nos autem populus tuus, & quer pascu-
tua, confiscebimur tibi, in seculum.

In generatione, & generationem anoma-
liabimus latēm tuam.

EXPLANATIO.

Ne memineris iniuritatum nostrorum.
Agnoſcunt, se in has ſummas proper peccau-
inciſſe, itaque ad mifericordiam tuam ſuppo-
ter configunt, ſequ adiuvari deprecatur in
quod fauore ex auxilio digni ſint, ſed ne ſancti
ſimum nomen dei, de cuius tutela gloriabantur
dibrio, & deſpectui ſit nationis impensis.

Secundū multitudinē brachij. Id est, po-
magritudine potentiæ tuae conſeruit incolam
eos, qui iam morti addicti junt.

Et reddē vicinis nostris septuplū. Id est,
inurias, quas nobis finitima gentes, intulerum
ita persequere, ut calamitas earum exiſta
ſtra multis partibus majora.

ARGYMENT. PSALM.

LXXX.

PSALM. CVM PARAPH. 235

¶ Item est argumentum huius psalmi, & lu-
perioris: describit autem sub elegantiſ-
ſima allegoria vince res secundas, atque
aduersas Hebreorum.

Victori ad Sasanim; testimonium,

& Psalmus Aph.

¶ Vipascis Isracl, intendet qui deducit
velut ouem Ioseph.

Quis fedes super Cherubin, affulge cora
Ephraim, Beniamini, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni, ut saluos
facias nos.

Deus conuerte nos, & ostendē faciem tuam,
& salu erimus.

Domine deus exercituum, quo usque ira-
ſceris super orationem populi tui?

Cibasti nos parte lachrymarum, & por-
asti nos lachrymis in maxima mensura.

Poluisti nos cotentōrem vicinis nostris,
& inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus exercituum conuerte nos, & osten-
de faciem tuam, & salui erimus.

Vineam de Aegypto tranſtulisti, eleceſti
gentes, & plantasti eam.

Rēpurgasti locū illi, & extenſisti radi-
ces eius, & impleuit terram.

Oponit montes umbra eius, & ramum
cedros dei. Extendit palmites suos, usque ad mares,
usque ad flumina propagines suas.

Vt quid destruxisti iaceriam eius? &
vindemiant eam omnes, qui praetorgrediu-
tur viam?

Vastauit eam aper de sylua, & fera agri
depasta est eam, non loquitur.

Deus exercitum reuertere queso respi-
ce de celo, & vide, & visita vitam istam.

Et locum vixit, quam plantavit dexter
tua, & filium ipsum, quem soborasti nobis.

Incensus est igni & suffossa, ab incen-
tione vultus tui peribunt.

Si manus tua super virum, dexteram tuam
& super filium hominis quem soborasti nobis,

Et non discedimus a te, viuificabis nos, &
nomper eum, ianucabimus.

Dominus deus exercitum conuerte nos
& ascendere faciem quam, & salvi sumus,

Explanatio. LXXXI. 10. Et cetera. Et cetera.

Qui deducis velut quem Joseph, Joseph
appellauit pro viuifice populus, ne leprosum illi-
mo, qui hunc sequitur, cu' agit resumptionem in
Joseph posuit illud, ut et cetera. Et cetera.

Qui sedes supet Cherubim, Cherubinos si-
gnificat, qui arcum fæderis custodiunt, unde deus

responsum dare consenserat. Et cetera.

Affulga coram Ephraim, Ioseph utcherif-
mus fundens propriae crux pro futore viuifice

populi, principiæ mentionem facit familiæ illius;

quod magis ad misericordiam moreat deus.

Deus conserue nos, Alij, verum, deus ren-
duc nos, quorum verborum haec uidetur esse ferre,

tenet, satis diu fuisse nobis matus, iamque fio hos
reduc tecum in gratiam.

Cibati pane lachrymarum, Signifi-
cat populum in tantis calamitatibus versari, ut
illint lachrymæ pro cibis, ex portione.

Posuisti nos contentionem. Id est, per re-
factum est, ut vicini nostri inter se de nobis conten-
derent, dum quisque nos sibi vendicare studeat.

Vineam de Aegypto. Gentem Hebream.
vineæ comparat, qua similitudine veteri etiam

Ezias, Et cetera. Et cetera.

Cedros dei. Id est, proceras, Et maximæ, ut
haec loquendi figura atque loco explicatum est. Si-

gnificat autem his verbis gentem Hebream bello
domusse ac subigisse maximos principes.

Extendit palmites usque. Terminus imperii
dicit fuisse mare interiu, & flumen Euphratem,

Vastauit eam aper. Impios, Et crudelites na-
tiones vocat Apros, & seras.

E X P L A N A T I O I N L I I.

Et filium ipsum. Sic appellat gētem Hebreos, de qua loquens dominus in Genesi ait: filius meus primogenitus Israel. Et apud Oscam, et Aegypto vocavi filium meum: hunc filium corroborauit deus, & maximè clarum, & illustrem reddit & gloriam nominis sui. sed possum ex Hebreo. vertere etiam hoc modo, & proprietatem ipsam, quam roboraſti tibi: quod magis cogruit, cum allegoria perpetua ap̄ psalmi.

Ab increpatione tua peribunt. Si. (inquit) hec ira tua perseverat, profecto gens tua funditus interibit.

Sit manus tua: Iam queso, inquit, manus tu salutari protege homines, quos dexter tua semper tutatus es.

A R G U M E N T U M P S A L.

LXXX.

Hortatur populum ad celebrados dies festos, atq; solennes, & ad deū pīt; ac religiosē colendum, cōmemorans eius præclara in Hebreos beneficia, simūlque admonens, quantum noceat religionis contemptus;

Victori ad Githith, Asaph.

Psalmus LXXXI.

P S A L M . C V M P A R A P H . 267

Xultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob.

Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium iucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis nostræ.

Quia præceptum Israeli est, & iudicium dei Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cūm exiret de terra Aegypti: lingua, quam nō noueram, audiui.

Subdixi ab oneribus dorsum eius, manus eius ab ollis faciendis recesserunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tonitru, probauit apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, & contestabor te: Israël, si audieris me, non erit in te deus extansus, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum, & implebo illud.

Et nō audiuit populus meus vocē meā, & Israël non attendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis ipsorum, ambulauerant in consiliis suis.

Si populus meus audisset me, Israël si in viis meis ambulasset,

EXPLANATIO IN LIB.

Breuiissimo tempore inimicos eorum ha-
miliasssem, & super tribulantes eos misissem
manum meam.

Inimici domini mentiti fuissent ei, &
fuisset tempus eorum in secula.

Et cibassem illos ex adipे frumenti, & de
petra melle saturasse eos.

EXPLANATIO.

Buccinate in Neomenia tuba. Significare
videtur Calendus septimi mensis, quem appella-
bant diem festum clangoris, & tubarum; de quo
scriptum est in Leuitico, et Numeris.

Quia praeceptum est. Celebrate in qua die
diem iuveniem, quoniam id vobis praecepit deus,
& ita iudicauit, & statuit esse faciendum.

Testimonium in Ioseph. Hanc (inquit) ri-
tum sacrorum deus posuit testimonium in Iose-
pho, id est, legi sanxit, & mandauit obseruari a
potestate Iosephi, nimirum ab Hebreis, quo tem-
pore illi ex Aegypto egredi sunt, & deum ipsum
loquentem audierunt. Hoc enim significat, vi-
sentis Abrahamus Esdra, cum ait sub persona
populi, linguantur quād non novetam, audiū.
Quod vero si populus significet his verbis pergen-
nationem, & seruitutem suam apud Aegy-
ptios aliena lingua homine?

PSAL. CVM PARAPH. 268

Subduxit ab oneribus. Deum inducit lo-
quentem, & beneficia sua erga Iudeos comme-
morantem.

Manus eius ab oliis. Nam in eiusmodi op-
ribus efficiendis occupati erat Hebrei, cum Ae-
gyptius seruirent. Huc illud in Exodo, Ad am-
ritainem perducebant vitam eorum seruitute du-
ra in luto & lateribus, ac omni opere agresti.

Et exaudiuit te in abscondito tonitru. Vi
detur innuere tonitrua, & tempestatis illa, quam
excitauit deus in Aegyptios in mari rubro de
qua in psalmo 77. Quod autem dicit, in abscon-
dito, tonitru significat se nimbis, & nubibus,
unde horifica illa tonitrua erumpabant, circum
fusim effuisse, & pro ipsis propugnauisse.

Probauit te. Cum tot, ac tanta beneficia a me
aceperisses tamen te integratum, & immemorem
potuisse ac misericordiae meae offendisti, cum ad
explorandum animum tuum permissem, vt te
qua deficeret.

Israel si audieris me. Sepe admonuimus He-
breum linguę esse admodum angustam, & con-
cissam: que res magna sepe parit obscuritatem
nisi aliqua addatur ad explendas sententias.
quod nonnulli hoc loco esse faciendum existimant,
vt hi versiculi ad hunc modum explanentur, vel
etiam ex H:bro exprimitur: Si audieris me, si
non eris in te deus extraneus, non adorabis deum.

K.k q

EXPLANATIO IN LIB.

alienū (ego enim sum dominus deus tuus, qui dedi te de terra Aegypti) dilata os tuum, et implebo illud: id est, si ea, que dico, obseruaueris pate, quicquid optas, neque unquam repulsa feres.

Et dimisi eos. Nullo fer' maiore supplicio affere cere potest deus illos, qui parere nolum salutibus monitis ipsius, quād si eos patiatur indulgere, atque obsequi cupiditatibus suis, et sua confilia sequi, quibus sibi pestem, ac perniciem machinantur, et comparant, Idque tum maximus, cum sibi sapere, ac rebus suis optimè consilere videntur. Itaque semper orandus est deus, ut nos ipse spiritu suo regat, et gubernet, quicunque enim spiritu dei ducuntur, ut ait diuinus Paulus, sunt filii dei, cæteri deum non propitium, sed iratum habent.

In iudicii domini mentiti fuissent. Id est, bello domi ti simularent benivolentiam et voluntariam seruitute. De hac loquendi figura dictum est in explanatione psalmi 18.

Et fuisse tempus eorum in secula. Id est, eum populi mei perpetuū floruisse: Sic explonat nonnulli. Theodoreetus autem, et Euthymius hoc ad inimicos dei referunt, et aiunt, hanc esse sententiam horum verborum, impiarum nationum calamitates perpetuas futuras fuisse: affirmant enim, vocabulum temporis apud Syros in eam sententiam accipi.

PSALM. CVM PARAPH. 269

Et cibassem illos ex adipe. Hoc versiculo significare voluit omnium rerum affluentiam, et agrorum fertilitatem eximiam: sic in Deuteronomio, suggesteret mel ex petra, et oleum ex axo durissimo.

ARGUMENT. P S A L M . LXXXII.

Inducit deū reprehēdētem iudices populi suis, eosque acriter accusantem iniustitię.

Psalmus Asaph, LXXXII.

D Eus stat in synagoga deorum, in medio autem deos iudicat.

Visquequo iudicatis iniuriam, & facies peccatorum sumitis?

Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate.

Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mota sunt omnia fundamenta terrae.

Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Attamen sicut homines moriemini, & fi-
cti omnes de principibus, cadetis.

Surge deus, iudica terram, quoniam tu

Klz iii

EXPLANATIO IN LIB.
hereditabis in omnibus gentibus.

EXPLANATIO.

In synagoga deorum. Deos appellare solent littere sancta principes, & iudices, propterea quod eiusmodi administratio sit res quedam diuina, non humana, ut dicit I-saphat in secundo libro Paralip. Hos igitur monet, ut meminerint deum interisse iudicium ipsorum, & grane supplicium sumpturum esse deum, qui a iustitia, & equitate declinant.

Et facies peccatorum sumilis. Id est, improbis fauetis, & eorum gratiam auctupamini innocentibus opprimentis.

Iudicate egens & pupilo. Id est, illas ab iniuria, & calumniis improborum prohibete, & tenuiores iniuste in iudicium vocatos absolvite.

Nescierunt, neque intellexerunt. Frustra inquit, moneo, neque enim reficiunt, sed in tenebris ignorantiae, & iniusticie perseverant, hinc fit, ut omnis humana vita ratio, & ordo perverteratur, & omnia plena sint tumultu, & confusione.

Ego dixi, dili estis. Ego (inquit deus) voi appellatione mea dignatus sum ob excellentiam officij, quo fungimini, vosque filios meos nomine, scitote tamen, vos aquae ac hamines infimas esse

PSAL. CCVM PARAPH. 270

morituros, neque magis vitaturos mortem, quam dum quenuis ex principibus, & iudicibus, qui re publica imperialium gentium administrant: ita que iustitiam, & equitatem colite, illud intelligentes, vos breui reddituros esse rationem admis tratione vestra. Theodoretus existimat, de minimis hic verbis, iniquos indices sic casuros, ut diabolus cecidit, qui ob superbiam, & iniustitiam deiectus est de altissimo dignitatis gradu, in quo deum illum collocarat. Quidam vocabulo principum hoc loco existimant significari tyrannos, qui ad inferos præcipitantur.

Surge deus. Precatur deum, ut quando omnes induces a iustitia recesserunt, ipse iudicandi, & regendi negotium suscipiat missio ad hominem filio suo: quod quidem futurum prouidens subiungit, omnes gentes hereditate ad deum perirent, quae prius in potestate diaboli erant.

ARGUMENT. PSALM.
LXXXIII.

Opulus orat auxilium Dei contra gentes finitimas, quae facta con spiratione bellum intulerant.

Canticum Psalmi Asaph,

LXXXIII.

Klx iiiij

EXPLANATIO IN LIB.

Deus ne fileas, ne taceas, neque quiescas deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Aduersus populum tuum astutè excogitauerunt confilium, & consultauerunt aduersus absconditos tuos.

Dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vtrā.

Quoniam conspirauerunt vnanimitati, mul, aduersus te fecerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelite.

Moab, & Agareni, Gebal & Amon, & Amalech, Philistæi cum habitantibus Tyrus.

Etiam Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filii Loth.

Fac illis sicut Madian, & Sisare, sicut Iacob in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor, & facti sunt sterquilinium terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.

Omnis principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus habitacula dei.

Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit sylvam, & sicut

PSALM. CVM PARAPH 271

flamma comburens montes.

Ita persequere illos tempestate tua, & turbine tuo conturba eos.

Impie facies corum ignominia, & querar nomen tuum domine.

Erubescant, & conturbentur in seculum seculi, & confundantur, & pereant.

Et cognoscent, quod nomen tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra.

EXPLANATIO.

Deus ne fileas. *Id est, ne sceleris impiorum que vides, dissimula, né te contine à supplicio illorum.*

Aduersus absconditos tuos. *Quoniam sat is declarasse videmur in explanatione Psalm. 31, cur Asaphus Hebreos vocet absconditos dei, tamen operæ pretium erit, pauca hæc adiungere: deus misericordiae parens salutem piorum tutissima quidem custodia tegit, ac munit; sed hoc tutile genus tam remotum est ab oculis humanæ rationis, ut aliquando p̄ij maximè à deo negligi, et derelinqui videantur, cum deus illos maxime cum benevolentia turrit, denique qui status, quo condito, quādū secura, quāmque beata sit eorum vita, qui veram pietatem colit, nemo pietatis expers suspicari potest, nedum intelligere,*

iure igitur & merito gentem Hebream, quae sola ex omnibus nationibus deum sanguine venabatur, Asaphus appellat absconditos dei: negreditius Paulus ob aliam causam dicere videtur vitam Christianorum in deo absconditam esse.

Filiis Loth. Id est, Moabitum, & Ammonium, Sicut Madiam & Sifare. Exercitum Madianitarum Gedeon profugavit cæsis ducibus Orabe, & Zebo, & Zebee, & Salmana: que historia scripta est in libro Iudicium. Sifara autem, ut est in eodem libro, dux fuit copiarum Iabini regis Cananei, quas copias delevit Baracus, & Sifaram quidem fugientem interemit Iael uxor Cebri, Iabinus vero in prælio cæsus est.

In Endor. Is locus erat in ea regione, que assignata fuit tribui Manasse, ut scriptum est in libro, qui inscribitur Iosue.

Facti sunt sterquilinium terræ. Relicti licet in agris insepulti.

Possideamus habitacula dei. Id est urbe, & oppida hebreorum.

Pone illos ut rotam. Id est instabiles, & agitatos instar rotæ, hac similitudine vniuersitatem.

Esaias. Et quoniam nomen tuum est fortitudo, & experti nomen tuum venerabuntur, & sollicitaverent, quis nam sit is deus, qui hostes populi suit tam acriter vicit?

Er' querant nomen tuum. Et potentissimi experti nomen tuum venerabuntur, & sollicitaverent, quis nam sit is deus, qui hostes populi suit tam acriter vicit?

Etcogoscent. Intelligent, te unum esse, cui nomen domini conuenit, quique omnia terrarum sola gubernas: Deos autem suos, esse Deos inanes & commentiosos.

D Escriptur, quam ardenti desiderio teneretur Dauid adeundi ad templum dei, a quo abesse cogebatur propter vi inimicorum.

Victori ad Githith filiorum Corei,
Psalms LXXXIILI.

Q Vam dilecta tabernacula tua domine exercituum: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in deum vivum.

Etiam passer inuenit sibi domum, & hirundo nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua domine exercituum, rex meus, & deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine perpetuo laudabunt te.

Beatus vir cuius fortitudo in te est, semper in corde eorum, transiuentes Vallem fletus fontem ponent eam.

EXPLANATIO IN LIB.

Etiā cisternas pluia replebit, ibunt de fortitudine in fortitudinem, comparebit quisque corum apud deum in Sion.

Domine deus exercituum exaudi orationem meam, auribus percipe deus Iacob.

Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atris tuis, super millia.

Elegi ad limen morari domus dei mei magis, quam habitare in tabernaculo peccatorum.

Quia sol, & scrutum dominus deus: gratiam, & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine exercituum, beatus homo, qui sperat in te.

EXPLANATIO.

Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. Id est, deficit desiderio adeundi ad templum dei.

Etiā passer. Quidā ex Hebreis hunc locum ita explanant. Passeribus, & hirundinibus pati aditus ad templum tuum, & apud altaria inuidos fingunt, at mibi ad ea accedere non licet. Alij verò sic interpretantur, quae quidē innueniūt.

PSALM. C V M P A R A P H. 273

locum, ubi cū suis pullis quiescant: at ego ad aras tuas domine adire non possum, in quibus solis acquiesco. Habet autem magnam vim ad exprimendum desiderium, & dolorem animi oratio illa imperfecta, altaria tua domine exercituum.

Beati qui habitant. Beatos ait esse sacerdotes, & leuitas, quibus concessum sit, in templo dei dies, noctesque versari, & laudes eius quotidianis hymnis celebrare. Beatos item iudicat eos, qui omnem suam vim, & fortitudinem in deo locatam putant, & propterea semper habent in animo fēmitas, qua ducunt ad templum eius, atq; illud frequentare non intermittunt. Hi quidem iter facientes per loca arida, & stientia, quidē est Vallis fletus, in iis putoeis fodunt, & cisternas ad colligendam aquam pluviām, vt cōmoditate itineris homines magis incitentur ad frequentandam adēm dei, neque vero longitudine vie fatigantur, sed ob singularem animi alacritatē inter eundum magis, ac magis vigent, donec perueniant ad Sionem. Sunt multæ aliae explanationes horum versuum, sed ea, quam nos proposuimus, in primis conuenire videtur argumento hymni. Vallis fletus mentio sit in libro Iudicium.

Exaudi orationem meam. Qua precor, mihi, & meis aditum patere ad templum tuum.

Et respice in faciem Christi tui. Aspice

EXPLANATIO IN LIB.

(inquit) vultu placido seruum tuum suppliciem, quem tu regem populi tui constitueris.

Quia melior est dies vni. Opto, inquit, votis omnibus expeto, mihi falcultatem dari auctandi ad templum tuum, quoniam dies vni atri, tuus pie sancteque auctus, ante ponendus sexcentis annis: itaque malum ego ad limine domus dei mei despectus iacere, quād commorari in aedibus magnificissimis impiorum.

Quia sol, & scutum dominus deus. Minus est sol, mentes hominum suo prospero, & salutari lumine exhilarans, augens, nutritus, sensu institue, ac pietatis afficiens, omnēs querorum, & ignorantiae tenebras: pellens dominus est scutum firmissimum, quo piorum in concilia protecta, neque violentis rerum adversarum iictibus concurritur, neque ullis improborum, aut mortis, aut diaboloi oppugnationibus fracturatur. Dominus est ubermus, & perennis omnium honorum fons, a quo manat ad cultores suos gratia, & amabilis animi candor, vera sanctitas, solida gloria, dulcissima pax, vita denique beatia, & sempiterna. Summe omnium rerum praeponens rector est domine, beatus ille, que omniem suam spem in tua bonitate misericordia colligat.

A R G U M E N T U M P S A L M.

LXXXV.

PSAL. C V M P A R A P H. 274

VAticinatur tempus fore, cum deus per unigenā filium suum liberabit genus humanum asperrima tyrannide diaboli, & in terris misericordia, veritas, pax, & iustitia florebunt. Qui vero prædictionem huius hymni pertinere existimant ad redditum Hebræorum ex Babylone, facile coarguuntur, cùm historiæ illi non convenienter, quæ hic prædicuntur.

Victori, filiorum Coræ Psalmus

LXXV.

Benedixisti domine terram tuam, aueristi captivitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos deus salutaris noster, & auertere iram tuam à nobis.

Nenquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Nonne tu conuersus viuificabis nos? & plebs tua lætabitur in te?

Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis,

Audiā, quid loquatur domin⁹ deus, quoniam loquetur pacem super plebem suam,

EXPLANATIO IN LIB.

Et super sanctos suos, & non reuertentur ad stultitiam.

Vtique proptimes eum salutare ipsius, ut habitet gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi iustitia & pax osculatae sunt.

Veritas de terra ortu est, & iustitia de celo prospexit.

Etiam dominus dabit benignitatem, terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia coram eo ambulabit, & ponet in via gressus suos.

EXPLANATIO.

Benedixisti. Admonuimus alio loco, quae verborum voces tempus praeteritum, aut instanti, aut futurum indicant, eas voces apud scriptores Hebreos ita vim, & notionem inter se communicare, ut praesentia verbis etiam tempora venient, aut praeteritum significantibus exprimantur: ex qua res eventuæ prædicuntur, carcerum temporum si formam ipsarum vocum fierint, nonnunquam praeterisse videantur. Itaque nemini mirum videri debet, si res multæ post seculis futura exponatur in hoc hymno, perinde quasi iam facta esset. Sed nonnulli interpretantes Latinum cum animaduertent, eam rem magnam

PSALM. CVM PARAPH. 275

sepe obscuritatem parere, quoties huiusmodi loci incidenter, illos sic conuerterunt, ut proprietas, ex ipsa latine lingua postulabat: quam interpretandi rationem qui sequuntur, à doctis, ex eruditis iure laudantur. Verum ad ipsam verborum explanationem veniamus.

Benedixisti domine terram tuam. Id est, populum tuum diuinis, ex celestibus donis afficit, cum è celo misericors vnigenitum filium tuum. Hoc ita eueniſſe, ut hic prædictum est, gratulatur diuinus Paulus his verbis in epistro. ad Ephes. scripsit. Benedic Deus ex pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione in celestibus, in Christo.

Aueristi captiuitatem Iacob. Id est, populum tuum a seruitute diaboli, ex peccati, & mortuariis, quia de re sic Zacharias pater Ioannis Baptista in illo pulcherrimo hymno, quem canticum letans, deum iam exequi, quod hic prædictus, Benedic (inquit) dominus deus Israel, qui vivistaurit, & fecit redemptionem plebis sue, ex erexit cornu salutis nobis in domo David pueris. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum suorum, fore, ut seruaremur ab iniunctis nostris, ex de manu omnium, qui oderunt nos.

Remisisti iniquitatem plebis tue. Id est illi condonabis omnia peccata, similiisque Iesus

Christus illa suo purissimo sanguine expiavit.
Hinc illud apud diuum Lucam. Et vocabili nomine eius Iesum, is enim saluum faciet populum suum a peccatis suis.

Mitigasti omnem iram tuam. Hoc est recensibilius te hominum generi, cui multa iam secula gnuissem iratus, atque infensus es. Quo modo autem facta sit haec reconciliatio, docet diuinus Paulus his verbis in epistola quam scribit ad Romanos, Commendat autem suam charitatem erga nos deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nunc sanguine ipsius seruabimur per eum ab ira: nam si, cum inimici ossibus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

Conuerte nos. Haec tenus diuinam predicationem, unde vates sanctus nomine totius populi precatitur, ut quae deum fakturum esse, in superioribus versibus predixit, ea deus maturet perficeret. Tu (inquit) ex cuius misericordia penderet omnis saluus conuertere mentes, et voluntates nostras ad te, ad quem nemo sponte sua potest conuertere; sic Hieremias, conuerte me, et conierat, quia tu dominus meus es: postquam enim conuersti me, aegi penitentiam, et postquam ostendisti mihi, percussi fenestrum meum, confusus sum: et erubui.

Nonane tu conuersus vivificabis nos? Nonne tibi, inquit, reconciliatus vitam nobis salutemque doabas? Hec interrogandi formula vim affectuandi habet, ut etiam in psalmo 139. Nunquid qui oderunt te domine, odio habuit, et contra inimicos tuos ira excanduit? Quid autem hoc vivificandi verbo intelligat vates sanctus, explicat hoc modo diuinus Paulus in epistola ad Ephesios, Deus, qui diues est in misericordia propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, coniunctus nos videlicet cum Christo (per gratiam estis seruati) simulque cum eo resuscitauit, et simul cum eo sedere fecit inter caelestes in C H R I S T O I E S V.

Ostende nobis domine misericordiam tuam. Ostendere misericordiam in literis sanctis, est illum tribuere; sic diuinus Paulus ait in Euagelio paroferi iustitiam dei, cum dicere velit, illam Euangelium amplectentibus impartiri.

Audiam, quid loquatur dominus Deus. Vates sanctus post priam precationem aures animi attentas ad oraculum Dei: quisquis enim pars, et castamente precatur, sine dubio responsum, et illud quidem gratissimum, fert a spiritu Dei.

Quoniam loquetur pacem super plebem suam. Id est, promittere pacem, et omnia prospice

E X P L A N A T I O N I N L I B.

ra, & secunda populo suo. Eam vero pacem significat, quod coelites prædicauerūt, cū nascēte Christo canerēt. Gloria in altissimis deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas. Hunc optatisimū pacis nuntiū postea nuntiarit apostoli totū terrarū orbe: de quibus Esaias, Quādū speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Quādū vero pacem illi nuntiarint, diuinus Paulus his memorabilibus verbis exponit. Deus reconciliavit nos sibi per IE S V M Christum, deditque nobis ministrum reconciliationis, quandoquidē. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconcilimini deos eum enim, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Hęc quidem nuntiarunt. Apostoli omnibus terrarum oris, sed non omnes eorum verbis fidem habuerunt: Esaias enim sub ipsorum persona loquens ait, Domine quis creditur sermonibus nostris? propterea vates ait, loquetur pacem super plebem suam, & super sanctos suos intelligens, hac coelesti pace viros tantummodo homines sanctos, & populi Dei, id est illos qui veritatem Euangeliū approbantes ea re deo chari, & sancti sunt: quemadmodum C H R I-

P S A L M. C V M P A R A P H. 277
S T V S ait apud Ioannem. Pater sanctificatus per veritatem tuam, sermo tuus veritas est. Nam quod subiungitur, & non revertentur ad futilitatem, id significat eos, qui Euangeliū verē amplectuntur, spiritu Christi afflatos auertere animum à vitiiis, & insani cupiditatibus, multam salutem dicere humana sapientia, quam diuinus P A V L U S assuerat stultitiam esse apud Deum.

Vtique prope timentes eum salutare ipsum. Praesto est, inquit, Dominus auxilio suo iis, qui reverentur, & colunt sanctissimum numen ipsum, itaque ille miseratus calamitates nostras ē celo mitet ad nos liberandos filium suum, vt aliquando gloriatur simus, gloriam Dei incoletere terram nostram, sequē videndum oculis mortaliū præbere, & cum ciuibus nostris familiariſime versari. Hoc autem perfectum esse, prædicat diuinus Ioannes his verbis, verbum caro factum est, & habitauit in nos, & vidimus gloriam eius gloriam veluti vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis.

Misericordia, & veritas obviauerunt sibi. Satu per spicium est, vatem in hoc versa, & in eo, qui proximè sequitur, de refutata tanquam de præterita loqui. Significat autem his elegantissimi verborum figuris, eas virtutes, quarum mentionem facit, inter se coniunctas fore

EXPLANATIO IN LIB.

beneficio Christi, per quem misericordiam consuti sumus a deo, & cognitione veritatis idemque nos iustos reddidit ex iniustis; & deo reconciliavit, atque ita iustitia, & pax inter se & cuncta sunt: propterea subiungitur, veritatem ex terra pritorum, id est, mortales Euangelium, & veram religionem amplexaturos, & iustitiam e celo prospecturam, hoc est, deum illos in gloriam recepturum, & vera iustitia donaturum; iustitiam enim coelestem vocant iustitiam fidei, per quam deus hominibus non solum omnia peccata condonat, sed etiam suum spiritum sanctum imparit, eosque sibi filios adoptat, & promptos, glares, ac paratiissimos ad omnia virtutum officia reddit.

Etiam dominus dabit benignitatem. Id est, humano generi benignè faciet, & terra nostra, quæ adhuc sterilis, inculta, atque horrida fuerat, uberrima fiet, ac feracissima. quem vero fructum natura sit, explicat subiungens iustitiam coram deo ambulataram, hoc est solidam, & germanam iustitiam in animis mortaliis spiritu Christi renouatis, & excultis regnaturam issemper enim illorum oculis obseruabitur deus, & summa semper diligentia cauebant, ne abeyerent a via pietatis, quæ dicit in celum.

ARGUMENTVM PSAL.

LXXXVI.

PSAL CVM PARAPH. 278

Recatur hoc suauissimo carmine Deum per te tueatur ab insidiis inimicorum, & animum suum amore virtutis, & pietatis accendat. similique predicat potentiam, & misericordiam eius.

Oratio Davidis Psalmus

LXXXVI.

Inclina domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum deus meus spernant in te.

Miserere mei domine quoniam ad te clabo tota die, lœtifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuavi.

Quoniam tu domine benignus, & mitis, & multæ misericordiae omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe domine orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis domine, & non est secundum opera tua.

Omnes gentes, quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum.

L1 iiiij

E X P L A N A T I O I N I I B.

Quoniam magnus es tu, & faciens misericordia, tu es deus solus.

Doce me domine vitam tuam, & ingrediar in veritate tua: vni cor meum, vt tamen nomen tuum.

Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt aduersum me, & congregatio potentiam quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miserator, & misericors, tardus ad iram, & multæ misericordie, & veritatis.

Respic in me, & miserere mei, da fortitudinem tuam seruo tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonu, vt videat, qui oderunt me, & confundantur quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

E X P L A N A T I O .

Inclina domine aurem tuam, Aures, in-

I S A L M. C V M P A R A P H. 279

quit, attenta ad precationem meam, & fer opem supplici misericordiae tuae, quoniam impas concili, & omni humano praesidio destinatus sum ego. Tuere quæso vindam meam, quia pietatis, & innocentiae deditus sum: in columnen serua famulum tuum, cuius omnis spes nititur beniginitate tua.

Non est similis tui in diis. Id est, nemo, deus, qui dum nominantur, tecum est comparandus, negre potest quispdam imitari opera tua, quamobrem futurum est tandem, ut omnes gentes te solum colant repudiata superstitione. Et a Christo ad veram pietatem & religionem perducantur.

Et ingrediar in veritate tua. Hanc sententiam explicauimus in explanatione Psalmi xxvi.

Vni cor meum. Ut scilicet abiecta omni aliena cogitatione & studio, te unum amem, & colam, & in omnibus rebus nihil nisi te unum respiciam.

Et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Id est, ex gravissimis periculis, & morte certa, & manifesta.

Et saluum fac filium ancillæ tuæ. Significat, sex plus, & religiosis parentibus ortu esse, vel potius exaggerat servitutem, nam filius ancilla vera est.

EXPLANATIO IN LIN.

Fac mecum signum. Ede, inquit, illustre ali-
quod signum tua erga me benevolentia, ut vel
inimici mei fateri cogantur, me tibi charissimum
esse.

ARGUMENTVM PSAL.

LXXXVII.

Celebrat Hierosolyma, & ecclesia Christi quam haec urbs significat, simulque prædictit, veram religionem toto terrarum orbe propagandam.

Filiorum Coræ Psalmus cantici,

LXXXVII.

Fundamenta eius in montibus sanctis, dicit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Memor ero Raab, & Babylonis cum scientibus me.

Ecce Palestina, & Tyrus, & populus Aethiopum, ille natus est ibi.

Et de Sion dicetur, homo, & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus.

Dominus numerabit scribendo populos ille natus est ibi.

Et cantores sicut tibicines, sonnes scat-

PSAL. CVM PARAPH. 280

rigines meæ in te.

EXPLANATIO.

Hic hymnus admodum obscurus est, neque ego quicquid habeo quod pro certo polliceri quæ huic obscuritati lucem aliquam allaturum. Reliquum est igitur, ut eam explanationem, quæ probabilior, & magis cœsentanea pictati videatur, adhibeam, magnam gratiam habiturus, si quis meliora docuerit.

Fundamenta eius in montibus sanctis. Posita fuisse Hierosolyma in collibus cœstis ex historia sacra, & descriptione Josephini lib. 6. de bello Iudaico: sed etiam ecclesia Christi, quam ciuitas haec significabat, fundata est in eisdem montibus, quatenus scilicet ibi ortum habuit.

Diligit dominus. Erat quidem Iudea universa deo consecrata, sed ille Hierosolyma cœteris omnibus locis longè prætulerat, feceratque, ut ibi domicilium esset amplissimi sacerdotij, & regie dignitatis: sed istæ rerum futurarum umbras erant, corpus autem Christi qui rex, & sacerdos & deo constitutus est Hierosolymorum cœlestium, id est, ecclesia sanctæ deus diligit super omnia tabernacula Iacob, id est, longè chariorem habet, eam quam unquam haberit universam synagogam Moysis.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Pre-
clara, inquit, et gloria de te vacinantur ho-
mines sancti, scilicet tempus fore, cum deus intra-
menia tua se videtur mortalibus praebebit, et
cum ciuibus tuis contumeliam veritatis abitur, quam
verd gloria illustria, et magnifica predicta
sunt ab eisdem vatisbus de ecclesia Christi, quae si
ritu dei regitur et gubernatur, atque ob eam can-
sam ciuitatem Dei, et Hierusalem Ecclesie nomi-
nari solet, nemo literarum diuinarum studiorum est,
qui nesciat. Illud certe inter cetera praedixerat,
ipsam omnibus terrarum oris filios parituram, qui
filii dei nominarentur, et essent, quem pars
celebrant versiculi, qui sequuntur: cum enim dicit,
memor ero Raab, et Babylonis, Deum ipsam
inducit loquentem, ac pollicentem, se Aegy-
ptios, et Babylonios, et ceteras nationes ad ec-
clesiam suam aggregaturum: quarum natione-
num videbatur oblitus, cum illas pateretur in
maximis errorum tenebris versari. sed posse
mus vertere hanc versicolum etiam ad hunc in-
dum. Facias meminisse Raab, et Babylonios, et
qui nouerunt me, que verba tamen eandem sententiam
continent: significat enim, se missum
Apostolos, qui eas gentes ab impura, et impa-
superstitione traducant ad castissimum sanc-
tum cultum, plenissimamque sanctitatem re-
gionem. Quod vero sanctus vates subiungit, ut
naturi est ibi: videtur indicare, omnes gentes se se
conveniunt cum ecclesia Hierosolymis instituta,
proprietate quia insignis ille ab omnibus pisis ex-
pectatus, in his locis orturus sumique regnum
initium sit: quibus de rebus explicata est in ex-
planatio psalmi secundi. itaque ortus Christi
fuit, ut quamplurimi et Hierosolymis, et ceteri
omnibus in locis nascerentur ex semine im-
mortali, ut ait diuina Petrus, per verbum Dei vi-
uentis, et manentis in aeternum. Hoc signifi-
cat, cum dicit, et de Sion dicetur homo, et ho-
mo natus est in ea. Sionis autem nomine intelli-
gitur litteris sanctis non urbem Iudeorum mo-
do, sed etiam ecclesiam Christi, notissimum est
omnibus. itaque quod addit ipsam Sionem a deo
fundatam esse, ut intelligi vult, quod possit res
ipsa docuit. Ecclesiam Christi non artificio ho-
minum, sed sapientia dei constituam esse, et
propterea perpetuam permanuram, neque vetu-
state deliri, aut illa hostium oppugnatione op-
primi posse, quod utrumque eleganter expressit
apud Mattheum ipse Christus, cum diceret, se
adficaturum ecclesiam suam: neque portas in-
teriorum ad eam carentiam vim villam habi-
tur. At cum dixisset, ecclesiam secundissima
fore, et sobolem suam rotam terrarum orbe pro-
pagaturam, recte subiungit, dominus numerabit
scribendo populos, id est recensabit annos, qui

nati fuerint in Sione, & nomina eorum scribet, qui repudiatis falsis diuis religioni sancte adhaerent. significat autem hoc dicendi modo, deum omnium quicunque erunt veri Christiani, summa ratione habitur, quin etiam haec translatio sumpta videatur a rege, qui conscribat exercitum, neque profectus aliud est ecclesia sanctorum, nisi exercitus ex hominibus omnium ordinum, & nationum copiarum, quae duce Christo cotinctia bellum gerit cum principibus, & rectoribus tenebrarum vita huic quare diuinus Paulus scitu dignissima scribit ad Ephesios. Et quoniam ortus Christi tantarum rerum origo, & causa extitit, propterea repetitum est, natus est ibi. In fine hymni iterum orationem ducitur ad Sionem promittens, cantores similia atque bicines omne suum studium collatoru[m] celebrandas laudes ipsius, quae deus tam charitate quam amorem habet. Quin etiam inquit, quid carnis verna ingenij mei profudetur, id ego omnem confessio & dico. Simile est illud poetae latini. Sed tamen exiguo quodcumque ex pectori ruui fluxit, hoc patriae seruiat omne mea.

AKGYMENTVM PSAL.

LXXXVIII.

Psalmus est plenus affectibus, & querulis, quo narrat calamitates suas acerbissimas, & misericordiam domini implorat.

Canticum psalmi, filiorum Core, Victori ad Melchiah propter afflictionem, erudio Eman Ezraitæ.

Psalmus LXXXVIII.

Domine deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conspectum tuum oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.

Aestimatus sum cum descendentibus in foueam, factus sum sicut homo sine fortitudine, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum nulla amplius superstite memoria, & ipsi a manu tua obsecrati sunt.

Posuisti me in lacu inferiori, in locis tenebrosis, & profundis.

Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos a me, posuisti me abominationem ipsius.

Clausus sum, & egredi non possum, occupavi languerunt praæ afflictione.

Clamau ad te domine, tota die expandi

ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut
mortui resurgent & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro
misericordiam tuam, & veritatem tuam in
perditiones?

Nunquid cognoscet in tenebris mi-
rabilia tua, & iustitia tua in terra obliuo-
nis?

Et ego ad te domine clamaui, & manu o-
ratio mea praeueniet te.

Vt quid dominus repellis animam meam?
auertis faciem tuam a me?

Afflatus sum ego, & expiranti simili;
ab adolescentia tuli terrores tuos trepi-
dauit.

Super me transferunt irae tuae, & terrore
tui oppresserunt me.

Circundederunt me sicut aqua, tota die
circundederunt me simul.

Elongasti a me amicum, & proximum, &
notos meos en tenebris posuisti.

EXPLANATIO.

*Inscriptio indicat, hoc carnis datum fuisse ad
canendum ordini catorum, qui a Cora prega-
tierant, conditum autem ab Hemane, quem*

me sapientia preditum fuisse, scriptum est in
lib. Regum.

Dominus deus salutis meae. Preceatio est ho-
minum, qui in summa angustia adductus, et hor-
ribilem dilectionem tempestate iactatus, nihil aliud
debet nisi mortem, atque inferos: quippe qui non
homines solum, sed etiam ipsum deum gratifi-
cavit, atque infestum experitur: ad quem
tamen configit tanquam ad portum, et in ma-
ximus omnium rerum desperatione, salutis sue spem
reponit in eo, quem sibi censet inimicum. Hoc ne-
mo mortalium sua sponte facere potest, sed spiritus
tuus, qui percutitur, supplicat pro percussione gemini-
bus meninarrabilibus, ut inquit diuinus Paulus.

Aestimatus sum cum descendentibus in fo-
num. Id est, adnumeror ius, quorum cadavera
destituntur in sepulchrum.

Loreto mortuos liber, Euasi, inquit, us simi-
li, qui iam sunt ad mortuos aggregati, et liberi
ab iis rebus que pertinent ad hanc vitam.

Posuisti me in lacu. His allegorijs exagge-
rat magnitudinem calamitatum suarum.

Clausus sum. Iam, inquit, circunuentus sum
erumus intolerandi, neque illa datur euadendi
facultas.

Nunquid mortuis ostendit, ad gloriam dei
pertinere, ut homines perire, et religiosi diu vivant.

In terra obliuionis, sepulchrum, vel inferos.

E X P L A N A T I O I N L I S.

appellat terram obliuionis, quoniam mortuorum memoria cito interit.

Notos meos in tenebris posuit. Id est, tanquam tenebris obductos ab oculis meis removisti. Hic psalmus valde notabilis est, quoniam solus ex omnibus à principio usque ad finem, nulla interposita spiritus consolatione, plenus est querularum, mearoris, et luctus sed illud in primis in eisdem observatione est, quod vir sanctus tantum verum aduersarium vnde obrutus, deo tamen fidere non intermitit: sed quo magis ille, quicquid consolationem in se habet, afflito eripit, et quid dolorem auget, accumulat, hoc magis ipsi noctes, et dies nomen illius suppliciter invocat. Et malis omnibus urgente a siduis precibus urget, neque in summa desperatione desperata quo intelligitur, deum ne tum quidem prius denunciare, cum ipsis derelicti, et projecti sibi videntur ab illo, qui suos gravissime soleat affigere, ut caro extinguat, spiritus vivat.

A R G U M E N T . P S A L M .

LXXXIX.

Prædicat potestiam, & benignitatem de rega suos: deinde commemorat promessa illius præclara, Dauidi posterisque eius facta: postremo queritur, dum, quasi obli-

P S A L M . C V M P A R A P H . 284

tus, corum promissorum, urbem sanctam impis euerendam tradidisse, regiamque potestatem sublatam, & populum ipsum in maximas miseras incidisse.

Et studit Etham Extrait. Psalmus LXXXIX.

Misericordias domini in æternum canabo.

In generatione, & generationem annuntiabo veritatem tuam ore meo.

Quoniam dixi, in æternum misericordia edificabitur, in cœlis ipsis stabiles veritatem tuam.

Pepigi fœdus cum electo meo, iurauit Dauid seruo meo, usque in æternum stabiliam seim tuum.

Edificabo in generationem, & generationem solium tuum.

Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, & veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in cœlo æquabitur, domino? quis similis erit domino inter filios deorum?

Deus maximè tremendus in consilio sanctorum, terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Domine deus exercituum, quis similis

Mm ij

EXPLANATIO IN LIB.
tibi in potentia ô domine & veritas tua
circuitu tuo.

Tu dominaris superbie maris cum atol-
lit fluctus suos, tu compescis eos.

Tu confregisti sicut vulneratum super-
bum, in brachio virtutis tuae dispersisti ini-
micos tuos.

Tui sunt coeli, & tua est terra, orbem ter-
rae, & plenitudinem eius tu fundasti, aqua-
lonem, & meridiem tu creasti.

Thabor, & Hermon in nomine tuo exul-
tabunt brachium tuum cum potentia.

Inuidia est manus tua, sublimis est dexte-
ra tua: iustitia, & iudicium habitaculum sa-
lij tui.

Misericordia & veritas præcedunt faciem
tuam: beatus populus, qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambula-
bunt, & in nomine tuo exultabunt tota die,
& in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria fortitudinis eorum tu
es, & pro tua benegunitate exaltabis coru-
nostum:

Quia domini est clypeus noster, & sanctus
Israel rex noster.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis,
& dixisti, posui adiutorium super potentem
& exaltavi electum de plebe mea.

PSALMUS VERSUS PARAPHRAS.

Inueni David serum meum, oleo sancto
meo unxi cum.

Manus enim mea firma erit cum eo, &
brachium meum roborabit eum.

Non opprimet inimicus eum, & filius
iniquitatis non affligeret eum.

Et concidam à facie eius inimicos eius,
& odientes eum perdam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum
ipso, & in noce meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius, & in flu-
minibus dexteram eius.

Ipsa invocabit me, pater meus es tu, deus
meus, & adiutor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum, ex-
cellsum præ regibus terræ.

In eternum seruabo illi misericordiam
meam, & fœdus meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius,
& thronum eius sicut dies cœli.

Si autem derelinquerint filii eius legem meam,
& in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iusticias meas profanauerint, & man-
data mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum, &
in verberibus peccata eorum.

Misericordia autem mea non dispergam
ab eo, neque falsam reddam veritatē meam.

Neque profanabo fœdus meum, & qui procedunt de labiis meis, non mutabo.

Semel iuravi per sanctitatem meam, si David mentiar, semen eius in æternum manebit.

Et thronum eius sicut sol in conspectu meo; & sicut luna stabilietur in æternum, & testis in celo fidelis.

Tu vero repulisti, & abominatus es, ac census es ira contra Christum tuum.

Auerteristi fœdus servi tui, profanasti in terra diadema eius.

Destruxisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius in confractiōnē.

Diripuerūt eum omnes trāscuntes viam, factus est opprobrium viciniis suis.

Exaltasti dexteram deprimentiū eum, laetificasti omnes inimicos eius.

Auerteristi etiam aciem gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti munditiā eius, & solū eius in terrā collisiſti.

Abbreuiasti dies iuuentutis eius, operuisti eum confusione.

Vñquequo domine auertes te semper, ardeſceret sicut ignis ira tua?

Memor esto, quanti ævi sum ego, nūquid frustra creasti omnes filios hominum?

Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi?

Vbi sunt misericordia tuae antiquæ domine, quas iurasti David in veritate tua?

Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum, potau in finu meo omnia opprobria multarum gentium.

Quibus affecerunt nos inimici tui domine, quibus affecerunt vestigia Christi tui.

Benedictus dominus in æternum. fiat.

Misericordias domini. Cum gens Hebreæ maximis calamitatibus premeretur, atq; omnia contrā, ac promiserat deus, euadere viderentur, poterū facile in dubium venire misericordia, & fiducia illius. Ac vir sanctus ait, tantum abesse, vt ipse vila verum aduersarii acerbitate, adduci posset ad suspicandum minus pīlē de diuino nomine, vt fidem, & misericordiam eius cantaturus in perpetuum, & suis verbis omni-memoria sit propagaturus.

Quoniam dixi. Id est, mihi persuasi, misericordiam tuam pérpetuo dureturam, & semper angēdam, & amplificandam esse, & veritatem ac fidem tuam in persoluendis promissis nūquam

labe factam iri, sed stabilem fore ac sempiternam perinde ac cælum.

Percussi fœdus. Deum facit loquentem.

Visque in ætenuum stabiliam semēnum.
Hoc est fœdus, quod deus cum David est, & polle
ris eius fecit. Id fœdus multis verbis describitur
infra, & in libro secundo Regum cap. 7. Semen
autem Davidis est Christus, qui regnabit in per
petuum, & ecclesia piorum, qua in omne tempus
vigebit, atque aeo sempiterno fructuerit.

Confitebuntur cœli. Et cœlestes (inquit) &
homines p̄ semper prædicabunt tua facta ad
mirabilia, & fidem, & bonitatem numinis tui.

Quoniam quis in celo aequaliter dominat
non predicat potentiam & fidem dei, vt ostendat
non esse dubitandum, quin ille & posse, &
velit præstare, quod promisit est.

Inter filios deorum, filios deorum dixi
cum deos, dicere vellit: sicut filios hominum ap
pellare solet pro hominibus. Deos autem vocat
vt alio loco admonimus, metes illas cœlestes, ad
omni coæcretione mortali segregatas, quos Ange
los quoque nostri usurpare, ac nominare solent.

Et veritas tua in circuitu tuo. Id est, non
solum potentissimus, sed etiam veritissimus ei
ipsaque veritate tanquam veste indueris.

Tu confregisti. Id est, Pharonem illumina
rogatum cum uniuerso exercitu tam facile pen

didisti, quod facile interficitur homo, qui tam
vulneribus confectus sit.

Thabor & Hermon. Id est, oriens, atq; oc
cidens: nam Thabor situs est ad ortum, Hermon
vero ad occasum: hi sunt montes insignes terræ
Iudeæ.

Inniœta est manus tua. Sic etiam vertit
Symmachus.

Iustitia, & iudicium habitaculum solij
tu. Id est, solium tuum in media iustitia, & aequi
tate situm est: & misericordia, & veritas sunt
satellites tui.

Beatus populus, qui scit iubilationem.
Beatus (inquit) populus, qui hac intelligit, &
retra solidaque letitia fructur, quam parit hac
præstantissima dei cognitione. Sed verbum He
breorum, quod Latinus interpres reddidit iubi
lationem, significat clangorem tubarum: itaque
nonnulli sic explanant hanc locum, beatum esse
populum, qui intelligit, deum apud se versari.
Videatur autem imitatus Mosæ, qui in Nume
ri de populo dei loquens, ait, Dominus deus eius
cum eo est, & clangor regis cum illo: sic enim le
gendum est ex Hebreo: itaque ut Moses, cum
significare vellit, deum apud Hebreos esse, di
xit, clangorem regis cum ijs efficitur sanctus
hic locus, cum dicere velit, beatum esse populum
qui intelligit, deum apud se versari, qui tam po

etens, tam iustus, tam misericors, tam verus est.
dicit, beatus populus, qui sit clangorem fluctuationis exornatio sumpta est ex historiis nam enim deus e caelo descendisset ad ferendas leges hebreis, praesentiam suam buccinarum canit declarauit: solent enim vates sancti, orationis ornamenta ex historiis et rebus gestis effugient ut est illud Davidis, Ignis, et sulphur, et ritus procellarum pars calicis eorum. Et hoc Holocaustum tuum in cinerem convertat, non illud, Abscondit me in tabernaculo suo de quibus verborum figuris suis locis explicavimus. Sed quis populus hunc clangorem audit, et cognoscit ille nimis irum, qui deum pro certo habens, semper adesse, in illius praesidio, et tutelam suam, et letus coquiescit. Hunc populus vir fuit et beatum appellat, et talem esse demonstrabat, subiungens, domine in lumine vultus sui amabilabant. Felices (inquit) et vere fortunatis qui domine propitium, et praesentem habentes tempore illis per has tenebras, et vias vita difficultate ingredientibus splendor tui spiritus clarissimi lumen ostendit, atque in animis eorum tam ardentes amores excitat omnium virtutum, ut nihil quod lucidius, nihil amabilius videatur quam pietas, in se et temperanter vivere: neque tamen isti virtutes suae admirantur, aut gaudent in seipso, sed omnes eum admirantur. Et letitia in nominis tui cognita

ne versatur: et merito quidem, neque enim sua iniicia extolluntur, sed tua: tuis inquam iustitia iacentes, et abiectos erigit, atque ad altissimum gradum dignitatis extollit: omnia illorum peccata delens, mentes et voluntates sanans, conscientias latas et tranquillas reddens, spiritus sancto, regno cedens, et vita sempiterna donans, itaque quoddam cupiditates temerariae coercet, et timores omnes, et omnes sollicitudines pellunt, quod neque rerum aduersarum iustibus franguntur, neque opprimationibus humanae sapientiae de gradu pietatis deiciuntur, totum id referunt acceptum misericordia tue, quae animos piorum ita corroborat, et confirmat, ut eorum virtutem, excelsa et illustri loco sitam, nulla neque hominum, neque diaboli labefactare possit improbitas. Sed cur dominus tam benivolus, et liberalis est aduersus homines piosquam regem, et clypeum illorum charissimum habet is Christus, ad cuius tutelam, et regnum pertinent homines sancti omnium seculorum. Hos deus propter Christum suum ab anni aeternitate sibi filios adoptavit: quos autem, antequam nascerentur, adoptauit, hos in lucem editos ad pietatem vocat, vocatisque institutionem primum, deinde vitam immortalem donat. Itaque si quis omnis memoria pios interroget, cur habuerint, atque in perpetuum habituri sint dum sauentem, et propitiū sine dubio respon-

deant, quia domini est clypeus noster, & fundi
Israëlis rex noster. quod si quis extra tutelam
regnum Christi est, is neque deo charus negat
suis esse potest, idque ita esse, populus dei semper
sensit, ut auctor est diuinus Petrus in actis Apostolorum. Sed nonnulli existimant, ipsum Dauid
dem clypeum populi, & regem appellari, qui
rum sententia nam probanda sit, haude equidem
scio: cum presertim hoc carmen scriptum sit pri
posterioris Dauidis, qui amissio regno in maxime
lamentibus versabatur, quod si intelligantur
versus eo modo, quo nos interpretati sumus om
nia plana, & perspicua existunt.

Posuisti adiutorium super potente. Id est
semper ero praestō, semper opem feram Dauid,
qui potens est proper gratiam meam.

Manus enim mea firma erit cum eo. Id
est, nūquam illum d. stituet, semper illū proteget.

Non opprimeret inimicus eum. Sicutem se
gnificat, & eius assertas.

Et ponam in mari. Id est, subtiliam eius im
perio loca maritima, & flumina longinqua
quod quidem perfecit deus, cum Dauid eius a
xilio subegit Palestino, qui ad mare incolunt, &
Syros usque ad fluminum Euphratem, & super
diaram habuit Mesopotamiam, quam Syria
fluminum appellabant.

In eternum seruabo. Id est, non repudiarē

illum, quemadmodum Saulē, sed fædus quod
cum illo feriam, stabile ac sempiternum erit.

Et ponā in seculum seculi semen eius, &
thronus eius sicut dies æcoli. Hec nullo modo
vera esse possunt, nisi referatur ad Christum, qui
natus est in familia Dauidu, & regnat in perpet
uum, neque in diam sententiam explanauit hoc
oraculum Gabriel, nuntius & interpres dei: is
enim Mariam virginem his verbis affatur apud
Lucam, Ecce con. ipies in vtero, & paries fi
lum, & vocabis nomen eius Iesum: is erit ma
grus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi
dominus deus sedem Dauid patris ipsius, regna
bitque super domum Jacob in æternum, & re
gni eius non erit finis.

Si Dauid mentiar. Id est, nequaquam Daui
dem fallam: nam hoc verbum, si, apud Hebreos
aliquando vim negandi habet, hinc etiam illud in
psalmo 93. Quibus iuravi in mi mea, si introibunt
in requiem meam.

Semen eius in æternum manebit. Christus
succedit, & ecclesia pitorum.

Et thronus eius sicut sol. Id est, in perpe
tuum durabit, ut sol.

Et testis in cœlo fidelis. Id est, volo lunam
ipsum esse testimoniū perpetuatis imperii Christi:
venim illa semper durabit, ita semper vigebit
regnū ipsius. Scindendum est tamen, Symmachum

sic vertisse, Et contestatus in celo fideli, id est
et qui assueranter affirmat, hac se fideliter
est in celo, neque mentiri vnguam potest.

Tu vero repulisti. Nunc deplorat calamites populi, et qui supra tantis laudibus extulerat fidem dei, nunc animo perturbato queritur, omnia contra accidere, quam ille promiserit. Huius animaduertere operae pretium est, quam difficile sit, non dubitare de promissionibus dei, aut non penitus etiam ius diffidere, cum presertim illi, antequam promissa persoluat, ita plerunque omnia contra, ac pollicitur est, euenire patiatur, et vix credibile sit ea quae praedicta sunt, vera vnguam euafura, multa huiusc rei exempla ex historiis sanctis apponere possem, sed haec duo saluerunt: deus Davidem in pueritia regem designans, sed quādacerbis quāmque diuturnis illum calamitatibus exagitauit, antea quam regni possessorum adire permetteret? Idem ore, Gabriele Mariæ pollicetur, Iesum in solio Davidi settiformum, atque imperium illius sempiternum fore, quia hoc nisi diuino spiritu afflatus, sicut praeclarum est: euenturum suspicari posset, Iesum videret usque ad trigeminum astatis unum propter obscuritatem in magna hominum ignorantie versari, reliquam vero vitam inoponit, vagam persequi, ad extremum tanquam perditissimum latronem cruci sufficimus, acerbissi-

mamorte multari. His rebus sit, ut impū promissionib⁹, et verbis dei nullam fidem habeant, et ipsi pūcepe ad dubitandum inducantur, quo circuē illud saluberrimum preceptum, Qui creditur, ne festinet, semper in ore, atque animo est habendum; qui enim moram ferre non potest, is neque constantiam, neque fidendi perseuerantiam retinere potest; diffidens autem, se non solum bonis, quae promissa sunt, indignum reddit, sed etiam grauiissimas diffidentias peccas habet: quisquis enim affirmanti non credit, is profecto, illum esse vanum, et mendacem credat necesse est: et qui patientis in mora fidere perseuerat, sine dubio promissa bona consequitur, et deo charissimus est. Hec omnia diuus Paulus in epistola ad Hebreos scripta breuiter complectitur ad hanc modum; Ne abieceritis fiduciam vestram, que magnam habet praeiū retributionem: nam patientia vobis est opus, ut ubi voluntatem dei perfeceritis, reportetis promissionem: adhuc enim pusillum temporis, et qui venturus est, veniet, et non tardabit: iustus autem ex fide viciturus est, et si se subtraxerit, non probabitur animo meo: at nos non sumus, qui nos subducamus in perditionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitionem animæ.

Accensus es ira in Christum tuum. Id est, in Davidem, quem tu regem confiuiisti: ad ip-

EXPLANATIO EN. LII.

sum enim Dauidem redundare videbatur, quo
quid patiebantur posteri ipsius.

Destruisti munditium eius. Sic appellat
splendorē, & dignitatem imperij.

Abbreuiasti dies. Queritur, regnum familiæ
Dauidi, quod perpetuum fore promiscerat deus,
dum adolesceret, extinctum esse.

Memor esto, quām breuis ævi. Cogita (in-
quit) quām sit breuis vita mortaliū: quōd si huc
accident etiā per petras calamitates, neque uli-
detur respicendi locus, nōnne videberis nos fru-
stra creauisse? similia multa legitur in qua-
monis Job. sunt autem verba animi perturba-
ti, neque satis considerant, cur hominem crea-
uerit deus.

Quibus affecerunt vestigia Christi tul-
Sic vicare videtur reges, qui in Dauidis locum
successerant, atque eum represebant. Sed hic
locus est per obscurus, neque ego aliquam expla-
nationem certam habeo. Quidam intelligunt, ha
verbis barbarorum impietatem significari, qui
Iudeos irriderent, quid n̄ Christum liberatorem
expetarent, cuius vestigia, & pedes venient
nunquam visuri essent.

Benedictus dominus in æternum. Viden-
tur haec esse verba hominis post magnam animi
perturbationem se colligentis, & considerantis,
nullo modo fieri posse, ut deus fidem datam

PSALM. CVM PARAPL. 291

let, & promissa non seruet: itaque patienter fe-
rendam esse moram, & sanctissimum ipsius nu-
men rebus aduersis æquus, ac prosperis laudam-
dum: cùm præsertim ille ad utilitatem, & salu-
tem piorum omnia dirigeretiam tum, cùm peni-
tui eos abiecisse videtur.

ARGUMENTVM.

PSALM. XC.

D Escriptibit miseriā, & breuitatē vitæ hu-
manæ, & implorat auxiliū dei, vt, qui
omnibus superioribus seculis confuerit
genitūtutari, & maximis beneficiis orna-
re, illam etiam, hoc tempore magnis cala-
mitibus oppressam, subleuet ac tueatur.

Oratio Moysi viri dei, Psal. XC.

D Omine refugii factus es nobis à ge-
neratione in generationem.
Prusquā mōtes fierāt, aut formaretur ter-
ra, & orbis, à seculo, vsq; in seculū tu es de⁹.
Reducis hominem usque ad cōditionem,
& dicas, rēvertimini fili hominum.

Quoniam milie anni ante oculos tuos,
tanquam dies hesterna, quæ præteriit,
Et vigilia in nocte, rapuisti eos ut impe-

N.

EXPLANATIO IN LIB.

tus aquarum, sunt veluti somnium,

Mâne sicut herba sunt quæ mutatur, māne floret & crescit, vespere succiditur, & arescit.

Etenim deficimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostra in conspectu tuo, occulta peccata nostras in luce vultu tui.

Quoniam omnes dies nostri dilabuntur in ira tua, consumimus.

Annos nostros veluti sermonem, dies annorum nostrorum septuaginta anni.

Si autem admodum robusti sumus, octoginta anni, & præcipuum eorum labor, & dolor.

Recedit citè, & auolamus.

Quis nouit vim iræ tuæ, & secundum timorem tuum iram tuam?

Enumerare dies nostros ad hunc modum tu nos doce, & offeremus cor sapientie.

Reuertere domine, vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

Satia nos mane misericordia tua, & exultabimus, & lætabimus omnibus diebus nostris.

Lætificanos pro diebus, quibus nos affixisti; pro annis, quibus vidimus mala

PSALM. CVM PARAPH. 292

Appareat in seculi tuis opus tuum, & gloria tua in filiis eorum.

Et sit splendor Domini Dœi nostri super nos, & opus manuum nostrarum dirigetur in nobis, & opus manuum nostrarum dirige.

EXPLANATIO.

Reducis nos. Tu quidem domine immortali, & sempiternus es, nos autem mortales eradicisci, quippe quos per varios casus, & labores perducis ad senectutem, cumque iam morib, semper infracti, & confecti sumus, dicit reuertermi filii hominum in pulchritudinem, unde vos effunxi. Quoniam mille annos ante oculos tuos.

Ide est cum eternitate tua comparati.

Et vigilia in nocte. Nox apud veteres in quatuor partes distributa erat, qua partes vigilie vocabantur, ut omnibus est notum. Vite breuitatem vni ex iis partibus similem dicit, si cum anno illo sempiterno dei conseruat.

Rapuisti eos ut impetus. Comparat elegans fugam & inanitatem vite humana per nescitatem fluminum, & somniis, & herbe, quæ mutantur, id est, in florib, se induit, vespere autem succiditur arescens.

Etenim deficimus in ira tua. His verbis significat haec vite calamitates esse penas; quas

Nn ij

EXPLANATIO IN LIB.

Deus à nobis repetit pro sceleribus, & maleficiis nostris.

Consuuiimus annos nostros velut sermonem. Quo nihil certius evanescit.

Præcipuum eorum. Præcipuum annorum vocat iuuentutem: quo & ipsa plena est ingens, ac perturbationibus animi.

Quis nouit vim. Hunc versiculum ita veterunt Symmachus, & Hieronymus, & quidam alii. Videtur autem hanc sententiam continere: si vel parua indignatio tua tanta mala mortalibus importat, quis posset cogitatione comprehendere, qualis, & quanta sit ira vis, qua teris aduersus eos, qui improbi, ac impidi vivunt? Quis inquam posbit intelligere vim tuę, perinde ut potentia tua formidabilis regnit etiam intelligi?

Enumerare dies nostros. Doce nos domine ad hunc modum numerare, ac cogitare dies nostros & illorum paucitatem semper ante oculos habere ut hac inani vita contemptanos totos sapientia, & contemplationi rerum eternarum dedicemus.

Reuertere Domine, usquequo? Usque quo abes, & nos in tantis calamitatibus derelinquis?

Apparet in servis; Id est, nos ita regnare, ut in nobis eluceat vis salutaris, & bene-

PSALM. "C V M" PARAPHR. 293.

gloria tua.

Et sic splendor Domini. Ide est, & misericordia Dei nostri semper adsit nobis, ut quicquid aggredimur, faciliter eius beneficio succedat.

ARGUMENTVM

PSAL. XC I.

scribit elegantissime securitatem, & felicitatem eorum, qui omnes suas cogitationes, & spes in misericordia Dei collocantur.

Psalmus

XC I.

Q Vi habita in latibulo altissimi, in umbra omnipotentis commorabitur.

Dicam domino, spes mea, & refugium meum, deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit te de laqueo venantium, & a peste exitiali.

Alis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius fidutiam habebis.

Scutum, & clypeus est veritas eius, non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a peste perambulante in tenbris, ab exterminio vastante meridie.

Nn iiij

E X P L A N A T I O . I N L I B.

Cadent à latere tuo mille, & decem milia
à dextris tuis, ad te autē non appropinquab-
it.

Veruntamen oculis tuis considerabis, &
retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine spes mea, altissi-
mum posuisti refugium tuum?

Von accedet ad te malum, & flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelus suis mandauit de te, ve-
custodias te in omnibus viis tuis.

In manibus portabant te, ne forte offen-
das ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis,
& conculcabis leonem & draconem.

Quoniam me diligit, liberabo cum pro-
tegam eum, quoniam cognovit nomen
meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum
cum ipso sum in tribulatione, eripeam eum
& glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum, & os-
tendam illi salutare meum.

E X P L A N A T I O .

Qui habitat in latibulo altissimi. Ideb-
qui se committit fidei, & tutela ipsius: eam tu-

tu. L. 1.

P S A L M . C V M P A R A P H . 1 9 4

telam cur appellat latibulum, declaravimus in
explanatione psalmi 83.

Quoniam ipse liberabit te. Quisquis es, in-
quit, quis sincere, & ex animo te misericordiae
dei commisisti, sis animo lato, & trāguillo, nam
ipse te in columnem conservabit ab omnibus insi-
diis inimicorum, & a quoque maximo, & ma-
nifesto exitio.

A sagitta volante. His vocabulis significat
& morbos, & mala omnia, que nobis im-
portantur & ab improbris hominibus, & a dia-
bolo.

Cadent à latere tuo. Cum pestilentia, vel ins-
petu prælii fuerit, ceteris mortientibus tu sal-
uus. & in columnis animo quieto, & seculo spe-
ctabis imprebos occidentes, & penas maleficio-
rum expeditentes. hoc autem tibi continget pro-
perte quod etiam tu deo dixisti ex animo. Tu
domine spes mea.

Super aspidem, & basiliscum. Affirmat
neque venefatas, & immanes bestias, neque
diabolum, & satellites eius, quos vocabulis ha-
bitum beluarum significat vilam vim habituros
aduersus hominem prius & præsidio dei confa-
dentes.

Quoniam me diligit. Inducit Deum lo-
quentem, & ea confirmantem, que vir sanctus

Nn iii

EXPLANATIO IN LIB.

prædicavit de benignitate, & misericordia ipsius.

ARGUMENTVM
PSALM. XCII.

Ocet dieb' festis, omissa cura, & studio
ceterarū rerū, cōsiderāda esē cōsilia
& facta Dei, & laudes ei' celebrāda.

Psalmus Cantici pro die Sabbati.
XCII.

Bonum est confiteri domino, & psal-

lerē nomini tuo altissime.
Ad annunciamdū manē misericordiam

tuam, & veritatem tam per noctem.

In decachordo, & psalterio, cūm canticō
in cithara.

Quia lētificasti mē domine in opere no-
& in operib⁹ manuum tuarum exultabo.

Quām magnifica sunt opera tua domi-
ne, nimis profunda factae sunt cogitationes
tux.

Vir insipiens non cognoscet, & stultus
non intelliget hæc.

Cum germinauerint peccatores sicut her-
ba, & floruerint oēs, qui operantur iniqui-
tatem.

Vt intereant in seculū seculi, tu autem al-

PSALM. CVI M P A R A P H. 295

tissimus in æternum domine.

Quoniā ecce inimici tui domine, quoniā
ecce animici tui peribunt, & disperdentur
omnes, qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu me-
um, conspersus sum oleo viridi.

Et respiciet oculus meus in inimicis me-
is vltionem, & de insurgentibus cōtra me
malignantibus audiet auris mea, quæ o-
pat.

Iustus vt palma florebit, sicut cedrus li-
bani multiplicabitur.

Plantati in domo domini, in atriis do-
mus dei nostri florebunt.

Adhuc fructificabunt in senecta, pingues
& virentes erunt, vt annuntiant.

Quod rectus est domin⁹ fortitudo mea, &
non est iniquitas in eo.

EXPLANATIO:

Adannuntiandum manē. Tamē si cūm
noctem & manē nomina, ea tēpora iudicare vi-
detur, quæ lege attributa erant precationib⁹ &
sacrifici: non minus tamē, vt opinio mea fert,
significati in verbis, cūm dies prospexitum illu-
cescat, misericordiam dei prædicandam esse: vt
omnis, quæcumque nobis secunda evenerint, illi

accepta referamus: at cū nocte rerum aduersorum circumfundimur, fidem eiusdem, dictam longe constantiam in oce semper babendam; ut spes nostra, certaque simus, nos tandem ex omni periculo, et calamitate, easuros, sicut ille, promisca quiens, Instoca me tempore difficultate, et calamitatem, et ego te omnibus ex malis eripiam, tu vero honorabis me.

Quia laetificasti me domine in opere tuo.
Ut impius animo horret, si quando conscientiam admonet, Deum piorum, impiorumque habere rationem ita pio nulla cogitatio potest accidere iucundior, quam de prouidentia dei: cum enim secum reputat, ne unum quidem capillum ex sua capite decidere posse sine illius numine, quem patre agnoscit: incredibile dictu est, quia letitiae exultet, quam se tutum, ac beatum ducat. Et si nō nihil à patre indulgentissimo potest proficisci quod filii emolumento, salutisque non sit: ut non inquam quād illi (que mentis humana infirmitas est) secus accidere putant, et falsa spe et visione terrentur:

Quam magnifica: Non solum ea fringat, que pertinent ad creationem mundi, sed et que quotidie geruntur à prouidentia dei in administratione rerum humanarum, cuiusmodi sunt que mox commemorat, improbos scilicet florere, et secundis rebus, viti, et mox acerbiora pro-

PSALM, CVM PARAPHR. 296
plicia sustineant, et in miserias aeternas precipitentur, cum bonis è contrario omnia vertant in bonum.

Vir insipiens nō cognoscet, & stultus non intelligat hæc. Stultos, et insipientes vocat in primis, quos ysus, et vita communis prudentes, et sapientes appellare solet, horum multi tam longe absunt ab istarum rerum intelligentia, ut ne arbitrentur quidem, prouidentiam dei se ad procurationem rerum humanarum demittere.

Exaltabitur. Exaltetur homines impij, et nefarij: ac ego et quisquis aliud virtutem et pietaatem colit, beati, et florentes erimus. Compagni autem cornu suum, id est, vires, et potentiam cornibus monocerotis, que cornua sunt dari possunt.

Conspersus sum oleo viridi. Allegoria est que firmitas animi, et corporis significatur. ea sumpta est a cultu vite: oleum enim magna vim habet ad membra fassenda, et corpus corroborandum. Sed et oleum significat, ut supra didicimus, afflatum, et gratiam spiritus sancti, que longi maiorem vim habet ad fassendam, et corroborandam animam, et corpus: hoc celestis oleum delibutus erat David.

Iustus ut palma florebit. Impii quidem tanquam herba florent, que celeriter arescit: at homines pii palmae similes sunt, que diutissime vi-

E X P L A N A T I O I N L I E-
nit, ac vigeat, & fructus dulcissimos edit,

Sicut cedrus Libanai Eleganter hominum
pium comparat cedro, cuius odoratus est tunc
dissumus, eaque arbor nunguam putrefacta: &
umbram gratissimam ministrat, qua omnia ad
hominem piium, & sanctum eleganter opta-

tur.
Plantat in domo domini. Qui (inquit) san-
cti alti fuerint in ecclesia dei, semper florebant,
& fructus pulcherimos ferent vita innocentie
& pie.

A R G Y M E N T U M P S A L M;

X C I I I .

Elebrat infinita excellentia Dei, qui
e & mundū ex nihilo creauerit, & res te-
manas sapientissimè gubernet. Sed
hæc omnia etiā ad iperiū Christi aptissime
referri possunt, & ad ecclesiam eius unice
oppugnantam.

Psalmus Asaph, XCIII.

Dominus regnauit, magnificenter in-
dutus est, induitus est dominus so-
tudinem, & accinxit se.

Etiam firmavit orbē terræ, qui non con-
mouebitur.

Partas cedes tua ex tunc, à seculo tu-

rum eleuauerunt flumina domine, eleuau-
erunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, plus-
quam voces aquarum multarum.
Ecce mirabiles elationes maris, mirabilis in-
altis dominus.

Testimonia tua valde sunt certa, domum
tuam decet sanctitudo domine in longitu-
dinem dierum.

E X P L A N A T I O .

Domus regnauit. Regnauit, dicit, pro re-
gnat: qui loquendi abusus frequens est, ut iam
admoniuimus.

Et accinxit se. Accinxit inquam se fortitudi-
ne & potentia.

Parata sedes tua ex tunc. Id est, ex omni
ermitate.

Eleuauerunt flumina domine. Allego-
ria est, quæ significat maximam vim hostium in-
usus gentes dei, quos ille compreßit.

Mirabilis in altis dominus. Terribilis
quidem est impetus, & immanitas impiorum, qui
non inferuntur: sed longe terribilior est Domi-
nus, qui habitat in celo, & pro nobis accerryme-
proponat.

Testimonia tua. Vera profectio sunt, & cer-

Ta domine, quæ nobis tua sancta oracula promiserunt, ecclesiam scilicet piorum, quæ domini tua est, presidio tui numinis semper incolument, ac beatam fore: itaque illam decet ornatam esse fastitatem, eoque ornamento in perpetuum decari: ut quæ custodem & præsidem sanctum habet, ipsa quoque sancta sit.

ARGUMENTVM PSAL.

X C I I I.

Inuehitur in hoëis impios, & sceleratos, qui prouidetia dei negat: & innocentes, iuriis & violetia illorum oppresos confundatur.

Psalms X C I I I.

Deus vltionum domine, deus vltioni splendide appare.

Exaltare, qui iudicas terram, reddere retributionem superbis.

Visque peccatores domine, vsquequo peccatores exultabunt?

Effabuntur, & loquentur superbia, gloriantur omnes, qui operantur iniustiam?

Populum tuum domine attrixerunt, & hegreditatem tuam vexauerunt.

Viduam, & aduenam interfecerunt, &

pupilos occiderunt,

Et dixerunt, non videbit dominus, nec intelligere deus Iacob.

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.

Nunquid ille, qui plantauit aurem, non audiens aut qui fixit oculum non videbit.

Qui corripit gentes, non arguet, qui doceat homines scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, quæ vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.

Vt quietem præbeas illi in diebus malis, donec fodiat peccatori fouea.

Quia non repellat dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet.

Quoniam ad iustitiam, reveretur iudicium, & sequentur illam omnes, qui recte sunt corde.

Quis confurget pro me aduersus malignates? quis stabit pro me aduersus operantes iniquitatem?

Nisi dominus adiunisset me, paulominus habitat in inferno anima mea.

Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine sustentabat me.

Secundum multitudinem cogitationum

EXPLANATIO IN LIB.

mearum in corde meo, consolaciones tuae
laetificauerunt animam meam.

Nunquid consociabitur tibi Thronus
peruersitatis, qui singit afflictionem pro
lege?

Congregantur contra animam iusti, &
sanguinem naocentem condemnabunt.

Et erit mihi dominus in refugium, & de
meus in petram fiducia meæ.

Et retribuet illis iniuriam ipsorum, &
in malitia eorum disperdet eos, disperdet
illos dominus deus noster.

EXPLANATIO

Deus vltionum domine. Sic deum appelle
lat, quid ad eum pertineat vltio, ipse enim dicit in
Deuteronomio, *Mea est vltio, & ego repen
dam.*

Splendide appare. Fas, omnes intelligant,
ac pene oculis videant prouidentiam, & magis
tudinem potentiae tuæ, quam negligunt homines
impie, & arrogantes.

Intelligite insipientes in populo. Signifi
cat eos, qui negant Deum intelligere, quid vñ
quisque agat, quid ve in se admirat, ipsos nihil
intelligere, & bestiarum similes esse, & tan
nonnulli ex iis, quibus doctrina, & sapientia pri
-

PSALM. C V M P A R A P H. 299

mar deserunt, qui crucem Christi stultiæ putant,
ausi sunt, hec immanissima & terribilia mōstra
dicere, & docere: ut facile appareat, verissimam
esse illam D. Pauli sententiam, Sapientia huius
mundi stultitia est apud deum.

Qui plantauit aurem. Est ne, inquit, veri sim
ili, ut qui vim sentiendi, & intelligendi homi
nibus donavit, ipse cognitione caret rerum hu
manarum?

Qui corripit gentes. Qui aliquando suppli
cio afficit totas nationes, vñne permittit impu
ne debacchari qui mortalibus prudentiam &
intelligentiam imparbit, iſne vestra maleficia
ignorabit?

Dominus scit cogitationes. Non modo (in
quit) dominus audit & videt, verum etiam inti
mos hominū sensus intelligit, ac nos quid in
dania sint & absurdâ, quæ illi cogitant, nisi diuinis
lumine animi eorum illustrentur, itaque beatum
illum iudico, quem tu domine pro tua incredibili
misericordia eradis, & præceptis legum tuarum
instituisse enim disciplina maximā illi tranquil
litatem pariet rebus aduersis, siquidem omnes in
iurias impiorum non solum forti, sed etiam late
rino feret, intelligens, vitam piorum calamita
tibus, ut aurum igne purgari, itaque animo quie
to, & tranquillo usq; expectabit, dum impius pe
naliat: lues enim pacas, quisque violat innocē
-

EXPLANATIO IN LIB.

tes: neque dominus negliget iniurias, & contumelias gentis sue, neque illam diutius permisit libidini, & ludibrio impiorum: sed aliquando leges, & iustitia in iudicio valebunt, & multos sibi cupidos, & amantes habebunt.

Quis consurget. Exponit magnitudinem periculi in quo versans implorauerat auxilium suum, sed frustra: subiungit enim, Nisi dominus subuenisset mihi, actum erat de salute mea.

Si dicebam motus. Si querebar, iam vacillare constantiam meam, neque iam posse calamitatem magnitudini obſſicire, domine eras preſto, & sustentabas animum meum iam labentem.

Secundum multitudinem. Quantum excruciabant animum meum cogitationes tristissime, tantum illum recreabant consolationes tue succidissime. Ita diuinus Paulus ad Corinthios scribens, Sicut, inquit, abundant afflictiones Christi in nos, ita per Christum abundant etiam consolatio nostra.

Nunquid consociabitur. Non est, quod quis miretur, si tu ades innocētibus, & ab ipsis propulsas iniurias impiorum: quid enim tibi communne possit esse cum improborum potestate, at tyrannide, quae semper occupata est in confundendo calumniis, & bonis affligendis, idque sibi pro leducitur vel cum ait solium peruersitatis fingere afflictionem pro lege significat potius, eos quorum

PSAL. C V M PARAPH. 300

proprium munus est, leges condere, quibus Republica optimè administretur, ac ciuium salus tutta sit, tanquam abesse ab hoc officio, ut semper habeant animos intentos ad inueniendas rationes, & vias, quibus vexent, atque opprimant innocentes atque ita pro legum & iudiciorum equitate, ab hu iniurias & vim ad perniciem ciuitatis manare. Sed Symmachus verit ex Hebreo, Qui fugit afflictione contra praeceptum: quæ verba significant, principes barbaros, & crudelis machinari calamitatem, & perniciem ipsorum, qui ruelæ ipsorum commendati sunt, contra præcepta & leges dei.

ARGUMENT. PSAL. XCV.

Hoc tauratur grauissimis sententiis populū Had colendū deū, & laudes eius canendas, predicans ipsius infinitam potentiam, & sapientiam qui omnia creaverit ex nihilo, necnon misericordiam, & bonitatem, qua pios præcipua quadam benevolentia regit, ac gubernat. Item exemplo maiorum qui in solitudinem interierunt, deterret ab impietate, & iniustitate aduersus deum.

Psalmus XCV.

Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro.

EXPLANATIO IN LIB.

Praeoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.

Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos.

Quia in manu eius sunt profunditates terrae, & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius.

Venite adoremus, & procidamus, & genua flecamus ante dominum, qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster.

Et nos populus pascuae eius, & oves manus eius.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Sicut in contradictione, sicut in die temptationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea.

Quadragesinta annis offensus fui à generatione hæc, & dixi, populus iste errat corde.

Et isti non cognoverunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibant in quietem meam.

EXPLANATIO.

2. Vehicte exultemus domino. Admont et cultum, & venerationem dei requiri letitiam,

PSALM. CVM PARAPH. 301

hilaritatem, id quod etiam diuus Paulus confirmat præcipiens Christianis, ut semper late animo sint, causa vero in promptu est: deus enim continebit fide, spe, charitate: quarum comites sunt iustitia, pax, & gaudium.

Praeoccupemus faciem. Id est properemus venire in conspectum eius cum hymnis, & gratiarum actione.

Nos autem populus pascuae eius. Nos, inquit, sumus gressus vicitans paulo eius, & oves, quas ipse manus sua ducit, & regit.

Hodie si vocem. Super his versibus multa diuit diuus Paulus scitu dignissima in Epistola, quam scribit ad Hebreos: ea nos non subscribimus, scitis habentes, locum indicasse.

Sicut in contradictione. Innuere videtur historiam, quæ scripta est in Numeris cap. 12. & 17. Quod l' vero subiungit, sicut in die temptationis, significat rem gestam in Raphidine, quæ res exposta est in Exode, cap. 17.

Quibus iuravi in ira mea. Illud scire oportet, hinc fuisse imaginem rerum futurarum: ut euimus Hebrew omnes, quotquot verbis dei fidem non habuere, in locis desertis foedissime perierunt à terra Cananea exclusi, vbi vitam quietam, & omnium rerum copia affluentem traducturi erant, si qui deo ad suscipendum Christi euangelium adhortantur non obediunt, nunquam pervenient ad illas.

EXPLANATIO IN LIB.

*beatissimas oras, ubi placidissima quies, & vita
sempiterna vigent, sed seclusi à consilio calcisum
in perpetuis miserijs versabuntur.*

*Si introibunt in requiem meā. Id est, iurati
illos non ingressuros amplius in eum locum, quem
ipsorum quieti desinaram: nā huic verbo, si alio
quando apud Hebreos vis negandi mest, ut alio
loco dictum est. Tunc autem verē ingredimur in
requiem dei, cōm animi nostri in eternam illam
domum peruvolant, ubi sic requiescimus ab operi-
bus nostris, vt deus à suis requiriat die septima.
Hic est ille optatissimus sabbatissimus, quem dux
Paulus ait reliquum est populo dei. Ad hanc
quo quisque proprius accedit, hoc magis in huma-
no corpore vitam diuinam & coelestem imitatur,
id verē fit, um̄ perspecta animi nostri deprava-
tione, insipientia, & inanitate, hoc vnum omni
studio contendimus, vt ne quid ipsi agamus, sed
omnia deum in nobis agere sinamus.*

ARGUMENT. PSAL. XC V I.

Vaticinatur de regno Christi, & omnes
nationes hortatur ad amplexandā verū
religionem, & superstitiones ab iiciendas.

Psalms XC VI.

Cantate domino canticum nouum, ca-
tate domino omnis terra.

Cantate domino, & benedicite nomi-

PSAL. CVM PARAPH. 302

*ni eius, annunciate de die in diem salutare
eius.*

*Annunciate inter gentes gloriam eius, in
omnibus populis mirabilia eius.*

*Quoniam magnus dominus, & laudabilis
nimis: terribilis est super omnes deos.*

*Quoniam omnes dij gentium nihil sunt,
dominus autem celos fecit.*

*Decus & pulchritudo in conspectu eius,
potentia, & magnificentia in sanctuario
eius.*

*Afferte domino familiæ gentium, afferte
domino gloriam & potentiam, afferte do-
mino gloriam nomini eius debitam.*

*Tollite munera, & introite in atria eius:
adorate dominum in splendoribus sanctua-
tij eius.*

*Commoueatur à facie eius vniuersa terra,
dicite, in gentibus dominus regnauit.*

*Et firmabit orbem terræ, ne commoue-
tur, iudicabit populos in æquitate.*

*Lætentur coeli, & exultet terra, intonet
mare, & plenitudo eius, gaudeant agri &
omnia que in eis sunt.*

*Tunc exultabunt omnia ligna syluarum
coram domino, quia venit, quoniam venit
iudicare terram.*

Judicabit orbem terræ in æquitate, & po-

Oo iiiij

EXPLANATIO IN LIB.
pulos inveritate.

EXPLANATIO.

Cantate domino canticum novum. Num
enim, & omnibus seculis inaudita beneficia
nova carmina requirunt.

Annuntiate de die. Id est, nunquam inter-
mitte praedicare beneficia, & salutem, quād il-
le humano generi attulit missus ad nos filius.

Annuntiate inter gentes. Hæc summa dil-
gentia, & studio perfecerunt Apostoli, qui to-
tum orbem terrarum peragraverunt, ut veram
religionem docerent.

In sanctuario eius. Sanctudinum deinceps su-
lum appellat cœlum, sed etiam ecclesiā piorum
qua via, & maiestas dei maximo pere elicit.

Dicite, in gentibus dominus regnauit.
Prædicate, inquit, in omnibus terrarum oris, iam
eversa diaboli tyrannide deum per Christum
sum regnare.

Et firmabit orbem terræ. Significat consla-
tiam, & in auctum robur eorum, qui regnum dei
ingressi sic innuitur in lapide firmissimo, nem-
pe Christo, ut nulli rerum aduersarum isti con-
cubiantur, nulla vi, aut oppugnatione diaboli
& impiorum de pietate, ac tranquillitate animi
depellintur.

Lætentur ecclii. Merito lætari debet regnum
vniuersitas Christo regnum inuenire: ille enim nō

PSALM. CVM PARAPH. 303.

solum corpora piorum immortalitate donatu-
rus, sed etiam cœlum, & reliquias mundi partes
renouaturus est: quam quidem renovationem
incredibilem desiderio totum vniuersitatis cor
pus expectat, & dum illa fiat, nobiscum ingemi-
sat, & more parturientiæ foemina, dolore cru-
ciatur, ut auctor est diuus Paulus in Epistola
quam scribit ad Romanos.

Quoniam venit iudicare terrâ. His verbis
non tam significat tempus illud nouissimi iudicij,
quæ id tempus, quo deus Christum ab inferis
excitauit, illinque terris præposuit, ut in rege-
ret, ac gubernaret omnes nationes: verbum enim
iudicandi in hanc sententiam sæpe accipitur in li-
teris sanctis.

ARGUMENT. PSAL.

XCVII.

Etiam hoc psalmo vaticinatur de regno
Christi, qui omnes nationes ad cultum
veri dei reuocavit.

Psalmus. XCVII.

Dominus regnauit exultet terra, leten-
tur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius, iustitia
& iudicium habitaculum throni eius.
Ignis ante ipsum præcedet, & inflamma-
bit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit

EXPLANATIO IN LIB.

& commotus est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini vniuersæ terræ.

Annuntiauerunt ecclii iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriari eius.

Confundantur omnes qui adorant sculptra, & qui gloriantur in diis vanis.

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit & latata est Sion.

Et exultabunt filiae Iudeæ propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligit dominum, odite malum; contudit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux seminata est iusto, & rectis corda laetitia.

Extamini iusti in domino, & confitemini memoriam sanctitatis eius.

EXPLANATIO.

Dominus regnauit. Iam, inquit, dominus regnat in orbe terrarum, in quo ante diabolus, & supersticio, & omnia scelerata regnabant.

Nubes & caligo. His verbis significatur natura

PSAL. CVM PARAPH. 304

ram dei neque oculis certi, neque animo comprehendendi posse. Sed Euthymius ait, nubem, & caliginem significare corpus, quo diuinitas Christi se induit.

Iustitia, & iudicium habitaculum throni eius. Iustitia pertinet ad misericordiam & beneficentiam, iudicium ad severitatem & penas improborum.

Ignis ante ipsum. Hunc versiculum plerique referunt ad tempora illa nouissima, quibus universum genus humanum ad vitam renocabitur, & Christus ex caelo descendet ad iudicia exercenda, sed non minus haec videntur esse dicta de vita, & potestate, qua virtutur Christus etiam nunc in homines impios & sceleratos. Ignem autem sape significare in literis sanctis acerbitudinem supplicij, a loco dictum est.

Illuxerunt fulgura. Etiam hunc versum, & sequentes plerique pertinere existimant ad tempora illa mundi nouissima, sed mihi magis placent, qui haec referunt ad fulgura spiritus sancti aucti ad Apostolos, qui tamquam astra quedam splendidissima breui tempore totum orbem terrarum immensum errorum tenebris iacentem illuminauerunt, & omnes nationes magnitudine miraculorum perterrituerunt. nam quod subiungit, montes instar cere liquefactos esse ob præsum dominum, id dictum esse videtur de diabolo,

EXPLANATIO IN LIX.

Et Angelis eius: item de regibus, et tyrannis, qui vel Christo se summisserunt, vel impetratis sue gravissimas peccatas dederunt.

Annuntiauerunt cœli. Cœlos appellat cœli, tes ipsos, quemadmodum terram saepe appellant solet pro ipsius hominibus. Angelos autem iustitiam & sanctitatem Christi, testimonio suo comprueba nisse notis, mā est. Quid vero si apostolos significare voluit, cum cœlos dixisset, enim & celestium in terris coluerant, et iustitiae dei predicatorerunt apud omnes nationes, iustitiam inquit non humanam, sed diuinā, & celestem: nimur quā deus ipse donat, qui spiritu ipsius afflūnus certo credunt, Iesum Christum peccata & sclera generis humani suo sanguine luisse.

Et viderunt omnes populi gloriam eius. Quādū ante non poterant intueri obsecratis superiorib, & cultu falsorum deorum.

Confundantur omnes. Jam vos, inquit, p. deat & misere gentes colere simulachra inani, & fictos deos.

Audiuit, & lætata est Sion. Et Sion, inquit, reliqua Ecclesia ab ista Hierosolymita prognata audierunt, quæ predicata sunt a Apostolis de iustitia dei, itēmque viderunt, de eo res humanaas per Christum rectissime auctoritate gubernari: quæ res illas incredibili laetitia affecerunt, cum presertim viderent, magis

PSALM. CVM PARAPH. 305

flam augustinissimi ruminis omnibus gentibus cognitam, & commentarios deos abiectos, & repudiatos esse.

Lux seminata est. Lux, inquit, vera pietatis & religionis, perpetuāq; lætitia fata est in animis eorum, qui iustitiam dei, & praecepta saluberrima Christi non repudiarunt. Itaque vos quicunque hanc beatissimam lucem in animos vestros suscepistis, lætamini in domino, ceteris omnibus gaudys, & voluptatibus abiectis, neque inquam intermitte gratias agere infinita bonitati eius pro tot ac tantis beneficiis, quibus vos quotidie ornat, atque in perpetuum ornabit.

ARGUMENT. PSAL. XC VIII.

I Dem est argumētum huius psalmi, atque Superioris.

Psalmus. XC VIII.

C Antate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Saluavit sibi dextera eius, & brachii sanctum eius.

Notum fecit dominus salutare suū, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiae suæ, & veritatis suæ domui Israel.

EXPLANATIO IN LIB.

Viderunt omnes termini terræ salutare
dei nostri.

Iubilate deo omnis terra,cantate,& exulta-
tate & psallite.

Psalrite domino in cithara, in cithara,&
voce psalmi,in tubis ductilibus,& voce tu-
bae cornæ.

Iubilate in conspectu regis domini,intro-
net mare,& plenitudo eius,orbis terrarum,
& qui habitant in eo.

Flumina plaudant manu, simul montes
exultent in conspectu domini,quoniam ve-
nit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia,&
populos in æquitate.

EXPLANATIO.

Saluavit sibi dextera eius. *Id est*, auxilium,
et salutem nobis attulit sua tantum dextera,
et brachio sancto suo : sic autem appellat vi-
genam filium dei . Hac eadem loquendi figura
Iesus est Esaias, cum inquit, *et* vidit, quod me-
ma aderat, *et* admiratus est, quod non foret,
qui occurseret, *et* saluavit sibi brachium suum:
id est, cum dominus videret, neminem esse, qui
tueretur innocentes, ipse suis viribus illos se-
xauit.

PSAL. CVM PARAPH. 306

Notum fecit. Apostoli enim apud omnes
gentes diuulgaret euangelium, quo salus mor-
tidum continetur, *et* iustitia dei.

Recordatus est misericordia sua. Simile
est illud Mariae Virginis, Audiuit Israelem pue-
rum suum recordari misericordia sua, sicut lo-
cutor est ad patres nostros Abraham, *et* semini
eius in secula.

Quoniam venit iudicare terram. *Hec verba*
interpretati sumus in explanatione psal. 96.

ARGUMENTVM PSAL.

X C I X.

Prædicat potētiā, iustitiā, & misericor-
diam dei, & populum ad cultum, & ve-
nerationem illius adhortatur.

Psalmus X C I X.

Domus regnauit, contremiscant po-
poli, qui sedet super Cherubim, com-
mouetur terra.

Dominus in Sion magnus, & excelsus su-
per omnes populos.

Confiteantur nomini tuo, quoniam ma-
gnus & terribile, & sanctum est, & fortitu-
do regis iudicium diligit.

EXPLANATIO IN LIB.

Tu parasti æquitatis, iudicium, & iustitiam
in Iacob tu fecisti.

Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Moyses, & Aaron inter sacerdotes eis,
& Samuel inter eos, qui inuocant nomina
eius.

Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodierunt testimonia eius, & preceptum, quod dedit illis.

Domine deus noster tu exaudiebas eos, deus tu parcebas eis, & vlciscebaris operis eorum.

Exaltate dominum deum nostrum, & adeste in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus deus noster.

EXPLANATIO.

Qui sedet super Cherubim. Eos Cherubinos significat, qui arcam foederis custodiebant.

Et fortitudo regis. Rex, inquit, noster non minus iustitia excellit quam viribus, & potentia.

Scabellum pedum eius. Ita vocat arcam foederis, cui deum insidere, prædicare literæ san-

PSALM. CVM PARAPH. 307

cte ob eam causas, quas alio loco diximus.

Moyses & Aaron. Proponit exemplum Moses, & Aaronis, & Samuelis, qui præstantissimi fuerunt religione, ac sanctitate, & ob eam rem thalissimi deo.

Deus tu parcebas eis, & vlciscebaris opera eorum. Hec non dicit de virtute sancti, quos commemoravit, sed de iis, qui eorum imperio subiecerant, neque id cuiquam mirum videatur: solent enim scriptores Hebrei ea, quæ vocantur à genitacis pronominis, sepius ponere, quæquam nihil antecedit, quod illa referri possint: hoc cum ex alijs locis huius libri, tum ex illo versu psalmi 16. perspicuum esse potest, Multiplicata sunt idola eorum, postea ium accelerauerunt, profecto hec crimina non conuenient in homines sanctos, quorum mentio sit in verso superiore, sed in impios, qui defecerant a deo. Itaque verboru, quæ nunc explanamus, hec est sententia, deum tamchilos habuisse Mosem, Aaronem, & Samuelem, ut ipsorum causa populo peccati parceret & gnatuer vindicaret, si quis iniuriæ eis facere conatur, cui rei testimoniosunt quæ, qui seditionem contigerat aut sunt contra Mosem, & fratrem eius, illorum enim partim hiatus terre absorti sunt, partim ab igne interierunt: qui vero Samuelis principatum repudiarunt, eos subiecit deus tyrannus Saulis, a quo maximis incommodis effecti sunt.

Pp

runt. Hanc explanationem cō libertius amplietur, quod illa cum Symmachī interpretatione consentit; autem cū vir eleganti iudicio fore, in convertendis libris sanctis ex Hebræo, non necesse putauit verbum pro verbo rendere, sed sanitas habuit, si sententias commode ac fideliciter exprimeret.

ARGUMENTVM
PSALM. C.

Hortatur omnes mortales, & præcipue Iudeos, vt memores sint beneficiori Dei, qui nos creauit, regit, ac tuerit, vt nūquam intermitteat sint gratiarū actiones.

Psalms ad laudem C.

IVbilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia.

Introite in conspectu eius in exultatione.

Ecclitate. quod dominus ipse est deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Nos autem populus eius, & oves pascitur eius. introite portas eius in confessione, aetria eius in hymnis, confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam benignus est

dominus, in æternum misericordia eius, & visque in generationem, & generationem veritas eius.

EXPLANATIO.

Sequite domino in lætitia. Hoc nomen praefere potest, nisi qui certam spem habet deum sibi esse benignum patrem: id autem solus spiritus sanctus persuaderet, testificans nos esse filios, & haeredes dei.

Scitote quod dominus. Haec, que iubet nos seruire vir sanctus, facilissima cognitu videntur, sed tunc quisque sciat, se seruire, dominum esse deum suum, cum spem omnium rerum suarum in ipso collocari, & gloriam sanctissimi nominis sua glorie, pecunie ac vita præposuerit. haec quando non facimus, tandem dominum esse deum nostrum ignoramus: immo verum cum Deum nominamus, huic verbo que sententia subiecta sit, non satis intelligimus.

Nos autem populus eius. Nos, inquit, non solum creauit sicut ceteros, sed etiam ex omnibus gentibus elegit, quos præcipue amaret, ac iuaretur.

PARAPHRASIS
Carmine.

Pp. 5

Vrbes, & agri cantibus
 Sonate, leta maximo
 Seruite mente numini,
 Lætis adite plausibus.
 Ad atria eius aurea.
 Ipse, ipse verus est Deus,
 Terræ, polique conditor:
 At cæterarum gentium
 Non dū, sed aurum, & marmora.
 Tu nos pater sanctissimè
 Tua benigna dextera
 Finxisti, ouiculae nos tuæ
 Sumus, tuæ scientie
 Dulcissimo nos pabulo
 O pastor optimè nutriendis,
 AEternas donas secula
 Vitam beatam ducere.
 Ergo deum canamus ô
 Viri, & pudicæ feminæ.
 Adite sancti ianuas
 Templerionantes dulcia
 Carmina, sonent latè omnia

Nomen Dei sanctissimum:
 Mā dulcis, & rerum omnium
 Amabilissimus est Deus.
 Absumerat ignis sydera,
 Tellus peribit: at Dei
 Mirabilis clementia,
 Et veritas semper manent

ARGUMENTVM
PSAL. C I.

D Escriptit officia p̄ij, & optimi principis: quāquā ferē omnia præcepta hæc pertinent etiam ad institutionem hominum priuatorum.

Psalmus C I.
M Isericordiam & iudicium cantabo, tibi domine psallam.
 Intelligam in via immaculata, quando vies ad me!
 Ambulabo in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.
 Non proponam ante oculos meos rem iniustam, facientem præuaricationes odio habebo.
 Nec adhærebit mihi: cor prauum recedet

E X P L A N A T I O I N L I E .

ā me, malignum non cognoscam.

Derahem tem secretō proximo suo pūna interficiam.

Elatum oculis, & insatiabili cōrde hunc non tolerabo.

Oculi mei ad fideles terræ, vt sedat mecum ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit.

Non habitabit in medio dōmīus mēs, qui facit fraudē: qui loquitur mendacia, non di rigetur in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiam omnes peccato res terræ, vt disperdam de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

E X P L A N A T I O .

Misericordiā, & iudiciā. Misericordiā, in quī, & iustitiā semper colā, carminibus meis celebro, eroq; semper paratiſimus ad homines in uandos, & subleuandos, & ad omnia recte, & iustè ad ministranda: in primis tibi domine psalmam, & perpetuus hymnis gratias agam, qui ha virtutes, & ceteræ omnia bona largiris.

Intelligam in via immaculata. Id est, stude bo versari sapienter in recta, & pia viuenditione, sed nihil proficiam, nisi conatus meos ipse iuenerit: quando igitur venies ad anjum meum illumque splendiſiſima luce sapientia tua illu strabis, & amore sanctissimo inflammas;

P S A L M . C V M P A R A P H .

310

Ambulabo. Proponit nobis effigiem solidæ, expreſſę virtutis, qua sine in publico verſetur, sine in domo intimam ſe abdat ſemper eſt eadem, tantumque abhorret à scelere, & maleficio, vt etiam ipſam cogitationem castam, inuoluntaque coſeruet: vſum vero, & familiaritatē improborum repudiat, ſequē ad honestas, & pia amicitias cupidissime adiungit.

Cor prauum à me recedet. Id eſt, ſi que ex meis deprehendero animo prauo, & peruerſo, illi ego interdicam domo, & familiaritate mea.

Oculi mei ad fideles. Diligenter inueſti ga bo, quānam in terra Iudea fidem, & iuſtitiam collant, corumque familiaritatē ſemper utar.

Nō dirigetur in cōſpectu oculorū meorū. Id eſt, apud me gratiſus non erit.

In matutino. Id eſt, adhibito ſummo studio, & diligentiā, nullaque inter poſita moris: nam hoc verbo mane, ſepiſimè utuntur in hanc ſententiam litera ſancta, vt alio loco admonuimus.

A R G U M E N T U M

P S A L M . C I I .

Precatio eſt Hebrææ gentis apud Baby lonios durifſimam feruitutem feruentis, & calamitates suas deplorantis. Vari cinatur autem de reditu illorum ab exilio: item de regno Christi, & conuersione omnium gentium ad veram religionem.

Pp. iiiij

EXPLANATIO IN LIB.

Oratio pauperis, cùm anxius esset,
& coram domino effunderet
orationem suam,
Psalms CII.

D Omine exaudi orationem meam, &
clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in qua-
cunque die tribulor, inclina ad me aurem
tuam.

In quacunque die inuocauero te, veloci-
ter exaudi.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, of-
fa mea sicut torris adusta sunt.

Percussus est vt herba, & aruit cor me-
um, quia oblitus sum comedere panem
meum.

Propter vocem gemitus mei adhæsit or-
meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis,
factus sum sicut nicticorax incolens de-
serta.

Vigilaui, & factus sum sicut passer solita-
rius in tecto.

Tota die exprobrant mihi inimici mei,
& insultantes mihi per me iurant.

Quia cinerē tanquam panem manducavi,
& poculum meum cum fletu misciui.

PSALM. CVM PARAPH. 311

A facie indignationis tuę, & irae tuę, quia
eleuans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinauerunt, &
ego sicut herba arui.

Tu autem domine in æternum perma-
neces, & memoria tui in generatione & gene-
rationem.

Tu exurgens miscreberis Sion, quia tem-
pus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides
eius, & terræ eius miserebuntur.

Et timebūt gentes nomen tuum domine,
& omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificabit dominus Sion, & videbi-
tur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium, & non
spreuit preces eorum.

Scribantur hæc pro generatione futura,
& populus, qui creabitur laudabit domi-
num.

Quia p̄spexit de excelso sanctuario suo,
dominus de cœlo in terram aspexit.

Vt audiat gemitus compeditorum, vt sol-
lat filios mortis.

Vt annuncient in Sion nomen domini, &
laudem eius in Hierusalem.

Cum conuenerint populi in vaum, & re-
ges, vt seruant domino.

EXPLANATIO IN LIB.

Affixit in via fortitudinem meam, abbre-
vianit dies meos.

Dicam, deus meus ne rapias me in dimi-
dio dierum meorum, in generatione, & ge-
nerationem anni tui.

Initio tu domine terram fundasti, & opt-
ra manuum tuarum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, & om-
nes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & muta-
buntur: tu autem idem ipsi es, & anni tuoi
deficient.

Filiij seruorum tuorum habitabunt, & se-
men eorum in seculum dirigetur.

EXPLANATIO.

Et ossa mea sicut torris adusta sunt. Si-
verit etiam Symmachus: significat autem pre-
dolore animi corpus ipsum macie confectum esse.

Percussum est ut herba. Ut herba solubilis
dure percussa, vel falce demessa exarescit: illa
cor meum ab his calamitatibus, & angoribus
extabuit.

Adhæsit os mei carni meæ. Significat hæ-
verbis, carnis suæ ita cōsumptæ esse ab duo flum.
& mærore, ut ossa tam cuncta inhererant, neque illa
caro intercedat: hebræa enim lingua carnem pñ

PSALMVM PARAPHR.

322

cute diquando appellare solet.

Pellicano solitudinis. Quidam venterunt ex
Hebræo, onocrotalo: sed ne Hebræi quidem
sunt, quenam istæ aues sint.

Et insultantes mihi per me iurant. Id est,
ad tantam calamitatem, & miseriam venimus,
ut qui iurantes sibi mala volunt praecari, He-
bræorum ærumnæ sibi presentur.

Quia cincrem. Significat, se in maximo lu-
elu, & mærore efflugentes enim in puluere ia-
cerè confuerant.

Quia cleuans allisisti me. Elegantisima al-
legoria exaggerat magnitudinem iræ diuinae, &
calamitatis sue: nam quæ volumus ad terræ gra-
niter affigere, ea aliè extollimus.

Dies mei sicut umbra declinauerunt.
Comparas vitam suam fugacissimam umbrae
inclinate, & iam, iamque in tenebras evanescēti.
Sic in Psalmo 109. Sicut umbra cum declinat,
ego pertransio. De umbribus inclinati est illud
Vergilius: Maiorē que cadunt altis de montibus
umbrae.

Quia tempus miserendi eius. Significat,
70, illos annos, per quos duratura erat servitus
Hebræorum, iam exactos esse, idque eo etiam ar-
gumento probat, quod iam Cyro, & Dario pla-
nuisset Hierosolyma instaurari: eos autem ser-
uos Dei, appellat, propterea quod Deus opera-

EXPLANATIO IN LIB.

eorum ad res magnas administrandas *ysu* si.
Sic etiam dominus apud Esaiam vocat Cyru-
seruum suum.

Et omnes reges terræ. Id fieri ceptum iam tum à Cyro & Dario, sed perfectum est pa-
stea, dum filium Dei corpus humanum assumpsi-
set.

Et videbitur in gloria sua. Etenim homi-
nes à vera religione aborrentes eū videbunt Hiero-
solyma, & templum Dei euersa esse, cūque
cultores omnibus calamitatibus oppressos: irri-
bant ipsum deum tanquam imbecillum, quique
sibi, ac suis opitulari nō posset, itaque urbs infi-
rata, & populus in libertatem vindicatus, & il-
lum magnificentius extrulatum, hec inquit
omnia ad maximam Dei gloriam redundauisse
erant. Sed hæc, & ea quæ sequuntur, in primis
ea sunt à viro sancto de edificatione ecclesie, &
regno Christi, quarum rerum imagines aq[ue] u-
mbra erant res, quia exponuntur in hu[m]i]nibus
quidem cùm deus gentem Hebreæ durissima
la seruitute Babylonica liberaret, significans
missio Christi liberaturum crudelissima tyranno-
de diaboli genus humanum, quod vinculis &
compedibus vitorum & scelerum obstrictum,
mortique sempiternæ addictum erat. Inflatura-
tio autem Hierosolymorum & tēpli significabat
constitutionem religionis christiane, & ecclie

sante, inquam populi, & reges conuenturi erāt
ad colentium, & venerandum verū deum abie-
ctæ superstitione, atque ita ille videndus erat in
gloria sua, id est, nomen eius omnibus terrarum
fibus celebre futurum erat, cū scilicet morta-
les intelligentes ipsum esse, qui per unigenitam fi-
lium suū non solum omni peccata deler, sed etiam
vitam beatam & immortalem donar, Deos fi-
chos, & commentios repudiarent, atque illius
sanctissimo numini summa reverentia preces,
cultus, honores adhiberent.

Filios mortis. Id est, morti iam addictos.

Affixit in via. Attrivit hostis (inquit) vel
ipse deus vires meas longis itineribus, & magni-
tudine calamitatum breuiores mihi vitam redi-
dit.

In generatione & generatione anni tui.
Consolatur se prædicanda infinita potentia Dei,
aque eius eternitate: cùm enim ille omnium re-
rum præpotens sit, nulla vis eū prohibere potest,
quo minus populu suum è manib[us] impiorū eri-
piat: quemadmodum se facturum pollicitus est,
atq[ue] idem vita optima, & sempiterna sit, vnde
miseris animantibus vita manat, & spiritus,
præfecto homines p[ro]p[ter]i, qui cū ipso tam arcto amo-
ri vinculo conglutinati sunt, ut nihil fieri posse
cupiat, nullo modo perire possunt, licet oculis
impediti mori videantur, itaque cū infra di-

EXPLANATIO IN LIT.

xix*stet, domos Dei esse innumerabiles, subiungit, p-*
ly seruorum tuorum habitabunt, & seminaturum
coram te stablietur, significans his verbis, si De-
terminus est, etiam eos, qui in terris iuste cum fa-
de, & pietate deum colunt, in celo vnde cum illa
beatos eum acturos sempiternum.

Ipsi peribunt. De hoc interitu celi, atque in
immutatione diuus Petrus in 2. epist. scribit ad
hunc modum, Veniet autem dies domini sicut ful-
lum nocte, quo celi magno impetu transibunt, de-
menta vero calore soluentur, terraque, & gen-
ta in ea sunt, opera exurentur. Cum igitur hanc
ma dissoluantur, quales nos esse oportet in sa-
etas conuersationibus, & pietatis expectante,
& accelerantes aduentum diei dominii per quem
celi incensi vniuersi solvuntur, & elementa igni
ardore liquefcunt. Sed celos nouos, ac terram
vnam iuxta promissum ipsius expectamus, in qua-
bus iustitia inhabitat.

ARGUMENTVM

PSAL. C III.

Celebrat hochymno suauissimo miseri-
cordiam, & bonitatem dei erga huma-
num genus, & docet nos agere gratias pro
beneficiis, quae ille quotidie in nos libera-
lissime confert.

Psalms

C III.

PSAL. C V M PARAPH. 314

Benedic anima mea domino, & om-
nia, quæ intra me sunt nomini sancto
cuius.

Benedic anima mea domino, & noli obli-
uisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniuriantibus
tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam, qui
coronat te misericordia, & miserationibus.

Quia satiat bonis animam tuam, renoua-
bit ut aquila iuuentus tua.

Faciens misericordias dominus, & iudi-
cium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi, filius Israel
voluntates suas.

Misericors, & clemens dominus, longa-
nimis, & multum misericors.

Non in perpetuum contendet, neque in
eternum vlciscetur.

Non secundum peccata nostra fecit no-
bis, neque secundum iniuritates nostras re-
tribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli à
terra corroboravit misericordiam suam su-
per timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente, lon-
gefecit à nobis iniuriantes nostras.

Quo modo miseretur pater filiorum, mi-

EXPLANATIO IN LIB.

fertus est Dominus timeatum se, quoniam
ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est, quod pulnis sumus, homo
sicut herba dies eius, tanquam flos agri, sic
eflorescit.

Quoniam ventus pertransibit illum, &
non subsistet, & non cognoscet cum amplius
locus eius.

Misericordia autem domini ab aeterno, &
usque in aeternum super timentes cum.

Et iustitia illius in filios filiorum his, qui
seruant testamentum eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius ad
faciendum ea.

Dominus in celo stabiliuit sedem suam,
& regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite deo angeli eius, potentes virtute,
facientes verbum illius ad audiendam
vocem sermonum eius.

Benedicite domino omnes exercitus eius,
ministri eius, qui facitis voluntatem
eius.

Benedicite domino omnia opera eius in
omni loco dominationis eius, benedic ani-
ma mea domino.

EXPLANATIO.

PSALM. CVM PARAPH. 315

Omnia, quae intra me sunt. Ita vocat co-
igitationes, & intimos animi sensus, & affe-
ctiones.

Omnis retributiones eius. Consuetudine
linguae Hebreæ retributiones appellat beneficia,
qua deus ultra nobis tribuit pro sua incredibili
misericordia.

Qui propitiatur omnibus iniuriantibus
tuis. Ea tibi condonans, & sanas omnes morbos
animi & corporis tui.

Qui redimit de interitu. Ex crebris enim
& grauissimis periculis deus eripuit Dauidem,
et illum tandem ad regiam dignitatem perdu-
xit, sed & nos quotidie pericula maxima adire-
mus, nisi eius misericordia, & clementia tamquam
scuto firmissimo protegeremur.

Qui replet bonis animam tuam. Ita ver-
tim secuti interpretationem Abrahāmi Esdræ.

Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. A-
pud autores probatos nisi quæ legi, aquilam ex
proiectiori estate ad iuuentutem redire, itaque
hanc scio. an horum verborum hæc sit sententia,
mes suas ita redintegratum iri, ut robustissimæ
iuuentuti aquilæ comparari queat.

Notas fecit vias suas. Hoc in præcipuis dei
beneficiis numerandum est: nisi enim ille nobis a-
perisset quid de suo numine sentiendum, que
ren sanctitas, que pura, & casta religio, quid

Q. 9

in vita sequendum, fugiendumve sit, in maximi profectio errorum tenebris versaremur. Neque tamen hoc satis est putandum, quod deus nisi suas errantibus indicarit, nisi idem suo spiritu nos per eas ducat talis enim, et tanta est animorum infirmitas, et depravatio, ut eius auxiliis destituti nihil boni agere possumus.

Quomodo miseretur pater. Parentes enim nulli filiorum iniurias ab amore deterrentur, sed illorum errata modo dissimilant, modo salutat, ter castigant, eoque incredibili studio, et pietate amplexantur.

Quoniam ille cognovit figmentum nostrum. Naut, inquam, nos non solum è luto factos esse, sed etiam, dum concipiunt in via matris ita contagione peccati contaminari, ut libidines, atque omnia vitia simus maximè praelues.

Tanquam flos agri efflorescit. Qui enim modo vigebat, et formosissimus erat, dicto ita edita anima tabescit, et penè in nihilum recidere videtur, non aliter quam flos, quem ubi ventus aliquis immotio perflavit, illico desinit esse, neque cernit amplius eum locus, ubi paulo ante pulcherrimus floruerat.

Misericordia autem domini. Vita quidem hominum fragilis, et fugacissima est, sed misericordia dei est immortalis, et sempiterna: quae

quidem facit, ut cultores ipsius, quanvis suapre natura sint inane, et caduci, anno sempiterno beatissimi fruantur.

Dominus in celo. Hæc est maxima piorum consolatio in hac vita fragili, et caduca, plenaque laborum, et calamitatum, quod certò sciunt, deum in celo sempiternam domicilium habere, cuiusque potestate, ac nomine omnia regi, gubernarique, ut minime dubitandum sit, quin ille piorum, impiorumque rationem habeat.

Benedicite domino angelii eius. Itaq; cum summus ille deus sit omnium rerum dominus, neque solum imperio terrarum potiatur, sed etiam celo, cœlitibusque praesideat, eo que perinde ac cetera omnia ex nihilo credit, tuncatur, atque conseruet, adeste o sanctis beatis, et nobiscum una hymnos sanctissimo eius numini cantate, cantate laudes deo o fidissimi nunti, et ministri eius, qui viribus vestris innumerabiles copias impiorum ad intermissionem saepè cœcidistis, quae que nihil sanctius aut antiquius habetis: quam vestri parentis, et creatoris mandata execui, atque illius dicto audienter esse.

Benedicite domino omnes exercitus eius. Hoc ait, quoniam sunt multi ordines illarum mentium beatarum, quæ corporibus vacant.

Benedicite domino omnia opera eius. Hortatur etiam ea, quæ ratione, et sensibus can-

B X P L A N A T I O N E .

rent, ad hymnos canendos, significant, ad omnes mundi particulas beneficia dei permanare, tum etiam, quicquid cernimus, et sensibus usurpamus, ad bonitatem, et sapientiam dei contemplandam, et praedicandam homines excitare.

A R G Y M E N T U M . P S A L M U M .

C I I I .

Superiori hymno celebrauerat incredibilem misericordiam, & benignitatem dei erga se, ac caeteros mortales: hoc elegantissime describit pulchritudinem rerum ab eo creatarum, & excellētiam earum partium, ex quibus haec admirabilis vniuersi amplitudo constituta est, in quibus omnibus claret infinita vis, & sapientia, & bonitas dei.

Psalms C I I I .

BEnedic anima mea domino, dñe deus meus magnificatus es vehementer.

Gloriam, & decorum induisti, amictus lumine sicut vestimento.

Extendens oculum sicut cortinam, quietigis aquis coenacula eius.

Qui ponis nubes currum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.

P S A L M . C V M . P A R A P H . 317.

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.

Qui fundasti terram super basem suam, non mouebitur in seculum seculi.

Abyssō sicut vestimento operuisti eam, super montes stabant aquæ.

Ab irecreatione tui fugerunt, à voce tonitruis tui precipites defluxerunt.

Ascenderunt montes, & descenderunt campi in locum, quem fundasti eis.

Terminus posuisti, quem non transgredientur, neque reuertentur operire terram.

Tu emittis fontes in fluvios, qui inter montes labuntur.

Bibunt inde omnes bestiæ agri, extingunt onagri sitim suam.

Iuxta illos volucres cœli habitant, de medio frondium dant vocem.

Tu rigas montes è coenaculis tuis, de frumento operum tuorum satiatur terra.

Tu producis gramen iumentis, & herbam homine cultum adhibente.

Vt educat panem è terra, & vinum lætitias eorū hominis,

Et nitere facis faciem ab olco, & panis eorū hominis confirmat.

Saturantur ligna domini, & cedri Libani, quas plantauit, illie passeris nidificant.

Q q iiij

EXPLANATIO IN LIB.

Ciconiae domus sunt abiectae, montes ex-
celsi cervis, petra refugium herithacis.

Tu fecisti lunam in tempora, sol cogno-
uit occasum suum.

Tu ponis tenebras, & sit nox, in ipsa va-
gantur omnes bestiae sylva.

Catuli leonum rugientes ad prædam, &
quærant à deo escam sibi.

Oriente sole congregantur, & in cubili-
bus suis conquiēscunt.

Exit homo ad opus suum, & ad laborem
suum usque ad vesperam.

Quām magnifica sunt opera tua domine,
omnia in sapientia fecisti, impleta est terra
possessione tua.

Hoc mare magnum, & spatiōsum, illuc re-
ptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis: illuc nauis
pertransiunt,

Leviathan iste quem formasti ad luden-
dum in eo: emnia à te expectant, vt des illis
escam in tempore.

Dante te illis colligent, aperiente tē ma-
num tuam omnia replebuntur bonis.

Auertere autem te faciemus eam coitare
babuntur, aufertes spiritū eorū, & deficiens
& in pulverem suum reuertentur.

Emitēs spiritum tuum, & creabuntur, &

PSAL. CVM PARAPH. 318

renouabis faciem terræ.

Erit gloria domini in seculum, lætabitur
dominus in operibus suis.

Qui respicit terram, & facit eam tremere,
qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo domino in vita mea, psallam
deo meo, quandiu sum.

Iucundum sit ei eloquium meum, ego læ-
tabor in domino.

Deficiant peccatores à terra, & iniqui
amplius non sint, benedic anima mea do-
mino. Alleluia.

EXPLANATIO.

Gloriam, & decorum induisti. Nam ma-
gnitudo, & præstantia rerum creatarum tanta
est, vt te quasi gloria, & splendore vestire video-
tur, dum viuēs mortales excitat ad suspi-
cēndam, & prædicandam potentiam, & boni-
tatem, & sapientiam tuam.

Qui tegis aquis cœnacula eius. Videtur
inuenire id, quod scriptum est in Genesi, &
dixit deus inter medium aquæ, que erat infra fir-
mamentum: & inter medium aquæ, quæ erat su-
per firmamentum.

Qui ponis nubes. His allegoriis significare
videtur vim diuinam ubique præsentem, seque-

Q. q. iiiij

EXPLANATIO IN LIB.

per omnes mundi particulas insinuatem, & tanquam celerrime omnia per meantem.

Qui facis angelos. Id est, qui ventis, & igne vteris tanquam ministris, & nuntiis. Ventorum ministerio deus viam stravit Hebreis in mari rubro, igne Sodomitas consumpsit: sunt alia multa exempla eiusdem generis in historia sacra, eadem fere loquendi figura vsus est in psal. 149, cum dicit: Ignis, grando, nix, vapor, spiritus proceliarum faciens mandatum eius. Ita Hebrei explanant hunc locum. Sed diuinus Paulus in epistola ad Hebreos scripta sic interpretatur, tanquam ea dicta sint de mentibus illis beatissimis, quae sunt ab omni admisitione corporum pura, atque sincera: ut David predictet, deum non solum earum rerum, quae sub aspectum cadunt, sed etiam earum, quae sola cogitatione percipiuntur, opificem suisse. Venit autem eas mentes spiritus, & ignem venientem, & celeritatem, & vim, atque efficacitatem earum declararet. Sic Theodoretus, atque Euthymius interpretantur, sed Dionysius haec diligenter persequitur in libro qui inscribitur de caelesti Hierarchia.

Qui fundasti terram super basim suam, Basis terrae est centrum ipsum, ad quod omnes terrae ipsius partes undique suo pondere nituntur, atque ita in medio mundi terra immobilia maneat.

PSALM. CVM PARAPH. 319

Abyssus sicut vestimento. Describit eleganter opus tertij diei, quo die summus ille opifex omnem vim aquae in unum locum coegit, ut existeret terra. Itaque ait, a principio terrae omnes aquae amictu operata fuisse, sed horrifica vox dei Oceanum increpitum, & per terrae factum sepe in fugam dedisse, tunc primum apparuisse montium altitudinem, camporumque, ac valium humilitatem. Non dissimilis est illa Virgilii descriptio:

*Tum durare solum, & discludere Nerea ponte
Ceperit, & rerum paulatim sum: re formas,
Iamque nouum terrae stupent lucefcere soleb.
Incipiant sylvae cum primum surgere, cùmque
Rara per ignotos errant animalia montes.*

Terminus posuisti. Humilitas ipsa loci, quo niterit aqua, terminus est, quem deus ei praefixit, ne terras possit obruere: cum enim illa suape natura deorsum versus feratur, terra autem effectus ex elevor eius receptaculo, qui posset villa vis maris amplius eam submerge?

Sed onagri sitim suam. Meminit praecipue onagrorum, propterea qd id animal solitudines maximè persequitur, & ob eam rem in lacis arietibus fere commemoratur, & siti laborat.

Vt educat panem è terra. Colit inquam homines agros, ut cibum fibi è terra sine eliciat.

Et vinum lætitias cor hominis. Quidam

EXPLANATIO IN LIB.

ita vertunt, & vinum, quod laetificat cor hominis, & oleum, quod nitidam reddit faciem, & panem, qui cor hominis confirmat.

Saturantur ligna domini. Ea genera arborum significat, quae sunt non rastris hominum & vili obnoxia curæ, sed benignitate dei sponte sua oriuntur, & secundis imbris irrigatae summa suam explet, seque formosas, viridesque conservant.

Tu fecisti lunam in tempora. Id est, ut cum cursu tempora distinguantur, & notentur, sed illud scire oportet, vocabulum Hebreum significare ea tempora, quibus homines conueniunt ad dies festos, & solennes celebrandos: ea vero tempora ad luna cursum notabantur, ut scriptum est in Exodo, & Leuitico.

Tu ponis tenebras. Exponit utilitates, qua percipiunt animantia ex vicinitudine dierum, at noctium.

Leviathan iste. Hoc verbo significat immenses illas, & vastas belugas mari.

Omnia à te expectant. Hic est tanquam epilogus hymni, in quo admirabili orationis magnificentia describit prouidentiam Dei, cunctis animantibus spiritum, vitam, visumque largitatem, ut sine eius praesentia & tutela, omnia in hilum interire necesse sit,

Erit gloria domini in seculum. Cum ita-

P S A L M O C V M I P A R A D I S . 320

que deus tam multiplices res, tamque admirabilis pulchritudine, & varietate distinctas ex nihilo creauerit, illæque tanta benignitate tueantur, atque conferuerit, iure, ac merito eius gloria semper floret, & ad infinita seculorum ætates propagatur.

Qui respicit terram. Hoc versiculo magnificè describit potentiam dei, qui vel solo aspectu terra tremescat, & montes solo contactu intundat, & fumo, atque igne compleat. Innuit autem rem pestilam in monte Sina.

Cantate dominu[m] in vita mea. Vir sanctus ex tantam reverentia contemplatione, ad cultum, & venerationem dei mirabiliter accensus proficitur, se totam vitam consumpturum in canendis, & celebrandis laudibus dei, in quo uno omnes suas voluptates, & inceditantes fit collocaurus.

Benedic anima mea domino. Alleluya. Non satis esse existimans, si solus ipse laudes fanfissimi numinis cäbarerit, cæteros quoque ad eam rem hortatur, cum ait, alleluya, quod latine sonat laudate deum.

A R G U M E N T U M P S A L . C V .

Hortatur populū ad laudes dei canendas. Exponens immortalia ei^o bñficia in gē-

BEXPLANATIO IN LIB.

tem Hebræorum: repetit autem historiam
usque ab Abrahamo, cāmque perducit ad
ea tempora, cūm deus terram Cananæorum
Iudeis possidendum dedit.

Psalms.

CV.

Confitemini dño, & inuocate nomen eius, annūtiate inter gētes opera eius.

Cantate ei, & psallite ei, narrate omnis mirabilia eius.

Gloriamini in nomine sancto eius, letetur cor querentium dominum.

Quærите dominum, & fortitudinem eum, quæritate faciem eius semper.

Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigiorum eius, & iudiciorum oris eius.

Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.

Ipse dominus deus noster, in vniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in seculum foederis sui, verbi quod mandauit in mille generationes.

Quod pepigit cum Abraham, & iuramenti sui ad Iacob.

Et statuit illud ipsi Iacob pro lege, & Israeli in foedus aeternum.

Dicens, tibi dabo terram Canaanam sumi-

PSALM. C V M P A R A P H . 31

culum hæreditatis vestræ.

Cum essent numero exigui, paucissimi, & peregrini in ea.

Et pertransirent de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

Non permisit hominem nocere eis, & corripuit propter eos reges.

Nolite tangere Christos meos, & in prophetas meos nolite malignè agere.

Et vocauit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit.

Misit ante eos virum, in feruum venundatus est Ioseph.

Affixerunt in compedibus pedes eius, in ferrum venit anima eius, donec veniret verbum eius.

Eloquium domini purgauit eum, misit rex, & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum.

Constituit eum dominum domus suæ, & principem omni possessionis suæ.

Vt vinciret principes ipsius pro arbitrio suo, & senes ipsius sapientiam doceret.

Et inerauit Israel in Aegyptum, & Jacob secunda fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum vehementer, & roborauit eum super inimicos eius.

Conuertit cor eorum, ut odiret populum

suum, & dolum facerent in scriuo suu.

Misit Moysen seruum suum, Aarón, quoniam elegit.

Posuerunt inter eos verba signoru eius, & prodigiorum in terra Cham.

Misit tenebras, & obscurauit, & non fuerunt rebelles verbis eius.

Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.

Et dedit terra eorum ranas, in penetrali- bus regum ipsorum.

Dixit, & venit multiplex turba infedelium, & pediculi in omnibus finib[us] eorum.

Conuertit pluuias eorum in grandinem, in ignem, comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum, & ficalneas eorum, & contriuit lignum finium eorum.

Dixit, & venit locusta, & bruchum, cum non erat numerus.

Et comedit omnem herbam in terra eorum, & comedit fructum terrae eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primicias omnis fortitudinis eorum.

Et eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribibus eorum infirmus;

Lætata est Aegyptus in protectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos,

Expandit nubem in protectionem eoru, & ignem, ut luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit corurnix, & pane cœli saturauit eos.

Interrupit petram, & fluxerunt aquæ: decurrerunt in sicco flumina.

Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham seruum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum hereditate possederunt.

Vt custodiant iustificationes eius, & leges eius obseruent. Alleluya.

Gloriamini in nomine sancto eius. Ille gloriatur in deo, qui eius liberalitati acceptum refert, quicquid prædicabile, & gloriatio di- gum, e habere existimat. Fortitudinem dei quaerit, qui persæcta inanitate virium suarum, se ac sua omnia potentissimi namvis tutele, præsidioque committit. Faciem dei semper quaerit, quisquis ante omnia studeat, ut omnibus in rebus potentiam, bonitatem, & sapientiam illius compleatur, cùmque præsentem, ac propitiū semper habeat.

In vniuersata terra iudicia eius. Penes ipsum est imperium omnium terrarum, & tamen nisi cæteris omnibus gentibus chariores habet.

Memor fuit in seculum. Semper dominus memor fuit foederis, quod fecerat cum Abraham, foederis inquam, quod durare voluit ad innúmerabiles seculorum aetas.

Et statuit illud ipsi Iacob pro lege. Legi huic foederi erant, ne Hebrei aliquem deum colerent extra ipsum, ipse contra nullam gentem & quæ chanam haberet atque Hebream.

Funiculum hereditatis vestra. Hac loquendi figura ducta est à consuetudine Indorum, qui funibus agros metiebantur. est igitur sensus, assignabo tibi agros Chananæorum, ut non possidcas iure hereditario.

Nolite tangere. Cestigavit inquam reges eos admonens his verbis, Nolite tangere Christum, Christos autem suos appellat eos, quos spiritu suo ynxerat, & veros reges, ac sacerdotes constituerat, de qua vñctione dictum est in explanatione psalmi 45.

Et vocauit famem super terram. Cognitum earum rerum, qua attingantur huius versibus, maximum solatum prabere debet hominibus, pia in calamitate, promiserat deus terram Chananæorum familias Abrahami, sed antequam illa promissum consequeretur, pene fame enclausa

Aegyptum fugere, & durissimam, maximèq; diuturnam servitatem apud Barbaros servire coacta est. Idem Iosephum eo consilio premisit in regionem illam, vt dignitate regi proximus evaderet, neque familiam suam modo, sed vniuersam AEGYPTVM ab imminenti exitio meretur: sed vide, quam duris initia, & progressionibus adolescentem fibi charissimum ad eum honorem, potentiamque perduxerit. Hæc intelligens vir pius, cui vita beata, & immortalis promissa est a DEO, tum maxime spes bona, bonisque animo esse debet, cum maximè calamitosus est: sicut enim summus ille pater ad inferos deicere, quos caelo donare confiuit: contraque, impios ad breve tempus in sublime tollit, ut graviora casu decadant in miseras semper.

In seruum venundatus est Ioseph. Memorabile profectò exemplum nobis proponitur, quo intelligamus, bonis omnia vertere in bonū. Vendicat à fratribus homini barbaro Iosephus, quid miserius? at hæc calamitas non solum maximum prospexitatem iuueni sancto, sed etiam salutem familie sue, & cunctis Aegyptiis perdit. Itaque cum fratres huius nefarii sceleris resiavi, & impunitatem peterent, hoc pulcherrimum responsum ab eo tulerunt, Omittite omnem metum, num repugnare possumus.

EXPLANATIO IN LIB.

dei voluntatis? Vos qui em mihi perniciem comparatis, sed deus culpam vestram conuicit ad abnum, ut me ad eam, quam yudetis, dignitatem extolleret, et consilio, atq; opera mea magiam mortali exilio liberaret.

Omne firmamentum panis contrivit. Ita vocat panem, propterea quod eo viri corpori sustentantur.

Misit ante eos virum. In Genesi Capite xxxvii.

In ferrum venit anima eius. Ideo, in vincula ferrea contextus fuit: solet enim Hebreus animam appellare pro animante ipso.

Donec veniret verbum eius. Id est, domittetur a deo via illa interpretandi somnum, de qua Genesi Cap. 40.

Eloquium domini purgavit eum. Interpretatio inquam illa somnorum / quallorem, et fortes carcoris illi eluit, et innocentiam et sanctitatem eius talem esse declaravit, quale est anima purgatum:

Constituit eum dominus. In Genesi Cap. 41.

Ve vineiret principes. Id est, ut prepositus esset etiam principibus Aegyptiis, etque testas esset illos in vincula coniungendi.

Et intravit Israel In Genesi Cap. 45. Agyptum vero appellat terram Cham, propterea

PSAL. CVM PARAPH. 324

quod is genuit Mesanum, a quo regio illa coepit et habitat.

Et auxit populum suum. In Exod. Cap. I.

Conuertit cor eorum, ut odirent populum suum. Vide quid agat prouidetia dei, odia barbare gentis incitat in Iudeos innocentes, ut crudelitas impiorum illastrem, et gloriosem redat potentiam, et misericordiam suam. Itaque cum illi omnibus rebus asperreme tractarentur ab Aegyptiis, neque illa fles ostenderetur, melius fore. MOSES ET AARON a deo mittuntur, qui editis inauditis prodigiis, et universitate Aegypto maxime calamitatibus vexata, gentem suam seruitute liberarent, eamque ad optimam Syria partem traducerent, quam isse omnifamilia Abrahami se promiserat a signaturum.

Misit Mosem. Et capite primo, et quarto Exodi.

Posuerunt inter eos. Moses (inquit) et Aaron ediderunt in Aegypto prodigia maxima numeris dñini.

Misit tenebras. Exod. Cap. 10.

Et non fuerunt rebelles. Deus (inquit) portuosa nocte diem obscurauit vobis operu Moysi, et Aironis: iij enim verbis eius obtemperarunt neque veriti sunt, potentissimi regis inimicities suscipere.

R. r. q.

EXPLANATIO IN LIB.

Conuertit aquas eorum. In Exod. Cap. 9.
Et dedit terra. In Exod. Cap. 9.
Dixit, & venit. In Exod. Cap. 10.
Et percutit omne. In Exod. Cap. 10.
Primitias fortitudinis eorum. Verba
explanata sunt in explanatione psalmi 78.
Et eduxit eos. In Exod. Cap. 13.
Expandi nubem. In Exod. Cap. 13.
Perierunt, & venit. In Exod. Cap. 15.

ARGUMENTVM

PSAL. CVI.

Gens Hebreæ in seruitutē abducta cō
memorat, & peccata maiorū suorum,
& beneficia dei erga illos, & opem sui
calamitatibus implorat.

Psalmus CVI. Alleluia.

Confitemini domino, quoniam be
nus. quoniam in seculum misericor
dia eius.
Quis loquetur potentias domini, auditu
faciet omnes laudes eius?
Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt
iustitiam in omni tempore.
Memento mei domine cum bona volun
tate erga populum tuū, visita me in salu

PSALM. C V M PARAPHR. 235

tari tuo.

Vt videam in bono electorum tuorum, &
leter in latitia gentis tuae, & glorier cum
hereditate tua.

Peccauimus cum patribus nostris, iniustē
egimus, impie fecimus,

Patres nostri in Aegypto non intellexe
runt mirabilia tua, non fuerunt memores
multitudinis misericordiae tuae.

Et rebelles fuerunt iuxta mare, mare ru
brum.

Et saluauit eos propter nomen suum, vt
notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum
est, & deduxit eos per abyssos tāquam per
desertum.

Et saluauit eos de manu odientium, & re
demit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex
eis non remansit.

Et cediderunt verbis eius, & cecinerunt
laudem eius.

Accelerauerunt, oblii sunt operum eius
& non expectauerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscētiā in de
serto, & tentauerunt de vī in solitu
dine.

Et dedit eis petitionem ipsorum & misit
R r iij

maciem in animam eorum.

Et æmulatori sunt Moysæm in castris, & sanctum domini.

Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in congregatione eorum, flamma conibullit peccatores.

Et fecerunt vitulum in Oreb, & adoraverunt conflatile,

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis scenum.

Obliti sunt deum, qui saluauit eos, quicquid magnalia in Aegypto, mirabilia inter Cham, terribilia in mari rubro.

Et dixit, vt disperderet eos, si non Moysæ electus eius steriles in divisione in confutu eius.

Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram defbarebilem,

Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, non obedierunt voci domini.

Et eleuauit manum suam super eos, vt persterneret eos in deserto.

Et vt deiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor, & comed-

runt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt cum in studiis suis, & muliericata est in eis plaga.

Et fecerunt hincées, & vindicauit, & cessauit plaga.

Et reparatum est ei in iustitiam, in generationem, & generationem, usque in sempernum.

Ecce irritaverunt eū ad aquas contradictionis, & vexat^{ur} est Noyes propter eos, quia exacerbaverunt spiritum eius.

Et perperam locutus est labiis suis, non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.

Et commixti sunt inter gentes, & didicierunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandolum.

Et immolauerunt filios suos, & filias suas demoniis.

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam:

Et infecta est terra sanguinibus, & contaminati sunt in operibus suis, & fornicati sunt in studiis suis.

Et iratus est furore Dominus in popu-

EXPLANATIO IN LIB.

lum suum, & abominatus est haereditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eis, qui oderant eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & afflicti sunt sub manibus eorum, sive peliverunt eos.

Ipsi autem rebelles fuerunt in consiliiis suis, & depressi sunt in iniuriantibus suis.

Et vidit, cum tribularentur, & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit foederis sui, & poniuit eum secundum multitudinem misericordiae sua.

Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium, qui captiuauerunt eos.

Saluos nos fac domine deus noster, & congrega nos ex gentilibus.

Ut confiteamur nomini sancto tuo, & contemus laudes tuas.

Benedictus dominus deus Israel a seculo, & usque in seculum, & dicat omnis populus, Amen. Alleluia.

EXPLANATIO.

Quis loquetur potentias. Hec interrogatio. vim negandi habet, significat enim, nemini

PSALM. CVM PARAPH. 327

posselandes dei verbis affequi.

Vt videam in bono electorum tuorum. Hoc loquendi forma est hebreæ, latine autem sic redenda erat, vt delecter videns bona electorum tuorum.

Peccauimus cum patribus nostris. Hæc est illæ animi summisso, qui diuinum numen vel maximis sceleribus violatum placare potest. contra, nihil odiosius superbia Phariseorum, que iactat illas voces. Si fuissimus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in fanguine prophetarum.

Etrebelles fuerunt iuxta mare rubrum. Hæc historia scripta est in Exod. Cap. 14. Sed quidam ex Hebreo vertunt, iuxta mare in mari rubro: ut sensus sit, illos non solum in litore maris rubri, sed etiam dum ipsum mare peribus transmiserent, de deo conqueros esse, et de eius fide, ac prouidentia dubitasse, cum viventerent, Ad Egyptios magno impetu a tergo inseque.

Et crediderunt verbis ciui. In hoc versu, et proximo falso pietas egregie describitur, que rebus secundi prouidentiam dei magnifice laudat deque verbis, et promissionibus illius dilectionis nefarum censet: quod si quid duris inuidat, illico se prodit animi morbus, et similitudinam timida, querula, felicita est, neque mon-

ram ferre potest, neque deo confidere, sed illis & filium sua stulta prudentia nititur anteuentire, atque omnem spem in propinquis, amici, & pecunia reponit, multos inanes deos proximis comminiscens.

Et cecinaerunt laudem eius. *Hymnus pro chœrimum significat, qui scriptus est in Exod. Cap. 15.*

Accelerauerunt, oblitis sunt operum suorum. *Haec ait, quoniam post tertium diem, quando transmiserat, caperunt maledicere Moysen & Aaron, propterea quod diffiderent prouidetate, & bonitati diuine, cum eos aqua defuisse.*

Et concupierunt concupiscentiam. *In Cap. 17. Exodi.*

Et misit maciem. *Id est, cum fastidirent, bum e' celo demissum, & se carnibus expletum, nuditatem cuperent, obsecutus quidem illis est, sed cum maximo ipsorum malorum matus pagina, mors pro via consecuta esse de qua non. Num. Cap. 11.*

Aperta est terra. *In Num. 16.*

Operuit congregationem Abirum. *Siphiat ducentos illos & quinquaginta, quicunque thane, & Cori, & Abironem coniunxerunt. Discendum est autem ex hac historiâ, quæna maneat eos, qui seditione conciliant, & contra legitimam potestatem arma ferren-*

verentur.

Eccecerunt vitulum. *Cap. 32. Exodi.*

Emutauerunt gloriam suam, Deum appellat gloriam, & decus Hebreorum.

Et dixit ut disperderet illos. *Cap. 32. In Exodo.*

Sinon Noses electus eius statisset in divisione in conspectu eius. *Id est, Moses se prebussit interpretem, & sequestrem, disiungens, & inter se alienatos reconcilians.*

Et pro nihilo habuerunt terram. *In Numeri. Cap. 14.*

Non crediderunt verbo eius. *Qui promisit, se terram illam eis a signaturum hæreditino iure possidendam.*

Et elevauit manum suam. *In Nume. Cap. 14. Dicit autem iurans se Deum, se eorum nomen ad interacionem redacturum: iurantes enim manum ad celum tollebant. Hinc illud in Deuteronomio, Leuando ad celum manum meam, & dicam, viuo ego in aeternum &c. suntiamen qui simplicius interpretentur, Deus scilicet manus susculisse, quod illis grauius feriret.*

Et initiati sunt. *In Num. Cap 25.*

Et comedenter sacrificia mortuorum. *Sic appellat falsos deos: colebat enim antiquitas pro diu, quorum sepulchra ostendebantur.*

EXPLANATIO IN LIB.

Et sterit Phinees. In Num. Cap. 25.

Et irritauerunt eum. In Num. Cap. 10.

Et vexatus Moses. Nam in fine *Clementia* rerum, ad quos populum tanto cum labore adduxerat, ipse ingredinon potuit. peccauit autem Moses ob perturbationem animi, que illi auctorat propter maledicta, et afflictus clamore ipsius populi.

Et perperam locutus est. Iussus enim sibi alioqui, populum allocutus est, et ita quidem, videtur dubitare, num aqua est faxo clucenti, quod tamen deus ita futurum promisit. Hæc historia scripta est in Num. Cap. 20.

Non disperdiderunt gentes. Hæc quoque sequuntur, scripta sunt in libro Iudicium.

ARGUMENTVM PSAL.
CVII.

Hymnus pulcherrimus est, in quo celebri prouidentiam Dei, summa iustitia & misericordia res humanas administrantem,

Psalms C VII.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant, qui redempti sunt à domino, quia

PSALM. C V M P A R A P H. 329

redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos.

A solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mari.

Qui errabant in solitudine, in deserto innoio, neque ciuitatem habitatam inueniebant.

Qui esuriebant, & fitiebant, quorum anima deficiebat.

Hi clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de angustiis ipsorum cripitauit eos.

Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur domino propter misericordias eius, & mirabilia eius filii hominum.

Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.

Qui sedebat in tenebris, & umbra mortis, vindicta afflictione, & ferro.

Quia rebelles fuerunt sermonibus dei, & consilium altissimi despicerunt.

Et ipse humiliauit in laboribus cor eorum, & corrueunt, nec fuit, qui adiuvaret.

Hi clamauerunt ad dominum, cum tribularentur, & de angustiis ipsorum liberavit eos.

Et deduxit eos de tenebris, & umbra mor-

tis, & vincula eorum dirupit.

Confiteantur Domino propter misericordias eius, & mirabilia eius filii hominum.

Quia cōtruit portas aēreas, & vētes ferēos confregit.

Stulti propter viā iniquitatis suę, & propter iniustias suas vexati fuerunt.

Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt usque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de angustiis ipsorum liberatos.

Misit verbum suum, & sanauit eos, & ripuit eos de interioribus eorum.

Confiteantur Domino propter misericordias eius, & mirabilia eius filii hominum.

Et sacrificient sacrificium laudis, & cantent opera eius in exultatione.

Qui descendunt in mare nauibus, factes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo.

Dixit, & excitatur spiritus procelle, & excitancur fluctus eius.

Ascēdunt usq; ad coelos, & descendunt

usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescit.

Turbantur, & iactantur, sicut ebrios, & omnis sapientia eorum absorbetur.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de angustiis ipsorum eduxit eos.

Et statut procellam in tranquillitatem, & filuerunt fluctus eius.

Et lætati sunt, quia filuerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur domino propter misericordias eius, & mirabilia eius filii hominum.

Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in confessu seniorum laudent eum.

Posuit flumina in desertū, & exitus aqua non in siti.

Terram fructiferam in saltu in nem propter malitiam in habitaculum in eam.

Posuit desertum in stagna aquarū, & terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitatem habitationis.

Et seminauerunt agros, & plātauerunt vias, & fecerunt fructum, & prouentum.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt à steri-

litate, malo, & afflictione.

Effusus est contemptus super principes,
& errare fecit eos in solitudine ianua,

Et subleuauit pauperem de inopia, & po-
suit sicut oves familias.

Videbunt recti, & letabuntur, & omnis
iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens, & obseruabit haec, & in-
telliget misericordias domini?

EXPLANATIO.

Dicant, qui redempti sunt a domino.

Qui misericordia Dei seruitute, calamitu-
bus liberati sunt, dicant hymnos sanctissimo-
ni eius. Quamvis verò haec, & reliqua in-
nia, que hoc hymno continentur, ad omnes pop-
ulares pertineant, sunt tamen nonnulli, que pra-
cipue beneficia Dei erga Iudeos, designatae
dantur.

Qui errabant in solitudine. De miseri-
cordia dei erga errantes in locis desertis.

Confiteantur domino. Id est, celebrent lib-
eribus deum, propter infinitam benignitatem eius
& narrant mortalibus admirabilia facta illius
in hanc sententiam interpretatur hunc versio-
num paraphrasis Chaldaea.

Qui sedebant in tenebris. De misericor-
dei erga eos, qui propter maleficia in carcerem,

& vincula coniecti sunt.

Stulti propter viam iniustitiae. De miseri-
cordia dei erga eos, qui propter delicta commissa
in varios morbos incidentur.

Qui descendunt in mare nauibus. De mi-
sericordia dei erga eos, qui tempestate, & fluctu-
bus iactantur in alto.

Ascendunt usque ad caelos. Hanc sententiam
complexus est Virgilius his elegatissimis versibus,
Tollimur in celum curvato gurgite, & idem
Subducta ad manus imos descendimus unda.

In portum volutas eorum. Id est, in portu,
ad quem illi cursum tenere optabant.

Posuit flumina. Canit, deum arbitratu suo
omnis immutare, ab eius prouidentia opes &
inopiam, sterilitatem & fecunditatem, honores
& ignominiam manare.

Et pauci facti sunt. Ryrsus, inquit, cum eos
quimultitudine hominum, & potentia florebant,
paucis voluerit ob admissa maleficia, immittit in-
eis sterilitatem, morbos, & angores animi, &
opimates ipsos adeo contemptos reddit, & irri-
gi, ut relitti urbibus se se in solitudines abant.

Et subleuauit pauperem. Contradicunt, in-
veni fortunis locupletat, dominique eius liberis,
& nepotibus frequentat.

Videbunt iusti. Homines p̄y, & religiosi haec

EXPLANATIO IN LIE.

diligentissimè considerant, cùmque perspicuum, nihil fortuito, & casu evenire, omnia danno nomine regi, administrari que: incredibili gaudio perficiuntur, sèque totos misericordia tradunt, & committunt: improbi verò, & arrogantes, quiescent prouidétiam dei negare, magnitudine rerum perterriti, vel iniuiti cogútur tacere, & lingue impiam continere.

Qui sapiens. Neinam homines sapient, & qui continentur hoc hymno, diligenter anima uertant, & notent: intelligent enim deum rem mandas summa benignitate curare, déque omnibus, qui ad eius misericordiam configunt, optinereri.

ARGUMENTVM PSAL.
CV.III.

Hic psalmus compoitus est scđe xp
mo LVII, & LX.

Canticum, psalmus David. CVIII.

Paratum cor meum deus, paratum
meum, cantabo, & psallam etiam glo
mea.

Exurge psalterium, & cithara, auora
excitabo.

PSAL. CVM PARAPH.

332
Confitebor tibi in populis domine, &
psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super cœlos misericor
dia tua, & usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos deus, & super om
nem terram gloria tua, ut liberentur dile
cti tui.

Saluū fac dextera tua, & exaudi me, deus
locutus est in sanctuario suo.

Exultabo, & diuidam Sichem, conuale
scoccoth dimeriar.

Meus est Galaad, & mens est Manasses, &
Ephraim fortitudo capititis mei.

Iuda legifer meus, Moab labes lotionis
meæ.

Super Idumæam prolixiā calceamen
tum meum, super Philistæa jubilabo.

Quis deducet me in ciuitatem munitam?
quis deducet me usque in Idumæam?

Nónde tu deus, qui repulisti nos? & non
exibis deus cum exercitibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulacione, quia
vana salus hominis.

In deo faciemus virtutem, & ipse ad ni
hilum deducet inimicos nostros.

ARGUMENTVM PSAL.

CVIX.

Sf q

Inuchitur in Doegum, & cæteros affec-
taul, ut multi existimant, & sub horum
persona execratur impietatem hude, qui
Christum nefariè prodidit, & cæterorum,
qui filio dei infesti sunt: deinde calamitate
suas deplorans misericordiam dei supplici-
ter invocat.

Victori David Psalmus CIX.

Deus laudis meæ ne tacueris, quia de
peccatoris, & os dolosi super me ap-
tum est.

Locuti sunt aduersum me lingua dolos
& sermonibus odij circundederunt me, &
oppugnauerunt me sine causa.

Pro eo, quod eos diligebam, aduersabam-
tur mihi, ego autem orabam.

Et retribuerunt mihi mala pro bonis, &
odium pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorem, &
uersarius stet à dextris eius.

Cum iudicatur, exeat condemnatus, &
oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci, & præfeturam
accipiat alter.

Fiat filii eius orphani, & vxor eius vidu-

Instabiles vagetur filij eius, & medici-
& querant ex vastatis habitationibus suis

Illaqueat fœnenerator omnem substantiam
eius, & diripiant alieni labores eius.

Non sit illi adiutor, nec sit qui misceatur
pupillis eius.

Potteritas eius intereat, in generatione
vna deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum
eius in conspectu domini, peccatum matris
eius non deleatur.

Sint coram domino semper, & dispercat
de terra memoria eorum, pro eo quod non
est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem, &
mendicum, & contritum corde, ut illum
interficeret.

Et dilexit maledictionem, & veniet ei: &
noluit benedictionem, & longabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimen-
tum, & intravit sicut aqua in interiora eius,
& sicut oleum in ossa eius.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur,
& sicut zona, qua semper cingitur.

Hoc opus aduersantium mihi à domino,
& eorum qui loquuntur mala aduersus ani-
mam meam.

Tu autem domine deus fac mecum pro-
pter nomen tuum, quia bona est misericor-
ditia.

EXPLANATIO IN LIB.

Libera me, quia egenus, & pauper es
suum, & cor meum cōturbatum est intra me,
Sicut umbra cūm de linat, ego perturbato,
& excussus sum sicut locusta.

Genua mea i. fir nata sunt propter ieiunium, & caro mea exaruit per quædine consumpta.

Et ego factus sum opprobrium illis, &
viderunt me, & mōerunt capita sua.

Adiuua me domine deus meus, saluum me fac secundum misericordiam tuam.

Et sciāt, quod manus tua hæc, & tu domine fecisti hoc.

Maledicant illi, & tu benedicas: insurga
& cōfundantur, seruus autem tuus lætebor.

Induantur aduersarij mei ignominia, &
operiantur tanquam diploide confusio
sua.

Confitebor domino nimis in ore meo, &
in medio multorum laudabo eum.

Quia astabit à dextris pauperis, ut salvi
faciat à iudicantibus animam eius.

EXPLANATIO.

Deus laudis meæ. Deus, à quo tanquam
rimo fonte manat omnis mea laus, & gloria,
quicquid boni habeo, ne quæso disimus, tñ
Sf iij

PSAL. CVM PARAPH. 334

permitte homines sceleratos impune in me debac-
chari, quid verò, si deum cō appellat deum laudis
sua, quia omne studium suum ponebat in laudi-
bus eius celebrandis? hinc illud in psal. 71. De te
laus mea semper.

Ego autem orabam. Id est, ego autem pro
illorum salute me deprecarem apud te præber-
bam: vel sic, ego vero vnde oppugnat ad te
domine configuebam.

Ecce aduersarius stet à dextris eius. Id est,
qui meam innocentiam tanto odio persequitur,
habet & ipse aduersarium, qui nunquam ab
eius latere discedat, qui semper eum oppugnet,
& omni acerbitate exagit.

Etoratio eius fiat in peccatum. Id est, de-
precationes sua potius argent peccata, quam pec-
catorum supplicium à se deprecetur.

Et querant ex vastatis habitationibus
suis. Id est, mendicitas eos exire cogat ex
abibus eueris & exinanitis ad querendum vi-
giuin.

Sint coram domino semper. Peccata ma-
triæ sua, & maiorum suorum semper ante oculos
dei versantur, ne illa in hoc sceleratissimo,
aque impi to homine vindicare obliniscatur. Hoc
autem memor illius sententia, ego sum dominus
dei tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem pa-
rum in filios in tertiam, & quartam genera-

E X P L A N A T I O IN LIB-
TIONEM CORUM QUI ODERUNT ME, & faciens miseri-
cordiam in milia iis qui diligunt me, & custo-
diunt precepta mea.

Et dilexit maledictionē. Significat hū ver-
bius aduersarium suum usque cō studiosum fuisse
cruelitatis, & omnium scelerum, ut videretur
optare execrationem, & odium dei.

Hoc opus aduersantium mihi à domino.
Quidam clarus verterunt ad hunc modum, hec
sit merces à domino iis, qui aduersantur mihi,

Sicut umbra. Euaneſco (inquit) ad similitudi-
nem umbrae, quae vnde cum die seſe inclinat, & in
tenebras noctis euaneſcit.

Et excussum sum sicut locusta. Id est, ita ex-
ciator, & ab inimicis exagitor, & vagam vitam
persequi cogor, ut locifera comparari possum, que
nunquam ferè quiescitur.

Genua mea infirmata. Significat, se deditum
fuisse ieiuniū, & precationibus, ut misericordia
dei sibi conciliaret in tantis calamitatibus.

Et caro mea exaruit pinguedine consum-
pta. Sic emendauimus hunc locum secutus expla-
natores Hebreos.

Et sciānt, quod manus tua haec. Fac tam
illustre sit auxilium tuum, ut omnes perspiciant,
me non humanis opibus liberatum esse, sed poten-
tia numinis tui. Atq; sic explanant, fac intelli-
gant aduersarij mei, me non viribus suis appreſ-

P S A L M . C V M P A R A P H 335
sum fuisse, sed omnia mihi tuo consilio accidisse,
quippe qui volueris animum meum tanquam au-
rum rerum aduersarum igne purgare.

Ut saluam faciat à iudicantibus. Ita ve-
cat Saulem, ex eius affectis: iudices enim appellare solet Hebreæ lingua principes, & guber-
natores cinitatum.

A R G U M E N T Y M
P S A L . C X .

Predictio est de ortu, & nece Christi, dēq;
illius regno & sacerdotio sempiterno.

Danid Psalmus C X .

Dixit dominus domino meo, sede à
dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum
pedum tuorum.

Virgam virtutis tuę emittet dominus ex
sion dominare in medio inimicorum tuorum.
Populus tuus aderit voluntarius in die vir-
tutis tuę, in splendoribus sanctitatis, ab
vtero auroræ tibi ros generationis tuę.
Iurauit dominus, & non paenitebit eum,
nisi sacerdos in eternum secundum ordi-
nem Melchisedec.

EXPLANATIO IN LIB.

Dominus à dextris tui, confringeret in die
iræ suæ reges.

Iudicabit in gentibus, implebit omnia
cadaueribus, percutiet caput super terram
mutam.

De torrente in via bibet, propterea ex-
altabit caput.

EXPLANATIO.

Dixit dominus domino meo. Dixit, in-
quit, pater ille celestis Christo domino meo, sede
ad dexteram meam. Hac autem perfectum fuit
cum Iesu ascendit cœlum, ut testatur diuinus Pe-
trus in Epistola Apostolorum.

Sede à dextris meis. Id est, consilio te supra
omnem principatum, & potestatem, & virtu-
tem, & dominationem, & omne nomen quod no-
minatur non solum in hoc seculo, sed etiam in fu-
turo, & omnia subiectis pedibus tuis, séque do-
put supra omnem ecclesiam, que est corpus tuum,
& plenitudo tua. His verbis explanat hæc locum
diuinus Paulus in epistola ad Ephesios scripta.

Donec ponam inimicos tuos. Significat
diabolum, mortem, atque impios tandem fa-
ditus euertendos, atque omnia peccata e regno
Christi radicatus extirpanda. Hoc autem perf-
cetur, cum tempus illud nouissimum venerabile-

PSAL. EVM PARAPH. 338

tempore mortui omnium seculorum resuissent;
& qui iusse cum pietate, & temperantia vive-
runt, vnde cum corporibus penetrabunt in cali re-
giones, ubi beati aeo sempiterno fruentur, ceteri
omnes vnde cum diabolo & angelis eius relega-
buntur in tartara, vbi nullus suppliciorum, &
miseriarum modus erit, aut finis.

Virgam virtutis tuæ. Significat, imperium
Christi ex Hierosolymis, vbi ortum est, in omnes
terras propagandum.

Dominare in medio inimicorum tuorum.
Nōne Christus dominari cœperit inter hostes suos,
cum primum spiritum sanctum ē calo demisit
ad apostolos die festo Pentecostes, quo die subegit
imperio suo tria millia Iudeorum, & cum in
dies magis augeretur viæ, & numerus hostium,
nōne tanto illustrius, ac magnificenter propa-
gabatur eius dominatio?

Populus tuus aderit voluntarius. Popu-
lus (inquit) tuus non iniuitus, & coactus, sed
summa voluntate parebit imperio tuo, vt si pro
nomine, & gloria tua sine omnes cruciatus
perferendi, ac mors millies oppetenda, id pul-
cherrime munere loco ducant, séque tum pro-
ximè ad vitam beatam accedere arbitrentur,
quo quidem tempore vim & potentiam, &
splendidissimam lucem sanctitatis, & diuinitatis
tue declarabis superstitione delenda, & omni-

bis gentibus ad pietatem, & cultum veri dei perducendis. Sed illud, In splendoribus sanctitatis, commode referri potest etiam ad ipsum populum, quem vates praeuidebat fore illustrem m-

ribus, & pietate. Ab utero auroræ tibi ros generationis tuæ. Hæc duo piūm quæque scire volumus, primum in versiculo Hebreo nullâ luciferi mentionem fieri: deinde, cum alij aliter ipsum vertant, nos eam interpretatione secutos esse, que ab eis linguae peritisimis optima iudicatur, & sententiam sanctitatis plenissimam continet: siquidem ille castissimus Christi conceptus, atque ortus ex virgine tam aptè, tamque concinnd describitur, ut nihil fieri posset elegantius: ut enim terrenus vapor vi cœlesti in sublime fertur, atque ubi sub auroram concretas cogitur in rorem, quidecidens terram uberem, & tamque efficit: ita purissimus sanguis Marie vi spiritus sancti verum influens, sine ullo virili satu concrescit in corpus domini nostri Iesu Christi, qui in lucem editus, & susceptus humanum genu mirabiliter exhibuit, atque omni genere virtutum maxime serax, & secundum reddidit. His rationibus inductus, opinor, Esaias eundem conceptum, atque ortum etiam ipse rori comparat dicent, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Nos vero edibetius hanc explanationem ample-

timur, quid D. Augustinus, licet ipse hunc versum aliter interpreteretur, non tamen improbat, si quis partum virginis eo predictum intelligat, quin etiâ verba editionis vulgata ad hanc sententiam accommodare conatur: sed quoniam, quod attinet ad proprietatem verborum, non minus fideliter ex Hebreo sic reddi potest, Ab utero auroræ tibi ros iuuentus tuæ, propterea nonnulli sententiam horum verborum cum superiori parte versiculi ita coniungunt, ut sensus sit tam magnum fore numerum mortaliū, qui libentissime animi religionem, & disciplinam Christi amplectabuntur, ut comparari queant cum multitudine, & copiarorū, quem secundissima gignit aurora. Verum explanatio hæc meo iudicio cum altera nullo modo conferenda est.

Iurauit dominus. Ostendit Christum non tantum regno, sed etiam sacerdotio præditum esse, quod sempiternum fore, deus iurauerit: iuravit autem propter nos. Tanta est enim imbecillitas animi nostri, proclivitasque ad diffidendum, ut difficultate inducamur ad credendum, filium dei nostrum esse pontificem: itaq; deus, cum rem tam præclaram, tamque se utarem nobis promitteret, ad maiorem fidem promissionem ipsam iureu- rando firmauit.

Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec. Ut enim Melchisedec

Ex regnum administrabit, & sacerdotium: Iesu Christus est noster pontifex, & rex. sacerdos autem proprium est, primum religione sancta, & scientia rerum salutarium populum imbuens deinde peccata illius, donis & sacrificiis expiatum deum pro salute, & incolumitate eisdem, continenter deprecari. ad regem autem pertinet et gubernandi ratio, que legibus atque armis salutem, & pacem eorum tueatur, & conservet, qui se, ac sua omnia in tutelam ipsius tradidere. Hac autem officia, & munera sunt Christi ita propria, vt in eo solo ex cunctis sacerdotibus, & regibus, qui unquam optimi fuerunt, perspecta, & omnibus suis numeris, & partibus expleta reperiatur. Ille enim primus mysteria maxima rerum sanctissimarum nobis aperuit, & cognitionem, ac cultum veri dei per universitatem oras longe, latèq; propagavit, ille pecunia nostra sacrificio sui corporis, & purissimi sanguinis effusione expiavit. ille sedens ad dexteram dei ab illo pacem, & veniam, & omnia bona nobis precaria in unquam intermittit. idem suo spiritu nos amansimè regit & gubernat, metem atque animum ingenti amore in deum, resquiuina inflammans. idem radentes per hanc vitam difficilem & periculosa, tuerit ab infidili, & impetu diaboli, qui nos odio, & bello perficitur sempiterno. idem suorum omnium costar-

iam ita corroborat & confirmat, vt nulla vis calamitatum, aut periculorum illos de via pietatis depellere possit, sed hunc versiculum magnis mysteriis referunt, magna verborum, & sententiarum copia diuina Paulus explanat in epistola ad Hebreos scripta, ad quam ego te recicio.

Dominus à dextris. Dominus (inquit) semper ad latus tuum adhæredit protè fortissime propugnans, & reges potentissimos tui nominis hostes funditus euerteret, suppliciumque sumet de gentibus, quae imperium tuum repudiari intulit; omnia plena erunt cädaveribus castrorum. Has autem calamitates primi percepero Iudei non ita multo post acerbissimam necem Christi.

Percutiet caput super terram maltam. His verbis quidam significari putant excisionem imperii Romani, quod fuit caput omnium penè terrarum: sed non minus Turcarum, & Antichristi regnum desiguarri videtur.

Detorrente in via bibet. Nonnulli Hebrewos fecuti existimati, vatem intelligere, tam magnam fore hostiū cædem, vt crux quasi torrē per vias seratur. quod vero ait, regem ex eo torrente bibiturum, hanc dicunt esse descriptionem plenè vivorum, quæc; feliciter, & plane ex sententia contingit, atque ad hanc sententiam comprobādans Mosen quasi testem citant, apud quem Balaamus ita loquitur in Numeris, Ecce populus ut leana

confurget, & quasi leo erigeretur: non accusabili, donec deuoret prædam, & occisorum sanguinum bibat. Nobis vero haec explanatio parum probabilis videatur: nam quod attinet ad verba Moysi, quis non videat, potationem sanguinis ad leonem cuius similitudo inducitur, referendam esse: itaque ad intelligētiā huius versiculi hac scire mēcessē est, in literis sanctis bibendi nomen dolorum, & paenarum perpeſionem, aquas paenas ipsas, & calamitates, viam vitam hanc mortalem & caducam significare: de quibus rebus in aliis locis huius libri explicatum est. itaque vates sancti cū dicere vellet, C H R I S T I vitam usque ad extreūm spiritum maxime afflātum, & calamitosam fore, illum dixit ē torrente pataturum, torrentis verbo utens ad significādā vim, & magnitudinem arumnarum, quae illi pro nobis exhausta, qui cñim omnia peccata omnium mortaliū pro suis propriis agnouit, eorumque paenas pertulit, is, necesse fuit, vt tales, & tantos dolores & cruciatuſ sustineret, quales & quantos nemo vñquam neque verbis aſsequi neque animo poſit comprehendere, subiungit autem, C H R I S T Y M propterea sublaturum apud quoniam præuidēbat, illum per hæc arumna & acerbitates, ad potentiam & regnum sempiternum, quod supra descriptum est, iſſe perueneturum. Hoc est, quod diuinus Paulus in prima epi-

Hols dicit, spiritū Christi patibus antiquis p̄aefiſicatissimi ipſius Christi afflictiones, & gloriā que illas ſecutura erat, qua quidem omnia iampridē perfecta eſſe exploratissimum habemus & Ideorum cætitatem miferamur, qui Christum adhuc expectant, illūnque opibus, & copiis, rerūmque bellicarum gloria imperium ſibi comparaturum putant: sed liber hunc versiculū D. Pauli verbis explanare. Is in epiftola quam ſcribit ad Philippienes, quafī mysterium, quod latet ſub obſcuritate horum verborum, nobis aperire velit, hec ponit: Is. ſensu ſit in vobis, qui fuſt etiam in Christo Iefū, qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſſet, eſſe aequalē deo, ſed exinanuit ſemet ipsum formā ſerui ſumpta in ſimilitudine hominum constitutus, & habitaculum uentus vt homo: Iumiliavit ſemet ipſum, ſed etiā obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & deus illum in ſummam exultit ſublimitatem, & donauit ei nomen, quod eſſe ſupra omne nomen, vt in nomine Iefū omne ſelectatur caeleſtium, & terrefrū, & infernorū, & omniū lingua conſtitetur, q̄ domi- auſit Iefu Christuſ, ad gloriam dei patri.

EXPLANATIO IN LIB.

Hymnus est, in quo prædicat sapientia,
& misericordiam Dei, qua ille præci-
puus vñsus est erga gentem Hebræam.

Alleluia, Psalmus C XI.

Consitibor tibi domine in toto corde
meo, in cōfiliō iustorum & congrega-
tione.

Magna opera domini, exquista ad om-
nes voluntates eorum.

Gloria, & magnificencia opus eius, & lu-
sitia eius manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum mi-
sericordiæ, & misericordia dominus, esseam dedi-
timentibus sc.

Memor erit in seculum testamēti sui, vi-
tutem operum suorum annūnciat populo
suo.

Quoniam daret illis hereditatem gentium,
opera manuum eius veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata eius, confirmata
in seculum seculi, facta in veritate, & ap-
pate,

Redēptionē misit dominus populo suo,
mandauit in æternum testamentum suum.

Sanctum, & terrible nomen eius, iniug
sapientia est timor domini.

P SAL. C V M P A R A P H. 340

Intellectus bonus omnibus facientibus
ca laudatio ejus manet in seculum seculi.

EXPLANATIO.

Magna opera domini. Significare videtur,
opera Dei tam exquiste facta, tamque omnibus
suis numeris esse perfecta, ut homines iusti, ex-
pij nihil in iis desiderare queant. Sed hic versi-
cetus apud Hebreos est obscurus, illumine alij
alter vertunt.

Gloria, & magnificencia. Id est, quicquid a-
git dominus, plenum est gloria, & magnificen-
tia, ac omnes mortales incitat ad celebrandam
sapientiam, & misericordiam ipsius.

Memoriam fecit. Tam, inquit, illa lylia, &
mirabilia sunt ea, que gessit dominus, ut nulla
temporum longinquitate posset intercidere me-
moria eorum. Videtur tamen loqui præcipue de
beneficiis, quibus ille gentem Hebræam affeccerat,
quam etiam aliui in Ægypto in maxima ca-
ritate annoe, & in solitudine 40. annos ca-
rifico sustentauit.

Memor erit. Nunquam obliuiscetur deus fa-
deris, quod fecit cum Abraham, & posteris
eius, quibus id illa tempore declarauit magnitudi-
nem, & præstantiæ potentia, & misericordia
sua, cum ipso Ægyptiorum seruitute liberatos.

T t y

E X P L A N A T I O I N L I B.

in uberrimis agris Chananeorum collocauit.

Opera manuum eius. Quicquid agit dominus, est plenum fidei, & aequitatis: quicquid iuris agendum praecepit, aequum & iustum, tamque fixum & immobile, ut nulla ratione possit contigidari.

Redemptionem misit. Eripuit dominus gloriam suam e durissima servitute Aegyptiorum, sed ea lege, ut illa seruaret in perpetuum fidem, quod cum ipse fecerat, & summa diligentia caueret, ne sanctissimas leges violaret. quod sane omni studio observandum est: nam Dei nomen sanctum, & terribile est, & sapientia caput plena sanctitatis religio, & pietas aduersus diabolum qui praecipit domini diligenter obseruat, ita que sapientia, & prudentia salutari predi- sunt, corumque laus, & gloria nunquam inter morietur: laudantur enim iuste a deo optimo maximo & sempiternis honoribus afficiuntur.

A R G Y M E N T U M

P S A L . C X I I .

E xponit, quam beati sunt, qui deum adorant, cuiusque benignitatem, & misericordiam imitantur.

Alleluia, Psalmus. — C X I I .

P S A L M . C V M P A R A P H . 341

B eatus vir qui timet dominum, in manus datus eius volet valde.

Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

Abundantia & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectissimum, misericors, & misericordia eius, & iustus.

Vir bonus misericordia, & commoda dat, dispossit sermones suos in iudicio, quia in aeternum non commouebitur.

In memoria aeterna erit iustus, ab auditio ne mala non timebit.

Quoniam firmum est cor eius sperans in domino, confirmatum est cor eius, non commouebitur donec ultionem videat in iniurias suis.

Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

E X P L A N A T I O .

B eatus vir qui timet dominum. Timet dominum, quemadmodum alii locis admonuimus.

T s ij

EXPLANATIO IN LIB.

appellatur in literis sanctis pura, & sincera religio, & pietas aduersus deum: in quibus rebus vir sanctus vitam beatam rite constituit, squaluisse autem verè pius, & religiosus est, in membra eius volet valde, id est mediatione legitimam diuinum vehementer delectatur, neque illarum observacione quicquam habet antiquius.

Et iustitia eius manet in seculum seculum. Nam eum migranter à corpore sequitur in celum.

Exortum est in tenebris. v. 8. (inquit) misericors, & clemens, & iustus lucem praebet hominibus pii, dum alij in tenebris iacent. tenebris autem vocat res aduersas, lucem contraria appellat securitatem, & vita prosperitatem.

Vir bonus miseretur, & commodat. Id est liberalis est, & maximè proponit ad homines iuuandos, & benignè facientum indigentibus, opera, pecunia, confidit.

Disponet sermones suos in iudicio. Hoc est, nihil timere, aut inaniter effutie, neque linguam finit præcurre cogitationem, sed rei, loci, & temporis magna ratione habet, ut quicquid loquitur, verè rectū, atque audienti fructuū, & salutare sit. illud autem scire oportet, vocabulum Hebreum, tametsi propriè verbum significat, sepissime tamē præcipsa usurpat. itaq; Symmachus veritatem hoc modo, dispeſabit res sua

PSAL. CVM PARAPH. 342

cum iudicio, que quidem verba sententiam significant cum ea, qua proxime antecedit optime coherentem: est enim sensus, virum bonum esse illum quidem, beneficium, & liberalem, de quo res sua familiariter habenter egentibus impariunt, sed iudicium in dando, & prudentiam adhibere, omniāque recte atque ordine ministrare, ita hunc locum explanat etiam Chrysostomus.

In æternum non commouebitur. Viri enim sancti nullis rerum aduersarum fulminibus terrentur, nullis oppugnatiōnibus improborum hominum franguntur, aut debilitantur, perspicuum enim habent, bonis nihil malū exenire posse, nec viuis, nec mortuis: itaque nullius rei aduersa auiditio a letitia, & tranquillitate animi depelli queunt.

ARGUMENT. PSALMUS.

C X I I I .

Hortatur ad hymnos canendos deo, prædicans eius potentiam, & prouidentiam misericordiae plenam.

Alluya, Psalmus C X I I I .

Audite servi domini laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum ex hoc Tt. iiiij

E X P L A N A T I O N E IN LIB.
nūnc, & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini.

Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & dimittit se ut aspiciat omnes, in celo, & in terra?

Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem.

E X P L A N A T I O N E.

Quis sicut dominus. Quamvis, inquit, misericordia Dei rebus omnibus in immensum excellat, nihil est tamen in universitate parvum, et humile, quod se non demittat prouidentia eius: quod cū ita sit, vitam sic colere debemus, tanquam illi omnibus nostris cogitationibus, verbis, et actionibus interstit re enim vera deus omnia videt, omnia audit, atque omnium mentes, ac initios animorum sensus introspicie, licet plerique ex iis, qui falso sapientiae nomine gloriantur, se esse videantur, quod vero ait, Deum se demittere,

P S A L M . C V M P A R A P H . 343
et celestia cernat, hoc intelligi vult: ipsum mentibus quoque celestibus infinita altitudine celorum rem esse.

Suscitans à terra inopem. Hanc beneficiam Dei expertus erat ipse David, qui ex inferno loco perductus fuerat ad altissimum regiae dignitatis gradum.

Qui habitare facit sterilem. Id est, qui sua misericordia facit, ut que adhuc sterilis fuerat, domum habeat, id est familiam, et facta secundum iucunditatem liberorum oblectetur, cui rei testimonio sunt Sans, Rebecca, Anna, atque aliae multa feminæ, pudicitia et sanctitate illustres.

P A R A P H R A S I S

Carmine.

Adeste castae virgines, pueri integri
Adeste, mecum laudibus
Efferte nomen numinis sanctissimi,
Dum sol per oras aetheris
Orsa volubili rotabitur, diem
Aegris ferens mortalibus:
Minora dum micabit inter sydera.

EXPLANATIO IN LIB.

Vindex ad imos usque trudit inferos,
Et pauperes in infimo
Gradu iacentes principum in folio locat
Sua benignus dextera.
Ipse eorum pudicam liberorum garvilo
Hilarat pueram examine;
Quae prole sine dulci, diu in tristissimo
Merore vitam traxerat,

ARGUMENT. PSAL.

CXIII.

Hymnus est elegantissimus, in quo ex
Hebreis prodigia, que Deus edidit, cum
Hebreos ab AEGypto traducere in regna
Chananiorum.

Psalmus CXIII.

CV M exiret Israel de AEGypto, dom'
Jacob de populo barbaro.

Facta est Iuda sanctificatio eius, Israel
potestas eius.

Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus
est retrorsum.

Montes subfuerunt ut arietes, & collae
sicut agri ouium,

P. A. R. A. P. H. R. A. S. I. S. 344

Quid est tibi mare, quod fugisti? & tu Ior-
danis, quod conuersus es retrorsum?

Montes cur subfiliis sicut arietes, & col-
les sicut agri ouium?

A facie Domini mota est terra, a facie
Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum,
& silicem in fontes aquarum.

EXPLANATIO.

Factus est Iuda sanctificatio eius. Ideo,
tunc praecepit Deus Hebreos sibi asciscuit, quos
precatoris gentibus charissimos haberet, &
pro sancto nomine gubernaret: de qua re illud est
in Exod. Vos eritis mihi in regnum sacerdotale,
& gens sancta.

Montes subfuerunt. Sina, & vicinorum
montium conquassationem, quae acciderat; cum
Deus eò descenderebat ad leges ferendas, compa-
rat arietibus, & agnis exultim indentibus...

P. A. R. A. P. H. R. A. S. I. S.

carmine.

Quum liberata seruitur Barbara

Iudea gens AEgyptiorum finibus
Exiret, illamque deus ipse duceret,
Fugere fluctus aequoris perterriti,
Iordanis vnda retro fugit, et stupens
Gens illa vidit exilire maximos
Montes, ut agni prata per videntia
Salunt nouelli, lacte dulci ebrui.
Quid accedit mare tibi, cur perterritum
Fugeres? ocella fluminum quid accedit,
Cur pauidus ad fontem recurreres tuum?
Vos quoq[ue] montes maximi quid impulit
Inustatis exilire motibus?
Sensere magni munimis presentiam
Montes, et vnda fluminis, et aeternum
mare,
Sensere dura saxa solitudinum,
Cum his ea fontes verteret in uberes.

De inscriptione XV. hymnorum
qui sequuntur.

Ter quinque, qui sequuntur, hymni cantu

Graduum vocantur, istiisque nominis
Que vis in isto sit loco, iam plurimi
Interpretantes protulere plurima,
sed illa sic incerta, fabulosaque,
Ut ipse malum confiteri liberet,
Nescire me, quod nescio. tu candide
Lector, quod istis continentur canticis,
Dum diligenter explicamus, obsecro
Attentum animum adhibe, tametsi in-
scriptio.
Quid ipsa sibi velit, explicare non da-
tur.
Nam tuncque, tantaque poteris cognoscere
In his poete versibus sanctissimi
Vitam beatam maxime attingentia,
Vi curiosus sis licet, animo tamen
Aequo ferendum sit, quod unum hoc ne-
sciat.

Precatur Deum, ut defendat iniurias gentium suarum, quam impiæ nationes inuaderent, ut appareat, ipsum esse Deum, ceterorum autem deos esse fictos, & commentitiosos.

Psalmus CXV.

Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Propter misericordiam tuam, & veritatem tuam, quare dicat gentes, ubi est nunc deus eorum?

Deus autem noster in celo, omnia que cunque voluit, fecit.

Simulachra gentium argentum, & aurea opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient, narthes habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt, non loquentur in gutture suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speret in domino, adiutor

corum, & protector corum est.

Domus Aaron speret in domino, adiutor corum, & protector corum est.

Qui timent dominum, sperent in domino, adiutor corum, & protector corum est.

Dominus memor erit nostri, & benedictus nobis.

Benedicet domui Israel, benedicet domini Aaron.

Benedicet omnibus, qui timent dominum, pusillis, & maioribus.

Adiuciet dominus super vos, super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos a domino, qui fecit celum & terram.

Celi, celi domino, terram autem dedit filii hominum.

Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in silentium.

Sed nos benedicemus domino ex hoc nunc, & usque in seculum. Alleluya.

EXPLANATIO.

Non nobis Domine. Non gloria nostra, cuius victoriani a te precamur, inquit, sed ne sanctissimum nomen tuum ludibrio sit gentibus

E X P L A N A T I O I N L I.

impius: itaq; serua nos domine pro tua benignitate, et fide, quam dedestis, te fore semper Deum nostrum.

Domus Israel speret in domino. Confidat impie gentes simulacrum suis, tu gens Hebreorum nem tuam spem reponit in domino: ipse enim proposito est iis, qui confugunt ad eum, illisque ab initio periculo incolentes seruat.

Adiicit dominus super vos. Id est, auctor in dies magis, ac magis beneficentiam suam agete vos, et postores vestros: vos enim praetulisse nationes gratia estis domino.

Cœli, cœli domino. Cœlum, cœlum, inquit dominus sibi vendicauit, terras autem dedit habitanas hominibus, a quibus inuolate colerem, et perpetui hymni, et honib[us] officiis, quod si domine permittis, gentem tuam ab impianationibus deleri, quis prædicabit laudes tuas, quis te p[ro]te[ct]e, sancte que venerabitur in num bo[ne], qui sanctissimum nomen tuum nefarie execrantur, num mortui et atque gloriam tuam terris celebrant qui possint: itaq; nos domine postero[rum]que nostri salvos, et incolantes conserua, non nostri quidem sed tui nominis causa, ut semper aliqua genitrix tuo sanctissimo numini preces, cultus, hanc res adhibeat.

A R G U M E N T U M

P S A L . C X V I .

P S A L M . C V M P A R A P H . 347

Vix sanctus liberatus maximo periculo gratias agit deo, cuius benignitate salutem retinuerat.

P s a l m u s C X V I .

Dilexit, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ.

Qui inclinavit aurem suam mihi, & indebus meis inuocabo.

Circundederant me funes mortis, & angustiae inferni inuenerant me.

Tribulationem & dolorem inueneram, & nomen domini inuocani.

Obsecro domine libera animam meam misericors dominus & iustus, & deus noster miseretur.

Custodit paruulos dominus, miser eram, & saluauit me.

Conuertere anima mea ad requiem tuā, quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animā meā de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.

Ambulabo coram domino in regione viuorum.

Credidi, propter quod locutus sum, ego autem afflicitus eram nimis.

Ego dixi in præcipiti fuga mea, omnis homo mendax.

Ky

Quid retribuam domino pro omnibus
qua retribuit mihi?

Calicem saluationum accipiam, & non
domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram
populo eius, preciosa in conspectu domi-
norum sanctorum eius.

O domine quia ego seruus tuus, ego
tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificia-
hostiam laudis, & nomen Domini invi-
cabo.

Vota mea nunc domino reddam in con-
spectu omnis populi eius, in atriis domi-
ni, in medio tui Hierusalem. Alleluia.

EXPLANATIO.

Dilexi quoniam. Omnem amorem meum
domino fixi, et locauisse enim nunquam re-
diat preces meas, semper attentas aures predi-
rogationibus meis. itaque quandiu vitam, &
eum solum configiam, solam ipsius opem, &
meritum implorabo.

Misericors dominus. Qui preces my-
rum benignus exaudit, iustus dominus, qui
sinit innocentes opprimi, custodiens parvulos do-
minus, id est, simplices, qui ut pueri parenta-

tura, sic ipsi tutela dei se, ac sua omnia com-
mittunt.

Pedes meos à lapsu. Significat his verbis
omni incommodi vibratione. Sed hic versus uni-
que pio maximè conuenit: etenim omnes mi-
seri er calamitis nascimur: nam qua maior ca-
lamitas esse potest, quam deum habere iratum?
at ille amore Christi sui nos non solum odisse de-
sint, sed etiam maximis beneficis ornat, libe-
rare animos nostros à morte, in qua perpetuè
mansuri erant: oculos à lachrymis, ne amplius
deflant damnationem suam: pedes à lapsu, ne
graviore aliquo casu denuo præcipient in mor-
tem. Eripit autem deus animos nostros à mani-
festo exitio, cum penitentibus omnia peccata con-
donat, unde incredibilis lætitie, lachrymarum
que finis existit. Liberat autem pedes nostros à
lapsu, cum suum spiritum sanctum nobiscum co-
municat, qui vires animi sic corroboret, ut sta-
dium præceptorum suorum sine villa periculosa
offensione curramus.

Ambulabo coram domino. Ambulare co-
ram deo, ut alio loco diximus, est pie, sancte que
wure, et deum semper ante oculos habere. di-
ximus item, terram viuentium appellari terras
iudas, in quibus haec vita degitur. Significat igitur,
se adhuc vitam retenturū contra existimati-
onem inimicorum, & omne studium in colen-

E X P L A N A T I O IN LIB.

do, & contemplando deo positurum.

Credidi, propter quod. Credo (inquit) & certissimam fidem adhibeo promissionibus dei, propterea summa cum fiducia lognor. quis eius cum in maximis angustiis versarer, & fugeret praeceps aduersarios mihi iam iamque imminentes, dicebam tamen, mentiuntur quidem omnes homines, sed deus certe mentiri non potest, itaque ille me incolumē conserubat, & hostibus de medio sublatis in regia dignitate constituit. Quas igitur gratiam referam domino, qui mihi saltem attulit, & me, ac familiam meam tantius beneficis ornauit?

Calicem salvationum accipiam. Solebam sacra celebrare coniuia, cum gratias agerem deo, periculo aliquo maiore liberati. itaque significat his verbis, se eiusmodi coniuinium ornaturum, & apparaturum, in quo nomen domini innocens poculum salutis accipiet, poculum inquit gratiarum actionis pro vita, & salute conseruata beneficio dei. Sic Hebrei quinque doctissimi hunc locum explanant.

Preciosa in cōspectu domini. Magno (inquit) & sum et dominus mortem piorum, itaque non facile permittit eos ab impiis necari sed quod ego iam sapissime expertus sum.

A R G U M E N T . PSALM.

C X V I I .

E S A L M . C V M P A R A P H . 349

Hortatur vniuersos mortales, ad gratias agendas deo pro misericordia quam adhibuit in eorum calamitatibus misericordia filio suo, qui eos erroribus inextricabilibus implicitos ad viam veritatis reuocaret, ac beatos faceret immortalitate donata.

P s a l m u s C X V I I .

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Quoniam multiplicata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in eternum.

E X P L A N A T I O .

Quoniam multiplicata est. Verissime predicit, autem esse & multiplicatam misericordiam dei erga Hebreos, & ceteras omnes nationes Christo nobis donato: huic enim beneficentie tanta est magnitudo, ut ea nulla cogitatione comprehendendi possit. Quanquam vero misericordia pertinet ad omnes mortales (quisquis enim salutem, & vitam beatam consequitur, illum dono, & benignitate dei consequitur) tandem proprieta veritas ad Iudeos, misericordia ad ceteras gentes referenda est: illis enim promisit fuerat Christus, istis nulla intercedente propria exhibitus est, qua de rebus diuis Paulus

Viiij

E X P L A N A T I O N IN LIB.

in epistola ad Romanos scripta, Illud auctorita-
co, Iesum Christum ministrum fuisse circumci-
sionis pro veritate dei ad confirmandas promi-
ssiones patrum. ceterum ut gentes pro misericor-
cordia glorificant deum, sicut scriptum est, pra-
pter hac confitebor tibi in gentibus, & nominis
tuo cana. & rursum dicit, Gaudete omnes ga-
tes cum populo eius. & rursum, laudate domini
omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Et veritas domini manet in aeternum.
Veritatem appellat fidem, dictorumque certi-
tudinem, quod si fides dei semper inserviat manet,
pro certo habere debemus, illum promissa nobis
esse facturum. promisit autem vita beatam &
sempiternam, si pietatem coleremus, atque om-
nem salutis nostrae fiduciam in Christi sanguinem,
& meritis reponeremus.

A R G U M E N T U M

P S A L . C X V I I I .

HVnc pulcherrimum hymnum cecinit
DAuid, cum superatis aduersariis re-
giam potestatem summa omnium volunta-
te aciperet, atque ab innumerabili gran-
lantium multitudine deductus ad templum
gratias ageret deo.

Psalms

C X V I I I .

P S A L . C V M P A R A P H . 350

Confitemini domino, quoniam bo-
nus, quoniam in seculum misericor-
dia eius.

Dicat nunc Israel, quoniam in seculum
misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron, quoniam in se-
culum misericordia eius.

Dicant nunc, qui timent dominum, quo-
niam in seculum misericordia eius.

De angustia inuocauit dominum, & exau-
diuit me in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor non timebo, quid
faciat mihi homo.

Dominus est pro me cum auxiliantibus
mihi, & ego optata videbo in inimicis
meis.

Melius est confidere in domino, quam
confidere in homine.

Melius est sperare in domino, quam spe-
rate in principiis.

Omnis gentes circuiderant me, in no-
mine domini, quia vltus sum in eas.

Circuiderant me, circuiderant in-
quam me, in nomine domini quia vltus
sum in eos.

Circuiderant me sicut apes, extinti
sicut ignis spinarū, in nomine domini quia
vltus sum in eos.

V v iiii

E X P L A N A T I O I N L I

Impellens impulisti me, vt caderet, & do-
minus adiuvuit me.

Fortitudo mea, & canticum dominus, &
factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis in tabernac-
lis iustorum.

Dextera domini fecit fortitudinem, de-
xtera domini excelsa est, dextera dominus
cit fortitudinem.

Non moriar, sed viuam, & narraboope-
ra domini.

Castigans castigauit me dominus, & mo-
ti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in
eas confitebor domino, hæc porta domini,
iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudiisti me,
& factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobauerunt adfican-
tes, hic factus est in caput anguli.

A domino factum est istud, & hoc est mi-
rabile in oculis nostris.

Hæc est dies quam fecit dominus, exal-
temus, & lætemur in ea.

Obsecro domine salua nunc, obsecro do-
mine da nunc prosperitatem, benedictum
qui venit in nomine domini.

Benediximus vobis de domo domini

P S A L M . C V M P A R A P H . 351

deus dominus, & illuxit nobis.

Redimite solennitatem frondibus usque
ad cornua altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi, deus
meus es tu, & exaltata te.

Confitemini domino, quoniam bonus,
quoniam in seculum misericordia eius.

E X P L A N A T I O .

Et exaudiuit me in latitudine dominus.
Id est, ex maximu[m] illis periculis, & angustiis per-
duxit me in locum amplius, & spatiatum, ni-
mirum ad quietem, & securitatem.

Extincti sunt sicut ignis spinarum. Ele-
gantissima est similitudo: nam spine ignem fa-
cile concipiunt, qui magnum fragorem edit, &
vicina queque consumpturus videtur, sed statim
ipse extinguitur.

Impellens impulisti me. Videtur his ver-
bi appellare Saulem, qui eum acerrime oppu-
gnauerat.

Vox exultationis. Personant, inquit, omnia
plausu, & saufia clamoribus bonorum gratulan-
dum de salute, & dignitate mea.

Dextera domini fecit virtutem. Quod vi-
tem retinuerit, quod hostes bello superarit, quod
regiam dignitatem adeptus sit, attribuit deo,

non prudentia, aut virtuti, et viribus suis.

Castigans, castigauit me dominus, & morti non tradidit me. Significat se a deo non hostilem in modum, sed paternum castigatum esse: castigat enim dominus, quem diligit: verberibus cedit, quo sunque sibi adoptat.

Aperite mihi portas iustitiae. Sic appelles fore templi.

Lapidem quem reprobauerunt. Abiecerant, inquit, me adficiantes, id est, qui rerum potiebantur, tanquam lapidem inutilem, et nulli rei aptum: sed benignitate dei cernunt, me nunc collocatum in capite anguli, nimirus in potione, ac digniore adficiū loco, erat autem constitutus rex totius terræ Iudeæ, in ea verò imperium Christi adumbravit: quapropter ille apud Matthæum hunc versiculum Iudeis obicit. Eundem appellat etiam Esaias lapidem angularē, reputate qui totum adficiū ecclesia continet, et duos parietes in unum angulum copulanerit, hoc est Hebreos, et cetera nationes ab ijs religione, ac moribus disidentes in unum corpus coagmentarit, cuius corporis ipse caput est.

Et est mirabile in oculis nostris. Iure quidem mirabantur omnes, Davidem ab universitate Hebreæ amplissimo regis honoris, ac nomine affectum esse, qui loco humili natus erat, et regnante Saule multis annos vitam vagam, in-

opem, acerbâ vixerat, et post obitum regis diuturis optimatum odij exagitatus fuerat: sed multo magis mirabantur, qui Iesum viserant a principibus sacerdotum tanquam hominem impium, et pestiferum in crucem tolli, cum pauca post annis eundem cernerent pro salutari deo, omnibus terrarum finibus coli, regnumque illius, hoc magis longe latèque propagari, quo magis doctissimis viris, et potissimum quibusque regibus omni conatu et crudelitate oppugnaretur, quod ramen defensores haberet exiguo numero, genere infimos, et lingua barbaros, quiske profiterentur, se nihil scire praeter Iesum Christum, et hunc quidem supplicio crucis affectionem. Nonne qui haec videbant, vel initifateri cogebantur, ea non humanis opibus sed nomine divino geri? neque post homini memoriam quicquam tam inopinatum, tamque admirable contigisse?

Hæc est dies, quam fecit dominus. Verba haec sunt populi gratulantis, dum David regiam dignitatem accipit. Sed eisdem verbis gratulatur longe maiore gaudio Ecclesia piorum CHRISTI ad vitam redeunti, et imperium celatum: atque hominum a patre accipienti: nullus enim aliis dies unquam ita latuit, pulcher, sanctus, et salutaris generi hominum illuxit, hoc die tyrannis acerbissima dis-

EXPLA NATIO IN LIB.

boli euersa, peccatum sublatum, mors extincta,
lachrymæ miserorum absterſæ, infusæ aque, &
vita sempiterna in uniuersa terrarum oras in-
troducta est.

Obscurio domine. Hæc populus faſſis &
ſecundis acclamationibus pronuntiabat oram
deum, ut regem ac ciuitatem incolarem con-
ſeruaret, & regnum fortunaret, quod Sauli
culpa, & improbitate maximè labefactatum
erat. His eisdē vocibus populus C H R I S T U M
proſecutus est, cum aſina vextus Hieroſolyma
ingredereetur.

Benedictus qui venit. Videntur hæc verba
eſſe ſacerdotum excipientium regem, & popu-
lum intra fores templi.

Deus dominus & illuxit nobis. Deus (in-
quiunt ſacerdotes) eſt dominus noster, quarebo
no animo eſſe debetis: ille enim pro benignitate
ſua depulſis tenebris omnium calamitatium, lucē
nobis, & omnium rerum proſperitatem attu-
bit, cum tam pium, tam ſanctum, tamque ſapien-
tem regem nobis dedit.

Redimite ſolemnitatem. Id eſt, die tam le-
to, & fauſlo redimite atria templi frondibus ſe-
ſtis yſque ad cornu altaris, ſunt qui vertūt hume-
rificulum hoc modo, alligate hostiam funibus
ad cornua altaris.

ARGUMENT. PSAL. CXIX.

PSALM. C V M P A R A P H 353

Difſerit, beatam vitam poſitam eſſe in
obſeruatione legum diuinarum, itaq;
precatur deum, ut illarum doctrina, & amo-
re animum ſuum imbuat, quo poſſit & pic-
tatem colere, & ipſi deo charifimus eſſe.

Pſalmus C X I X.

A L E P H.

B Eati immaculati in via, qui ambulant
B in lege domini.

B Eati qui cuſtodiunt testimonium eius,
in toto corde exquirunt cum.

N on enim operantur iniuitatem, qui in
viis eius ambulant.

T u mandasti mandata tua cuſtodiſſi val-
de.

V eniam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiē-
das iuſtificationes tuas.

Tunc non confundar, cum reſpexero ad
omnia mandata tua.

C onfitebor tibi in directione cordis, cum
diſdicero iudicia iuſtæ tuæ.

Iuſtificationes tuas cuſtodiā, ne me de-
ſelinquas yſquequaque.

B. E S T H.

EXPLANATIO IN LIE.

In quo corrigit adolescentior viâ suam
in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisuite, ne aber-
rare finas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua, &
non pecem tibi.

Benedictus es domine, doce me iustifica-
tiones tuas.

In labiis meis pronunciaui omnia iudicia
oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus
sum, sicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis exercebor, & confide-
rabo vias tuas.

In iustificationibus tuis delectabor, non
obliuiscar sermones tuos.

G V I M E L.

Retribue seruo tuo, ut viuam, & custo-
diam sermones tuos.

Reuelo oculos meos, & considerabo mi-
rabilia de lege tua.

Aduena ego sum in terra, non abscondi
à me mandata tua.

Arrita est anima mea præ desiderio in-
stificationum tuarum in omni tempore.

Increpasti superbos, maledicti, qui decli-

P S A L . C V M P A R A P H .

322

nant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium, & contemptum
quia testimonia tua custodiiui.

Etiam federūt principes, & aduersum me
loquebantur.

Seruus autē tuus exercebantur in iustifi-
cationibus tuis.

Nam testimonia tua delectationes meæ
sunt, & consiliarij mei.

D A L E T H .

Adhæsit pulueri anima mea, viuificans
secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiaui, & exaudisti me, do-
ce me iustificationes tuas.

Vitam iustificationum tuarū instrue me,
& exercebor in mirabilibus tuis.

Liquefacta est anima mea præ auxieta-
te, confirmata me iuxta verbum tuum.

Viam iniqutatis amoue à me, & legem
tuam dona mihi.

Via veritatis elegi, iudicia tua mihi pro-
posui.

Adhæsi testimoniis tuis domine, noli me
confundere.

Via in mādatorum tuorum currām, cùm
dilatabis cor meum.

EXPLANATIO IN LIX.

H E.

Docet me domine viam iustificationum tuarum, & custodiam eam semper.

Dam'hi intellectum, & custodiam legem tuam, & custodiā illam in toto corde meo,

Deduc me in semita mandatorum tuorū, quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.

Cófirma seruo tuo eloquium tuum, quod incitat ad timorem tuum.

Aufer opprobrium meum, quod timui, quia iudicia tua sunt bona.

Et concupiui mandata tua, in iustitia tua viuifica me.

V A V.

Et veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia sperau in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque, quia in iudiciis tuis sperau.

Et custodiam legem tuā semper in se-

PSALM. CVM PARAPH. 357

Ius, & in seculum seculi.

Et ambulabo in latitudine, quia mandata tua exquisui.

Et loquar de testimoniiis tuis in conspectu Regum, & non confundar.

Et delectabor in mandatis tuis, quæ dileyxi.

Et leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & meditabor in iustificationibus tuis.

Z A I N.

Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.

Hæc est consolatio mea in afflictione mea, quia eloquium tuum viuificauit me.

Superbi deriserunt me nimis, à lege autem tua non declinauit.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & consolatus sum.

Horror tenuit me pro peccatoribus dereliquentibus legem tuam.

Canticum mihi fuerunt iustificationes tue, in domo peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.

Hoc factum est mihi, quia iustificatio-

X x

EXPLANATIO IN LIN
nes tuas exquisiui.

H E T H.

Portio mea domine, dixi; custodire verba tua.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo; miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Festinaui. & non tardaui custodire mandata tua.

Funis peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sem oblius.

Media nocte surgam ad confitendum tibi super iudiciis iustitiae tuae.

Socius ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est ter, iustificationes tuas doce me.

T E T H.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum.

Bonum gustam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

P S A L . C V M P A R A P H. 356

Prisquam tribularer, ego deliqui, nunc autem eloquium tuum custodio.

Bonus es tu & beneficus, doce me iustificationes tuas.

Concinnauerunt aduersum me superbi mendacia, ego autem in toto corde meo custodiā mandata tua.

Incaflatum est sicut adeps cor eorum, ego vero in lege tua delectatus sum.

Bonum mihi, quia affixisti me, vt discerem iustificationes tuas.

Melior mihi lex oris tui, quam millia auri, & argenti.

I O D.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, da mihi intellectum, vt discā mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & laetabun- tur, quia in verba tua speravi.

Scio domine, quod æquitas iudicia tua, & in veritate tua affixisti me.

Fiat misericordia tua, vt consolerar me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & vinā, quia lex tuæ delectatio mea est.

Confundantur superbi, quia iniuste op-

E X P L A N A T I O N I N L I B.

primere voluerunt me, ego autem exerce-
bor in mandatis tuis.

Reuertantur ad me timentes te, qui no-
uerunt testimonia tua.

Sit cor meum immaculatum in iustifica-
tionibus tuis, ut non confundar.

C A P H.

Defecit in salutare tuum anima mea, &
in verbum tuum speravi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum
dicentes, quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in fumo, iusti-
ficationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui? quando facies de-
persequentibus me iudicium?

Foderunt mihi superbi foucas, quod non
est secundum legem tuam.

Omnia mandata tua veritas, iniqui per-
secuti sunt me adiua me.

Paulò minus consumperunt me in terra,
ego autem non derelinqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vquina
me, & custodiam testimonia oris tui.

L A M E D:

In æternum domine verbum tuum per-

P S A L M . C V M P A R A P H . 357

manet in cœlo.

In generationem, & generationem veri-
tas tua, fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies, quoniā
omnia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, tūc
fortè periisse in afflictione mea.

In æternū non obliuiscar iustificationes
tuas, quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam
iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores, ut perde-
rent me, testimonia tua intelligebam.

Omnis consummationis vidi finem, la-
tum mandatum tuum nimis.

M E M.

Quam dilexi legem tuam, tota die medi-
tatio mea est.

Supra inimicos meos prudentem me fe-
cisti mandato tuo, quia in æternum mi-
hi est.

Supra omnes docentes me intellexi, quia
testimonia tua meditatio mea est.

Supra senes intellexi, quia mandata tua
custodiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos,

EXPLANATIO IN LIB.

vt custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non decinaui, quia tu de-
cuisti me.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,
supra meliori meo.

A mandatis tuis intellexi, propterea odi-
ui viam iniquitatis.

N V M.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, &
tu men semitis meis.

Iurauit, & statui custodire iudicia iusticie
tua.

Afflietus sum vsquequaque domine, iugi-
fica me secundum verbum tuum.

Voluntaria sacrificia oris mei placeant
tibi domine, & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper, &
legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi, &
a mandatis tuis non errauit.

Hæreditate acquisiui testimonia tua in
eternum, quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iusti-
cationes tuas in eternum propter retribu-
tionem.

S A M E C H.

P S A L . : C V M P A R A P H .

353

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.
Latibulum meum, & scutum meum es tu,
& in verbum tuum speravi.

Declinate a me maligni, & custodiam
mandata dei mei;

Confirmata secundum eloquium tuum,
& viuam, & ne confundas me ab expecta-
tione mea.

Sustenta me, & saluus ero, & delectabor in
iustificationibus tuis semper.

Conculcaisti omnes discedentes a iudiciis
tuis, quia iniusta cogitatio eorum.

Velut seroriam suscepisti omnes peccato-
res terræ, ideo dilexi testimonia tua.

Inhorruit timore tui caro mea, & a iudi-
ciis tuis timui.

A I N .

Feci iudicium, & iustitiam, ne tradas me
opprimentibus me.

Oblecta seruum tuum in bonum, non
opprimant me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum,
& in eloquium iustitiae tuae.

Fac cum seruo tuo secundum miseri-
cordiam tuam, & iustificationes tuas doce
me.

X X . 353

E X P L A N A T I O N E

Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum,
vt sciam te& monia tua.

Tempus faciendi domine dissipauerunt
legem tuam..

Ideò dilexi mandata tua super aurum, &
topatum.

Propterea omnia mandata omnium re-
cta iudicavi, & omnem viam falsam odio
habui.

P H E.

Mirabilia testimonia tua, idèo custodiri
illa anima mea.

Oftium sermonum tuorum illuminat, &
intellectum dat parvulus.

Os meum aperui, & attraxi spiritum, qui
mandata tua desiderabam.

Aspice me, & miserere mei secundum iu-
dicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium
tuum, & non dominetur mihi villa iniustitia.

Redime me ab oppressione hominum, &
custodiā mandata tua.

Faciem tamen illumina super seruū tuum,
& doce me iustificationes tuas;

Riuos aquarum profuderunt oculi mei,
quia non custodierunt legem tuam.

P S A L M . C V M P A R A P H . 359

S A D E .

Iustus es domine, & rectum iudicium
tuum.

Mandasti iustitiam in testimonijis tuis, &
veritatem tuam valde.

Tabescere me fecit Zelus meus, quia
oblitus sunt verba tua inimici mei.

Examinatum igne eloquium tuum vhe-
menter, & seruus tuus dilexit illud.

Parvulus sum ego, & contemptus, iustifi-
cationes tuas non sunt oblitus.

Iustitia tua, iustitia in æternum, & lex
tua veritas.

Tribulatio, & angustia inuenierunt me,
mandata tua delectatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternum, in-
tellectum da mihi, & viuam.

C O P H .

Clamaui in toto corde, exaudi me domi-
ne, iustificationes tuas custodiā.

Clamaui ad te, saluum me fac, & custodiā
mandata tua.

Præueni diluculum, & clamaui, verbum
tuum expectavi.

Præuenierunt oculi mei vigilias, vt medi-
tater eloquia tua.

EXPLANATIO IN L.

Vocē meā audi secūdum misericordiam tuam, secundum iudicia tua viuifica mē.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longe fudi sunt.

Propè es tu Domine, & omnes viæ tua veritas.

Initio cognoui de testimonitis tuis, quod in æternum fundaueris ea.

R E S.

Vide afflictionem meā, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.

Judica causam meam, & redime me, propter eloquium tuum viuifica me.

Longe à peccatoribus salus, quia iustifications tuas non exquisierunt.

Misericordia tua multæ domine, secundum iudicium tuum viuifica me.

Mul̄ti sunt, qui persequuntur me, & trahulant me, à testimoniosis tuis non desculnauit.

Vidi præuaricantes, & tabescerebam, quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam misericordia tua d. lexī domine, in misericordia tua viuifica me.

Caput verborum tuorum veritas, in æter-

PSAL. C V M P A R A P H. 360

nūm omnia iudicia iustitiae tuæ.

S I N.

Principes persecuti sunt me sine causa, & à verbis tuis formidauit cor meum. Lator ego super eloquio tuo, sicut qui inventit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi super iudicis iustitiae tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

Expectavi salutare tuum domine, & man data tua obseruavi.

Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer.

Seruavi mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

T A V.

Apropinquet clamor meus in conspectu tuo domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Inret postulatio mea ad conspectum tuum, secundum eloquium tuum eripe me,

Eructabunt labia mea hymnum, cum
cucris me iustificationes tuas.

Pronunciat lingua mea eloquium tuum,
quia omnia mandata tua æquitas.

Sit manus tua auxiliarix mea, quoniam
mandata tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine, &
tua delectatio mea est.

Vivet anima mea, & laudabit te, &
cita tua adiuuabunt me.

Errauit sicut ouis, quæ perit: quare se-
rum tuum, quia mandata tua non fu-
oblitus.

EXPLANATIO.

Beati immaculati in via. Id est, qui via
pure, & innocenter agunt.

Tu mandasti. Ostendit, quanto & studio
diligentia sine calenda leges dei, itaque qua
vitam suam sic institui, & gubernari a deo,
nunquam ab eorum observatione aberret, n-
at futurum, ut omnia sibi pulcherrimè sucul-
si semper eas leges ante oculos habuerit, qm
nes actiones suas eorum regula metietur, in
etiam dicit se syncerd, & ex animo celebrant
laudes Dei.

In quo corrigit adolescentior viam suam

Deus in Genesi testatur, hominem ab ineunte
aetate ad virtutem procluem eff.: at qualis est adoles-
centia, talis & senectus; vt Salomon inquit: ita
vir sanctus mox, dum ætas adhuc tenera
& flexibilis, mores depravatos emendandos
est, itaque ad normam legum diuinarum diri-
pendos, quia vero id facile quidem est ad praci-
pendum, sed factu nihil difficultius, propter
quæ in persona sua postea docet, quæ via, &
ratione ad hanc virtutis excellentiam peruenire
adfectentes queant.

In corde meo abscondi eloquia tua.

Significat, se preceptis Dei sic affectum esse vt
ta tangere pretiosissimum thesaurum in inti-
mo animo recondita seruet, contrà quād multi
se solent, qui simulatione sanctitatis leges
quidem diuinas semper ore iactant, sed ani-
num ab illarum amore prorsus abhorrentem
habent.

Retribue seruo. Retribuere apud Hebreos
non solum est beneficium reddere, sed etiam vul-
nare, atque in hanc sententiam accipitur hoc
deo. orat enim vir sanctus deum, vt liberalitate
pater, & benignè sibi faciat, quod vivere, &
recepit ipsius obseruare possit: his enim viola-
tus vita nulla est.

Reuelat oculos meos. Verba haec notatu di-
uisimæ sunt: indicant enim id, quod etiam diuinus

Paulus affueranter affirmat, mentem homini cognitionem rerum diuinarum sine diuino auxilio capere non posse; quemadmodum neque oculus solem sine luce solum intueri valeret.

Aduena ego sum in terra. Animus inquietus non capit se rebus terrenis et caduci, sed tanquam peregrinus hanc vitam transeo, ad regiones celi summo desiderio festinans; itaque minime me celestes mysteria legum tuarum, quae scientia et observatione, ad vitam caelestem, beatam perueniuntur.

Increpasti superbos, Merito, inquit, ambo colo præceptiones tuas nam superbos, et arrogantes, qui illas deficiunt, increpare, et execrare soles.

Ausfer a me opprobrium. Vindica me a iuriis, et contumelias istorum superborum, quae acerbissimè infectantur, propterea quod a deo, me tuarum legum studiosum esse.

Scripus autem tuus. Cum præcipes ciuitatis maledicis me infectarentur. ego meditatione et observatione præceptorum tuorum munidam me, illis me in rebus aduersis oblectabam, illis rebus dubiis, et difficultibus in consilium adhibebam.

Adhæsit pulueri anima mea. In maximo periculo versor, ut penè iam oppressus sim, et proximus morti, at tu domine salutem milibim⁹.

tue, quemadmodum te facturum promisisti, quoque homines ad tuam misericordiam configiſſent. Et profecto, cum nō immiseret mihi periculum aliquod, aut aliquid gravius et difficile mihi agendum iſſet semper oraculum tuum consului, semper auxilium tui implorauī, semper te propitium, et misericordem expertus sum. itaque Domine haec fiducia fretus oro te, ut doceas me caelestem scientiam sanctissimarum legum tuarum, ut carum meditatione corroboratus possim animo erecto, atque constanti resistere tantum in imitabili, quibus vnde que oppugnor.

Noli me confundere. Id est, ne permitte, ut ea spes me fallat.

Viam mandatorum tuorum. Significat, hominem præcepta dei seruare non posse, nisi Deus illi spiritum suum impertiat, viresque suppedinet.

Doce me domine. In his octo versibus aperit finē ostendit, naturam hominis imbecillā esse, ad intelligentias, amandas, et sequendas leges datur; nisi deus ipse spiritu suo mentem illuminet, voluntatem inflammet, totumque animum renovet. itaque diuinus Augustinus ad hanc sententiā probandans contra Pelagianos hos versus sepius numero testes citat.

Confirmā seruo tuo eloquium tuū. Id est, in animo meo firmā fīc et stabilem legē tuam.

Et respondebo exprobrantibus. Adhuc
inquam Domine, et mihi salutem affer, ut si,
quod respondeam exprobrantibus mihi, quod
profiteri soleam me confidere promissiones
tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum verita-
tis. Ego quidem natura maximè proclivus ad
errandum, imbecillus, timidus, nullus animi-
sum: at tu domine, qui me in viam veritatis de-
duxisti, ne quæso permitte mentem meam abi-
la unquam aberrare, tantumque animi, et fir-
mitatis suffice, ut me nulla vis, aut metus indu-
cere possit ad dicendum aliquid, quod doctrine,
et legibus tuis sanctissimis repugnet.

Et ambulatio in latitudine. Cum Dei spi-
ritus abest, recta viuendi via difficultima est:
contraque illo presente, et leges de iusti-
tas et amabiles efficiente, omnia aspera et
angusta se conuertunt in vias latae et pla-
nas.

Et loquar de testimonio tuis. Hic versu-
eam sententiam continet, quam Christus apud
Lucam exprimit clarius, cum prædictit, dis-
cipulos suos ad Regum, et Iudicium tribunalu-
m suum iri, quo religionis, et doctrine sua re-
tionem reddant, eo que monet, ut sine villa pre-
meditatione defensionis accedant: se enim sapia-
tionem, et verba suppeditaturum, quibus aduersa-

ri resistere non possint. Hac sapientia fretus vir-
tus gloriantur, se coram regibus doctrina,
et legibus dei liberè locuturum, neque aliquem
fore, qui posset ipsum redarguere.

Et leuabo manus. Id est, summa alacritate
perspiciam ea, quæ iubent leges tuae.

Memor esto verbi tui seruo tuo. Id est, me-
mento eorum, quæ mihi pollicitus es.

Hæc est consolatio mea. Iampridem (in-
quit) me animus, et vita defecisset præ magni-
tudine calamitatum, nisi verba tua afflictum et
iacitatem erexissent.

Superbi deriserunt me nimis. Arrogan-
ti, et oraculorum tuorum contemptores, me
satiisficiunt iudicant, quod verbis tuis fidem
adhibeam, et retinende pietatis causa nullum
incommodum recusem: sed ego nulla re ab ob-
seruatione, et studio legum tuarum deterrerim
possim.

Memor fui iudiciorum. Sæpe animo recolo,
quanta benignitate semper tutatus sis homines
piis, quantis eos præmissis afficeris, et ea quidem
cogitatio mirandum in modum recreat me.

Horror tenuit me. Horror inuidit me, quo-
nes cogito miseriari, et impietatem eorum, qui
negligunt leges tuas.

Canticum mihi fuerunt. Cum in exilium pul-
suffissim, calamitates meas solabar cantandis

Yy

EXPLANATIO

legibus tuis hoc unicum perfugium mihi sicut
tantis malis, vel peregrinationem appellat vitam
hanc, qua degitur in terris.

Memor fui nomine nominis tui. Tanta est
magnitudo voluptatis, quam de te cogitans ca-
pio, ut dum alijs ob levando labores, et cura
somnia, et quieti se tradant; ego vigilans in re-
rum tuarum meditatione conquietam.

Hoc mihi contigit. Omnia (inquit) bona,
que commemoravi, mihi contigerunt, propterea
quod leges tuas diligenter obseruauit.

Portio mea domine. Habeant alii fibi sua
opes, honores, et potestiam: tu domine hereditas,
et luculentum patrimonium meum, tu unus mihi
omnia bona es: itaque proposui, in colendis le-
gibus tuis omnem curam et diligentiam ponere,
sed hoc ego quod potero exequi nisi tu, qui hanc mihi
mentem donauisti, incepisti, et constitutus
exitus quoque prosperos donec propterea ad te
confugio, et tuam misericordiam suppliciter im-
ploro, tu quasi illam mihi tribue, quemadmodum
te facturum esse promisisti.

Cogitauit vias meas. Ego quidem mores, na-
tiones, atque instituta vita mea diligenter ex-
cusi, cingue nihil boni in ijs compere possem, nalle
interposita mori omne meum studium conveni
ad seruandas leges tuas, quanquam vera ob cau-
rens in maxima pericula, et angustias addul-
ter.

IN LIB. PSALMORVM. 364

sum ab hominibus scleratus, et impius, tamen vi-
tam meam eripi quoniam harum legum obserua-
tionem malo.

Misericordia tua domine. Tam liberalis, et
benignus es domine, ut neminem in toto terrarum
orbe patiare expertem esse misericordiae tue: hac
tu vtere aduersus me, potissimum ad docendas
leges tuas.

Bonum gustum, et scientiam doce me. Ea
est humani iudicij depravatio, ea cæcitas animo-
rum, et ignorantia, ut falsi pro veris, et mala
pro bonis, et plurimi amplectantur. At tu do-
mine, qui iam seruo tuo benigne facere cepisti,
ita mentem meam illumina, ut perspiciam, quid
appetendum, vitandumque sit: ita gustum animi
mei sanca, ut verorum bonorum suavitatem sen-
tiam, et cetera omnia iudicem amara.

Priusquam tribularer, ego deliqui. Gratias
ago tibi summe pater immortales, quod multa
mihi aduersa tuo consilio evenerint: cum enim mihi
omnia secunda cederent, sic animo elato crast,
ut contra leges tuas multa committerem: nunc illis
nihil mihi sanctius, nihil antiquius est, illarum ob-
seruatione ego omnia posteriora dico. At tu qui
bonus es, tu amque bonitatem liberaliter imper-
i, harum sanctissimam legum scientiam mihi
mnde.

Concinnauerunt aduersum me, Homines

Yy

superbi, & doctrinæ tuae contemptores multa confinxerunt ad spem sanctitatis adumbrare, quo mo à via veritatis ad sua futilia commentia trahuerent, at ego leges tuas colere summa constans persevero.

Incrassatum est sicut adeps. Habent isti homines metem hebetem, & crassam, quippe quam corporis veluptatibus, & rerum terrenarum cogitationibus alunt, propterea neque scientiam legum diuinarum tenent, neque iū delectantur.

Manus tuæ fecerunt me. Tu me domine eius manibus effinxisti, tu rex, tu pater, tu creator meus es, itaque bona mentem mihi donasti, atque animum meum sic imbuisti scientia legum tuarum, ut nihil cogitare, aut loqui, aut facere me delectet, quod à pulcherrimis illarum præcepti abhorreat.

Scio domine. Persuasiōnum habeo, quod nihil nisi rectum, & iustum à tuo sancto nomine manat: itaque non dubito, quin ire, ac merito me affixeris, sed iam quæso mihi misericordiam tribue, & consolare afflictum, & iacentem: id enim pollicitū es seruo tuo.

Reuertantur ad me. Sublatis de medio impīi reuertantur ad me homines pīi, qui mea perterriti vitam inopem, & vagam persequuntur.

Defecit in salatāre. Defecit penēiam animū

mea præ sollicita expectatione auxiliū tul, quo ntitur omnis salus mea: ipsi etiam oculi mei iam desecerunt, in cœlum dies noctesque suspicentes, si qua forte viderent salutem venientem, quarta seruo tuo promissi. Sed quanquam præ magnitudine calamitatum, & aſiduo mœro confectus sum, arque adeo exefi, ut cutis mea viri ad suum ſuperno comparanda sit, nunquam tamen legum tuarum oblitus sum: sed tu quandiu permettes seruum tuum tanta crudelitate vexaris quando tandem de impīi aduersarijs meis ſuplicium sumes?

In æternum domine. Prædicat, legem dei non poſe antiquari, & quicquid ipſe conſtituit, ydatum, & fixum eſſe, quod perennitas cordi & terre apertissime testificatur, quas ille res ea legē creavit, vi nullo tempore interirent.

Ordinatione tua. Quicquid ab initio creauisti, yque in hodiernum diem ita conſiſtit, ut à sapientia tua conſtitutum fuit. denique omnia imperio tuo parent, nihil temere, nihil fortuitō fit in vanis, omnia diuini numinis tui conſilio administrantur. Hæc mihi ego aſidue cum animo meo cogitassem, & meditatione legum tuarum me ipsum oblectassem, profectō magnitudine calamitatum interiſsem.

Me expectauerunt. Inſidias machinante mihi impīi, at ego ad scientiam legum tuarū me

Yy iñ

E X P L A N A T I O

recipiam, earumque praesidio tutissimo me com-
muniam.

Omnis consummationis. Nihil tam abs-
lutm tamque perfectum oculis meis cerno, cum
interitum videre non possum: at lex tua nullu tem-
porum finibus circumscribitur, nulla vi, aut veru-
state consumi, vel obliterari potest.

Quam dilexi legem tuam. Hoc octo versibus
exponit, quod praeclarum fructum cepit ex flu-
dio, et observatione legum diuinarum: se enim
tantos progressus in prudentia, et cognitione re-
rum prestatissimarum fecisse gloriatur, ut omni-
bus ipsis, qui harum virtutis laudibus florent, multo
antecellat. Addit præterea, se amore pietatu, et
iustitia sic incensum esse, ut haec sibi antiquissima
cura sit, ne quid committat iniquam, quod meri-
to reprehendi queat.

Quia in æternum mihi est. Id est, quia sem-
per in animo meo, et memoria infixa habent
præcepta tua.

A mandatis tuis intellexi. Id est, medi-
tatione, et scientia præceptionum tuarum pru-
dens, sic.

Lucerna pedibus meis. In tenebris vita hu-
mus ingredienti: lex tua tanquam fax prælucet, ne
quid offendam, ne veaberem ab ea via, quæ du-
cit ad vitam beatam, et immortalem.

Voluntaria sacrificia oris mei placeant

I N L I B . P S A L M O R V M . 366

tibi domine. Hymnos præcipue, quos deo can-
tabat, appellat voluntarium sacrificium: ea enim
sacrificia, que neque præcepto legis, neque pro
expienda culpa, sed pro gratiarum actione fie-
bant, sic vocabantur.

Anima mea in manibus. Id est, nunquam le-
ges tuas obliniscor, et si nunquam non versor in
maximo periculo. Nam apud Hebreos, animam
manibus ferre, est vitam omnibus periculis pro-
positam habere, hinc illud in libro primo Regum,
Posui animam meam in manu mea.

In aeternum propter retributionem. Id est,
propter amplissima dona, quæ pro tua maxima
liberalitate studiosis legum tuarum premisisti. In
his donis ipse deus numerandus est, quo fruentur
in perpetuum, qui conuenienter præceptis ipsius
vivere perseverant. Sed illud scire oportet voca-
bulum Hebreorum non minus significare finem
quam mercedem, quapropter alij sic vertunt, in
seculum, et yque in finem.

Id eo dilexi testimonia tua. Amatores
enim legum diuinarum peccatas defugiant, quas
carum contemptores sustinent, et maximis præ-
terea honoribus afficiuntur a deo.

Inhorruit timore tui caro mea. Toto (in-
quit) corpore cohorrui, dum cogitarem, quam
graues peccatas dare soleant, qui a tuis legibus de-
ficiunt.

Oblecta seruum tuorum in bonum. Sic animum meum amore virtutis, & pietatis inflamma, ut omnes meas voluptates, & delectationes in his rebus constitutas habeam.

Tempus faciendi. Iahi tempus appetit, quo tempore supplicium sumes de istis, qui leges tuas violant, euertuntque...

Propterea omnia mandata tua. Propterea omnia praecepta rerum omnium, quas praecepisti, recta, & iusta esse, existimauit.

Ostium sermonum tuorum. Id est, non modo si quis in intima arcana legum tuarum ingreditur, & penetret, sed etiam si vel ostium earum tantum attingat, & primoribus (vt aiunt) labris scientiam illam diuinam degustet, statim celestis quodam lumine illustratur, ut facile perspicere posset, quid sequendum, quid fugendum. hanc verò intelligentiam non superbi, & impuris, sed simplices, & innocentes homines consequuntur.

* Os meum aperui. Allegoria est, qua exprimit animum anhelantem praedesiderio caelstis sapientiae.

Et miserere mei secundum. Miserere inquit mei, meus ita tracta, ut eos tractare soles, quipie colunt nomen tuum.

Gressus meos dirige. Fac, ut omnes meae vivendi rationes ad normam legum tuarum duci-

gantur, neque ab omni peccato, & scelere purum, integrumque conserua.

Riuos aquarum profuderunt. Exprimunt amorem, & studium suum erga leges diuinas: quas cum videret ab impijs negligi, & violari, pro dolore incredibilem vim lachrymarum profundebat.

Iustus es domine. Qui nihil potes velle, nisi quod iustum, rectum, & sanctum est: ex quo sit, ut non possint esse non iusta, & salutaria cuncta, que nobis iniuriate seruanda praecepisti. itaque incredibili dolore conficior, quod irimici mei verba tua despiciant, ac pro nihilo putent: verba enim tua puriora sunt auro, quod artifex saepe, ac sapientia igne purgavit! Sed quam volens impij contemnunt excellentissimas leges tuas contemnunt etiam, & nihil faciant me, propterea quod illas plurimi facio: certè prius obliuiscaris mei, quam celestem hanc doctrinam ex memoria deponere possum: iustitia namque tui iustitia est sempererna: lex tua veritatis regula est, perfugiumque, & dulcissimum solatium omnium curarum, & calamitatum: iustitia inquam legis tuae semper viget, ac floret, nulla eam temporis circumscripsiō metiri valeret. itaque fac domine, ut illam intelligam, amplectar, amem, sequar, & ego quoque immortalis ero, & vita sempiterna fruam.

E X P L A N A T I O

Clamaui in toto corde meo. Imploro misericordiam tuam domine, conscius imbecillitatis mee, at tu quæso supplicis tui voces propitiis exaudi, ut possim obseruare leges tuas.

Præueni diluculum. Antelucanis horis euangelio, atque opem tuam magnis clamoribus imploro, propterea quod omnis mea spes nitor pro misionibus tuis.

Præuenierunt oculi mei vigilias. Significat, se usque ad studiosum fuisse legum diuinorum, ut totas noctes in earum meditatione consumaret.

Propè es tu domine. Abeunt quidem improbi longè à legibus tuis, at tu semper es prese colentibus nomen tuum.

Principes persecuti sunt me. Quanquam homines potentissimi me capite, ac fortunis oppugnabant, nunquam tamentam eorum vim formidauit, quæ ne aberrarent ab obseruatione præceptionum tuarum.

Septies in die laudem dixi tibi super iudicis iustitiae tuæ. Quotidie tibi gratias ingentes ago, tuamque bonitatem et sapientiam crebris laudibus effero, propterea quod omnia tibi, recte, atq; ordine administras, et in monumentis legum tuarum testatum reliquisti, quæ sequenda fugiendave sint, ut ad vitam beatam et immortalem peruenire possemus.

I N L I B . P S A L M G R V M . 368

Pax multa diligentibus legem tuam. Amantes enim legum diuinarum deo charissimi sunt, et que fauente in tempestate quiescunt, in tembris vident, ex rebus nocentibus utilitatem capiunt, inimicos amant, omnia quæcumque faciunt, ex eis qui prosperos habent: honores, opes, vitam, &cetera fragilia: et caduca contemnunt, deum colunt, verentur, diligunt, atque ab illo diliguntur, et amque benevolentia charitatem fore semper, et perspicuum habent. quæ opes, quæ insperia, aut quæ volupates cum hoc colesti vita sunt, et tam dulci pace, et tranquillitate animi conferenda sunt?

Et non est illis scandalum. Spiritus enim dei infusus in animos piorum, viam virtutis planam, et faciliter reddit, atque omne impedimentum de medio remouet: non illi falsis opinionibus inducti à veritate deficiunt, non malefacta alterius intoleranter ferunt: quin potius imbecillitatem, fragilitatemque humani generis miserantur, et multa accipiunt in meliorem partem, ad summatum, aliena peccata legum diuinarum culpores non solum non impediunt, sed etiam ad virtutem inducent, deus enim suos hoc pulcherrimo dono affectit, ut omnia illis ad beatam vitam confundam sint utilia.

Quia omnes viæ meæ. Intelligo domine omnes meas non modo actiones, verum etiam co-

EXPLANTATIO IN LIB.

gitationes, & intimos animis sensus tibi notissimi
esse, proprieatam operam do, ut præcepta legum
tuarum diligenter obseruem.

Errauit sicut ouis, quæ perit. Ego miseri
longius a te recedo, procul a recta viuendi mi-
deerraui, neque fronte redire possum, unde de-
gressus sum. At tu domine pro tua infinita ho-
nitate quæcerum tuum, ne tanquam ouis in-
becilla luporum preda existam, meque reduci
herbas illas saluberrimas, & prata letissima, &
proper fontes & riuos gregem tuum sciens
pescis, & iudicio. Hoc ego fretus misericordia
tua fidenter oro, quia necdum præcepta tua san-
ctissima quanquam (nisi me adiuuas) sequi & ser-
uare non possum.

ARGYMENT. PSAL. CXX.

QVeritur vir sanctus se patria pulsam
inter homines improbos, & fraudu-
lentos vitam agere.

Canticum graduum, Psalmus
CXX.

AD dominum cum tribularer, clamavi,
& exaudiuit me.

Domine libera animam meam à labijs

PSALM. CVM PARAPH. 369

mendicij, & à lingua dolosa.

Quid dabit tibi, aut quid adiiciet tibi lin-
guæ dolosa?

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus
imperorum.

Hec mihi quod incolatus meus apud Me-
sech est, & habito cum tabernaculis Cedar,
multum incola fuit anima mea.

Apud eos, qui oderunt pacem, ego vir pa-
cium, & cum loquor de pace ipsi ad bel-
lum incitantur.

EXPLANATIO.

Canticum graduum. Cur hic psalmus, ex
xiiii, qui deinceps sequuntur, appellantur Ca-
rica graduum, vel distinctionum, nihil certi a quo-
quam afferri video: fabulis autem Iudeorum nos
minime delectamur.

Domine libera animam meam. Exponit
quid petierit à deo, cum magnis clamoribus eius
open imploraret.

Quid dabit tibi. Orationem ad eum conuer-
tit, qui mendacia, & fraudibus delectabantur.
Orem (inquit) fructum, quod ve emolumentum
nisi afferet lingua fraudulentia?

Sagittæ potentis acutæ. Comparat men-
dacia, & calumnias hominum impiorum sa-

EXPLANATIO

gittis ab homine valentissimo contortis, intima
queque penetrantibus: item prunus juniperi qua
aunt & vrere vehementius, & ignem retinere
diutius.

Hei mihi quod. Homines illos impiorum, &
fraudulentorum apud quos exulabat, comparat Is.
maelitus hominibus immanibus, & trahentibus,
qui partem Arabiae incolunt, & omnia incu-
sionibus, & latrociniis infesta habent. Cedar Is.
maelit, Mesechus Iaphetii filius fuit.

PARAPHRASIS
CARMINE.

Oppugnat hostis impius caput meum,
Meusque fortunas, ego
Contrà piarum me tegam scuto precum.
Nam vocibus dexter meis
Aures amicas admouet semper deus.
Ut filio dulcis pater:
A viperino dente, acerbo à vulnere
Oris dolosi domine me
Defende scia lingua ne vitam mihi
Suis venenis auferat
Dolosa lingua quem tibi fructum feret:

IN LIB. P SALMGRVM. 370

Quid turpibus mendaciis
Lucrabere prater odium dei miser,
Et omnium mortalium?
Qualis sagitta militie à fortissimo
Contorta, qualis ignea
Nutritavis juniperi olentis caudice,
Talis venenata impia
Lingua est. Misericordia ego iam nimium diu
Cum gente viuo barbara:
Me pax iuuat, & mutui concordia
Amoris ardens ignibus:
At ista gens de pace cum loquor, nihil
Grepat nisi necem & sanguinem.

ARGUMENTVM PSAL.

CXXI.

Docet, in periculis ad misericordiam dei
confugieadum esse, qui solus & possit, &
velit nos incolumes conseruare, & om-
nibus bonis augere, & cumulare.

Canticum graduum, Psalmus
CXXI.

EXPLANATIO IN LIB.

Leuauit oculos meos in montes, vnde ex-
niet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino, qui fecit te-
lum, & terram.

Non dabit in commotionem pedem tuum,
neque dormitabit, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui
custodit Israel.

Dominus custodit te, dominus umbra tua
ad manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te, neque luna per
noctem.

Dominus custodit te ab omni malo, cu-
stodiet animam tuam dominus.

Dominus custodiet introitum tuum, &
exitum tuum ex hoc nunc, & usque in se-
culum.

EXPLANATIO.

Leuauit oculos meos in montes. Alij ca-
lum, sic appellari putant, ali montes illas des-
ignari, ubi posita erant Hierosolyma: viri em-
sancti cum peregre deum precarentur, ad eam
partem ora conuertente solebant, quod in ea uile
foret templum illud augustissimum, in quo seculi
iussat deus.

Auxilium meum. Ille, cuius auxilium ex-
pecto, celum, & terram creauit atque ex ni-

PSALM. CVM PARAPH. 371

hilo fecit ut existarent vniuersa: quid igitur mi-
hi nocere posse illo propugnante, qui vitam, &
mortem, & cetera omnia in sua ditione, ac pote-
rate habet.

Non dabit in commotionem pedem tuum.
Hec sunt verba plena fiduciae, quibus animum
suum confirmat in periculo. Non sinet (inquit)
Deus vacillare constantiam tuam: ille tibi tan-
tam animi, & fortitudinis praefabat, ut em-
nia pericula, omnesque difficultates facile supe-
raturus es.

Neque dormitabit. Sæpe quidem deus dor-
mire nobis videtur, neque cernere, que gerantur
in terris, cum prius vexantur ab improbis: sed ille
noctes, & dies excubat, vigilatque pro salute om-
nium piorum, neque patitur quicquam illis eueni-
re, quod ad vitam beatam vire non sit.

Dominus umbra tua. Hæredit, inquit, do-
minus semper ad latus tuum, & in seculum
brasili te defendet ab auctu omnium malorum,
vnihil tibi negat interdum, neque nobis nocere
posse.

Dominus custodiet introitum tuum, &
exitum tuum. Id est, siue domi fueris, siue fo-
ri, ille semper erit salutis tue fidissimus custos,
& propugnator. Prinæ misericordie pars hanc
gratiam nobis faciat, ut de sua prouidentia, &
benignitate erga nos ea sentiamus, quæ continen-
Zz

E X P L A N A T I O

sur his versibus: profecto tantus amor vicissim
in animi nostris aduersus illum exarcescit, tan-
taque latitudo, & quiete, & securitas conseq-
etur, ut status noster penè cum coelestium vita
possit comparari.

P A R A P H R A S I S

Carmine.

Dum me cruentus vorget hostis, lumina
Montes ad altos sustuli,
Vnde ille rerum præpotens pater omnium,
Terre, polique conditor,
Frustratus hostem barbarum, mittet mihi
Opem benigno nomine.
Nunquam ille seus impiorum cursibus
Tuam finet constantiam
Labare victimam, dormiet nunquam tua.
Salutis ille negligens:
Qui ciuitati præfidel sanctissime,
Nunquam profecto dormiet.
Haeredit ille semper ad dextrum latum
Fidissimus comes tuum
Embraculique tecum amabilis vice.

I N L I B . P S A L M O R V M . 372

Fangetur optimus pater,
Ne feruidus te tangat aut sol, aut grani
Luna insalubris lumine:
Quocunque ages, ubique eris, domi foris,
In urbe, in agro, tecum erit.
Semper beatus cœlitum rex, & pater,
Fortunet ut tibi omnia:
Sudque tandem ducet ad domos, ubi
Æternæ viues secula,

A R G U M E N T U M P S A L M I

C XX I.

Olebant omnes tribus Hierosolyma cō-
Suenire ter in singulis annis ad agendos
dies festos, & solennes: inducit igitur homi-
nes pios gratulatæ venisset tempus eiusmo-
di cōuentus, & urbem sanctam laudibus ce-
lebrantes, illaque omnia bona precantes.

Canticum graduum, Psalmus

C XX I.

LAETATUS sum, cùm dicerent mihi, in de-
limum domini ibimus.
Stabunt pedes nostri in portis tuis Hie-
rusalem.

Hierusalem ædificata est ut ciuitas, qua-

Z z ij

EXPLANATIO IN LIB.
coniuncta est sibi ipsi simul.

Illuc ascenderunt tribus, tribus domini,
testimonium Israeli ad confitendum nomi-
ni domini.

Quia illuc constitutæ sunt sedes ad iudi-
cium, sedes domini David.

Precamini pacem ipsi Hierusalem, sit be-
ne iis, qui diligunt te.

Sit pax in moenibus tuis, & abundantia in
domibus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos,
nunc precabor pacem tibi.

Propter domum domini Dei nostri, quia
sui bona tibi.

EXPLANATIO.

Hierusalem ædificata est. Ait in adfican-
da urbe sancta eam descriptionem, & elegan-
tiam adhibitam esse, qua conuenit viribus, il-
lamque pace, & ciuitatum concordia florentiæ esse,
illuc conuenire omnes tribus ad colendum, &
venerandum deum, quod quidem ora uero dini-
no precepit est Israeli, id est, genti Hebreæ,
ibi iudicia exerceri, & solium regni constitutum
esse: quare optandam esse pacem, & omnium bi-
norum affuentiam huic præstantissime ciuitati,
in qua nittitur pax, & salus caterarum ciui-
atum terre Iudeæ.

PSALM. CVM PARAPH. 373

PARAPHRASIS

Carmine.

O quale cœpit gaudium
Cum dicarent, Adibimus
Templum Dei sanctissimum:
Te magna visam ciuitas
Tectis, viis, & moenibus,
Et ciuium concordia
Florentem, & alni numinis
Tutela, agris ex omnibus,
Et oppidis gens plurima
In te piorum singulis
Annis ter ad festos dies,
Et sacra sancta conuenit,
Vt legibus mandat suis
Rector supremus calitum:
Tu iura claris viribus
Legesque das, tu maximos
Reges alis, te Davidis
Proles frequentat inclyta
Stipata semper nobili

Zz. iii

EXPLANATIO.

Turba ducum, precamini
Cines boni bona omnia
Huic ciuitati, sit bene,
Fæliciterque amantibus
Te, mater alma, nec tuis
Vnquam recedat finibus
Pax & beata faustitas:
Saulus meorum ciuium
Tua salute nititur:
Templum Dei sanctissimum
Te reddit omnibus pijs
Amabilem igitur usque dum
Ego vixero, semper tibi
Bona precabor omnia.

ARGUMENTVM PSAL.

CXXI.

Homines pijs ab impiis oppresi misericordiam domini implorant.

Canticum gradnum, psalmum
CXXXIII.

IN LIB. PSALMORVM. 374

Ad te leuui oculos meos qui habitat in cœlis.
Ecce sicut oculi seruorum ad manus domi nostrum suorum:

Sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione,

Quia multū repleta est anima nostra derisione abundantium, & despectione superborum.

EXPLANATIO.

Ecce sicut oculi seruorum. *Elegantissima similitudo est, quæ naturam veræ pietatis penè oculis subicit. ut enim seruus vi potentioris oppressus, fidem et præsidium Domini implorat, in unum illum spectat, neque aliud ullum se patet habere per fugium: ita vir pius, qui se in servitutem Deo sancte dicavit, atque omnem spem suam in illius benignitate reposuit, cum rexatur ab impiis, et importunitatibus, ad misericordiam sanctissimi numinis confugit, Deum intuetur, is est unus, in quo nitaritur cuius salus, cætera omnia præsidia pro nihil habet.*

Z. 17

Donec misereatur nostri. Ita se gerit pietas in rebus aduersis: est enim perferens m^{er}e, neque oculos a deo deicit, aut orare intermittit, quod misericordiam clementissimum numeru exoret: ceteri, nisi quamprimum obtinent quae volunt, ad praesidia infirmissima se conuentum. Et quem honorem soli Deo tribuere debeban ut illi confidenter, cum honorem ad hominem, et que alias res caducas, et inanis transferunt, quae maxima est impietas.

P A R A P H R A S I S
carmine.

At te, beatas qui beatus incolis
Oras nitentis aetheris,
Attollo lumina lachrymis manantia,
Vita meæ spes unica:
Iniuriosa verberatus ut manu,
Manus heriles aspicit
Fleget seruus, implorans opem domini suæ
Ut serua serui dextera
Pulsata, domine dexteram aspicit suæ:

Sic te pater sanctissime
Nos intuernur maxima fiducia,
Donec querelis trifibis
Aures benignas applicans ad sis tuo
Nobis secundo numine.
Iam quoq; iam tuere supplices tuos
Vultu sereno, ista quoniam
Abominata gens sua superbia
Nos enecat miserrimè,
Miserrimè nos enecat gens impia
Irrisione et iurgiis.

Ens sancta præsenti periculo mortis
Gliberata gratias agit Deo.

Canticum graduum, Psalm.
CXXIII.

Nisi Dominus fuisset in nobis, dicat
nunc Israel, nisi Dominus fuisset in
nobis.

E X P L A N A T I O

Cum exurgerent homines in nos, tunc vi
uos deglutiissent nos.

Gum irasceretur furor eorum in nos, tuc
aqua absorbuisset nos.

Torrens transiisset super animam nostram,
tunc transiisset super animam nostram,
quæ intolerabiles.

Benedictus dominus, qui non dedit nos
in prædam dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erupta est de
laqueo venantium: laqueus contritus est, &
nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini,
qui fecit cœlum, & terram.

E X P L A N A T I O

Nisi dominus: Hic hymnus elegatissimus,
& sanctitatem plenissimam: vir enim pius longinquus
poris usq[ue], & periclitatione doctus nullam vim ha
bere humana praesidia, acceptum refert vniuersitatem,
quæ civitas sancta ab imminenti exitio liberata
sit, comparat autem impetum, & violentiam amb
stum impiorum, torrentibus iniurie crudelitatis
tem, feritati beluarum, insidias, laqueus accupi
populi vero simplicem, & imbecillam auxilium, que
tamè neq[ue] vi, neq[ue] dolo potuerit opprimi tantum
in omnes partes valet pictas vni deo confidens.

Carmine.

Nisi nos benigni numinis
Tutela seruasset, p[ro]te
Nunc dicat urbis incola,
Nisi nos benigni numinis
Tutela seruasset, feri
Inuaderent cum barbari:
Instar leonum hianteibus
Nos devorasset fauicibus,
Cum gens veniret impia
Furens, minasque & sanguinem
Spirans, malorum altissimo
Nos obruisset gurgite:
Torrens malorum maximus.
Agros, & urbem, & omnia
Iam perdidisset funditus.
Supreme cælitum pater
Te sempiternis laudibus
Seruata tollee ciuitas,
Quam noluisti in manibus

EXPLANATIO IN LII.

Patere p̄dām bellūs:
Vt implicata vinculo.
Pudica turtur, auncipis
Cruelis effugit manū,
Si forte laqueus frangitur:
Sic impiorum ē dextera
Spem preter ipsi euasimus.
In posterūm anxius timor
Nostris facebat finib⁹,
Quando omnium rerum potens,
Terre, polique conditor
Suo benigno numine
Nostræ salutē consultit.

ARGUMENTVM PSAL.

CXXV.

Dicit Escriptit latitudinem gentis Hebreæ,
Babylone domum rediuntis.

Canticum graduum, Psalmus
CXXV.

PSALM. CVM PARAPH. 377

Qui vi confidunt in domino sicut mons
Sion, immobilis in seculū ma
nens.

Hierusalem, montes habent in circuitu
suo, & dominus est in circuitu populi sui,
ex hoc nunc & usque in seculū.

Quia non relinquet Dominus virgam
peccatorum super fortē iustorum, vt
non extendant iusti ad iniq̄itatem manus
suis.

Bene fac domine bonis, & rectis corde,
Declinantes autem ad prauitatem dedu
cer dominus cum operantibus iniq̄itatem,
pax super Iſrael.

EXPLANATIO.

Qui confidunt in Domino sicut mons
Sion. Ille purus, ac sincerè deo confidit, qui per
specta ceterarum rerum imbecillitate, se ac sua
omnia in illo ponit, quod nemo sine infinitu di
uino facere potest: qui vero se tam aliter exultit,
cum omnibus humanis casibus superiorē esse,
necessē est, atque animū ipsius vel ruente co
elo immobilem persistere, quæ vis enim ad illum
aspire posset, qui se, ac sua omnia in Deum
abdidit: sed hanc fiduciam præstantiam non ita
multa consequuntur: quo autem quisque ad il

EXPLANATIO

lam proprius accedit, eo plus fortitudinis, confan-
tiae ac securitatis acquirit. Hec ita esse quia ha-
rum rerum usum habent, certid scunt; ceteri fu-
bulas putant.

Hierusalem montes habet in circuitu.
Quemadmodum, inquit, Hierosolyma circum-
ca mōribus munitur, sic Dominus pr̄sidet
populum suum sepit, ac munit.

Quia non relinquit. T'ut abitur dominus
gentem suam, neque permettit pios tyraniden-
piorum oppressos teneri, ne forte legibus &
dictis extincti, & religione conculcata, etiam
ad peccata & scelerata impellantur, exempli
prosperitate improborum incitati.

PARAPHRASIS

Carmine.

*Quicunque verè spes suas locat in Deo,
Immobilis semper manet
Sionis instar, nulla quem suo potest
Mutare vis vñquam loco.
Ut sancta valllo montium circundata
Est vnde cunque ciuitas,
Sic ipse rector celatum dextro pios
Vallabit usque numine,*

IN LIB. PSALMORVM. 378

Illisque nullis improborum viribus
Premi diutius sineat,
Ne forte virtus fracta rebus asperis
Deo recedat à suo.
Eas affluenter manet ad bonos tua
Queso benignitas pater.
At qui fecerit impiorum pessima
Consilia deserit viam
Legum tuarum perditus, illum precor
Vtrice puni dextera.
Vanam quies, & alma pax nostros agros,
Nostras & urbes incolat.

ARGUMENT. PSALM.

cxxxvi.

D Escriptit lætiām gentis Hebræz, è
Babylone domum redeuntis.

*Canticum graduum, Psalmus
CXVI.*

*C*Vm conuerteret dominus captiuitatem
Item sion, facti sumus sicut somniates,

Tunc repletum est risus nosterum, & lingua nostra exultatione.

Tunc dicebant inter gentes, magnificè fecit dominus cum ipsis.

Magnificè fecit dominus nobiscum, eti sumus lætantes.

Reduc domine captivitatem nostram sicut torrens in australi.

Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Eunt ibant & flebant, mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

EXPLANATIO.

Sicut somniantes. Cum liberati seruitum illa acerbissima rediremus in patrum, tanta erat latitiae magnitudo, eaque res tam nobis impinata contigerat, ut somniare nos putaremus, non re ipsa tanta voluptate ac incunditate pertiri.

Magnificè fecit dominus cum ipsis. Tunc homines vulgo admirante dicebant, magna perfectio sunt, quæ Deus facit pro salute, & commodis istorum.

Reduc domine. Non omnes Hebrei simili-

redire in Iudeam ex Babylone, sed partim regnante Cyro, partim Dario, partim Xerxe Darij filio, qui igitur primi redierant, precantur Deum pro libertate eorum, qui remanserant, ut feliciter multitudinem reuertentium imitetur torren-tes abundantes flante australi: is enim ventus & pluvia dignendus, & nubes liquefacienda torrenti plurimum auget, & magno impetu impellit. Hoc modo explanant Graeci hunc versiculum, & simplicius, opinor, ac melius quam Hebrei.

Qui seminant in lachrymis. Comparat le-sinam Hebraeorum ab exilio redirentium agricolarum gaudio, qui magnam vim frugum percepirent ex agri, in quibus recerant femina lachrymantibus, ac penè desperantes propter sterilitatem soli: seuerant autem homines pī lachrymantibus, cum in exilio illo calamitoso deum precarentur, & misericordiam eius implorarent, neque illa calamitate à religiosis studio, & pī actionibus deterreverentur: ex qua quidem sati- ni pulcherrimos fructus libertatis, & latitiae percepunt. Hoc idem omnibus pī contingit. nemo enim Christi discipulus esse potest, nisi crucem suam tollat quotidie, atque illum sequatur: itaq; vita Christiana lachrymis redundat, id est, rebusasperis, & calamitosis, sed quo maior lachrymarum fomentis facta fuerit,

A da

Hoc uberior lœtitiae, & iucunditatis futura est
messis. sunt autem omnia, quæ mala corporis
& fortunæ vulgo nominantur, breuissima; bo-
na vero, quæ fortibus & patientibus patet
sunt in celo, sempiternis seculorum etatibus me-
nito.

PARAPHRASIS

carmine.

Quum liberati barbare gentis ingo
Dulcem rediremus domum,
Se somniare quisque, non vero frui
Existimabat gaudio:
O quæ voluptas, quanta nobis cōmoda
Tuo fauente numine
Tum contigere cœlitum rex maxime:
Tum barbaras mirans ait,
En quanta pro salute gentis istius
Pater deorum conficit:
En magna certè fecit, haud iniuria
Tanto exilimus gaudio.
Vt Auster v. us imbrium vim maximam
Fundens, iugis que collum

Niuem albicantium liquans suas super
Ripas alit torrentia
Flumina, vagantur illa, latèque omnia
Tenent: ita pater optime
Fac, vt tuorum multitudo ciuium
Plenis viis ad patriæ
Dulces fluat agros, oīaq̄ pāſi occupet,
Latoq̄ plausu replet.
vt glareoso tristis aruo semina
Mandans colonus vberem
Siforte messem percipit, gaudet magis,
Quām cultor agri fertilis:
Sic nos per annos septies denos graue
Et seruitutem, & cætera
Pāſi mala omnia, cūm lares amabilis
Reuisceremus patriæ,
Cunctis vicissim gaudiis incessimus,
Tuq̄ rex sanctissime
Benignitati gratias semper agimus
Semperque habemus maximas.

Docet, & domus, & familiæ, & ipsius ciuitatis salutem, & custodiā in viuis Dei prouidentia cōstitutam esse, & ab eodem viuis, & cultum omnibus suppeditari.

Canticum graduum. Psal. cxxvii.

Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem, frusta vigilat qui custodit eam.

Vanum est, vos ante lucem surgere, & tardare festinationem manducantes panem do-
lorum.

Sic dabit dilectis suis somnū, ecce hereditas domini filij, merces fructus ventris.

Sicut sagitta in manu potentis, ita filij iuuentutis.

Beatus vir, qui impleuit pharetram suam ex ipsis: non confundentur, cum loquentur inimicis suis in porta.

EXPLANATIO.

Nisi dominus ædificauerit domum. Cum dicit ædificationem domus, ex consuetudine lingue Hebreæ omnia complectitur, que pertinent ad tuendam, & amplificandū rem pri-

xatam itaque sensus est, nisi dominus & liberos, & familiam, & honores, & diuitias largiatur, inaniter laborant, qui rebus his comparundi student.

Nisi dominus custodierit ciuitatem. Si-
gnificat, omnem salutem, & rectam administrati-
onem rerum publicarum vniuersitatis ope, ac pra-
fatio nisi, sine quo nihil neque domi, neque belli
felicitate administrari potest, ut tam publice,
quād priuatum summa veneratione, ac pietate
deus calendus sit.

Vanum est vobis. Vos admoneo, quicunque
roburi victum summa cum sollicitudine compara-
tur, frustis surgitis ante lucem ad labores obecun-
dos, frustis itaque illos prostrabis ad multam no-
stem, nisi dominus vos iuuet.

Sic dabit dilectis. Concludit, ut omnes labo-
res, et conatus hominum sine auxilio dei sunt
irriti, sic illo fauente hominibus plus quietem, &
tranquillitatem contingere, & summa cum fa-
cilitate omnia ad victum, & cultum necessaria
suppeditare: cuius rei magnifica promissio extat
in Levitico, cap. 26.

Eccē hæreditas domini filij. Filii sunt he-
reditas domini, id est dono, & liberalitate dei
nobis contingunt; & fructus ventris, id est fec-
unditas mulierum est merces, et munus eius-
dem, dei; mercede enim appellant Hebrei
Aaa iiy

EXPLANATIO

etiam quæ vlt̄r̄ dono dantur. Comparat autem vim, et robur filiorum, quos dominus donat, sagitus, quas tacit homo valentissimus: dicit illum p̄f̄ beatum, qui ihs sagittis, id est libris abundat: neque enim eiusmodi pater, et filii sufficientur ignominia, cum disceptandum ent cum aliensariis in porta, id est, in iudicio: nam apud Hebreos, ut alio loco dictum est, iudicia excrēbantur ad portas ciuitatum. significat autem illis ea integritate, ac innocentia fore, ut nullo negotio oblatas criminationes depulsi sunt. Quod vero hos appellat filios invenientium, hoc intelligit, deum cultoribus suis matre liberis donare, quo possint eos redere, ac plei in- stituere, et diutius eorum virtutibus firmi: que quidem non contingenter ius qui iam senes liberos procrearent.

PARAPHRASIS
carmine.

Nisi coniugem deus bonam, et argum fertilem,
Dulcēisque donet liberos,
Frustra laborat, si quis hæc studio suo
Sese paraturum putat.

IN LIB. P SALM.

382

Nisi ciuitatem. et ciuium concordiam
Defendat optimus Pater,
Et ciuitatem, et ciuium concordiam
Frusta tueruntur principes:
Frusta ad labores ante lucem surgitis,
Frusta laboratis diem
Totum, labores nisi deus vestros suo
Fortunet ipse numine.
Ipse et parabilē facit victum, et piis
Præbet quietem ciuib⁹:
Ipse et frequentat liberis domum: et
Vxor pudica munere (ipsius
Contingit, ac decora, et optimis simul
Ornata proles moribus:
Talisque robore, qualis à fortissimo
Sagitta torta milite.
Beatus ille, qui pharetram talibus
Implet sagittis, non ei
Exit timendum, si quod vñquā euenerit
Certamen, illum iudices,
Et cuncta ciuitas, suis cum filiis
Bonum et beatum prædicant.

Aaa my

EXPLANATIO
ARGYMENT. PSALM.
CXLVIII.

Prädicat, in summa rerum prosperitat^e,
vitam aetarum, quicunq;^u, deum pie san-
cteque coluerit.

*Canticum graduum, Psalm.
CXCVIII.*

BEATI omnes, qui timent dominum, qui
ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manduci-
bis, beatus es, & bene tibi erit.

Vxor, tua sicut vitis abundans in lateri-
bus domus tuæ:

Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circui-
tu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicitur homo, qui timet do-
minum.

Benedicet tibi dominus ex Sion, & vide-
bis bona Hierusalem omnibus diebus vita-
tuæ.

Et videbis filios filiorum tuorum: pacem
super Irael.

EXPLANATIO.

Labores manuum, Id est, non frustra labo-

IN LIB. PSALM. 383

rabis in colendis agris, sed magnos fructus inde
percepies, & perceptis lætus, tranquillisque
perfueris.

PARAPHRASIS
carmine.

Beatus ille, qui piam sepe deo
In servitatem dedicat,
Semper paratus exequi, sanctissimis
Qyod ille verbis imperat:
Non is paterna rura inaniter colit:
Sed que feraci semina
Sinu recepit fundus, illa maximo
Reddit colenti fœnore.
Vxor pudica bene regit donum, & op-
timis
Exornat ipsam liberis
Fecunda vritis instar, apta diligens
Quam curat arte vinitor.
Proles nouella crescit, vt virentibus
Oliua pulchra ramulis,
Et mena turba garrula circundata
Cumulat parentes gaudio.

E X P L A N A T I O

Hæc est piorum vita, eoque talibus
Remuneratur præmij
Summi benignitas patris, quem si coleris,
Vrbis sacrate commodis
Lætus fueris, usquedum viuas, tue
Prolis beatae liberos
Florere cernes, patrijs felicitas
Regnabit alma finibus.

A R G U M E N T U M P S A L.
C X X I X.

G Ratias agit deo, quod populu suum ab
impiis semper oppugnat, saluū, &
columenque semper conseruauerit.

Canticum graduum, Psalmus
C X X I X.

S æpe oppugnauerunt me à iuuentute
mea, dicat nunc Israel,

S æpe oppugnauerunt me à iuuentute mea,
attamen non prævaluerunt mihi.

Supra dorsum meum atauerunt arantie,
prolongauerunt sulcum suum,

Dominus iustus concidit funes impiorum.

I N L I B . P S A L M . 384

censundantur & conuertantur retrosum
omnes, qui ederunt sion.

Fiant sicut herba tecto, quæ priusquam
euellatur, exaruit.

De qua non implevit manum suam qui
merit, & finum suum qui manipulos col-
igit.

Et non dixerunt, qui præteribant, bene-
dictio domini super vos, benediximus vo-
bis in nomine domini.

E X P L A N A T I O .

Attamen non prævaluerunt mihi. Id est,
non potuerunt me extingui.

Supra dorsum meum. Significat his verbis
contumelias, ex verbera, quibus affectus fue-
rat à Babylonis in durissima illa servitute: cu-
m' vinculis exolutum esse à domino, gratu-
latur.

Fiant sicut herba tectorum. Herbae, que
nascuntur in tectis, propter sterilitatem soli, an-
tequam ad iustam magnitudinem perueniant,
ex fructum aliquem ferrant, ardore solis exare-
scant: sic igitur impios de medio tolli, & in-
matura morte precatur extingui.

Et non dixerunt. Viatores, si cernunt se-
getes rheres ex latas, laudare solent diligen-

EXPLANATIO

tiam agricolarum, et bene precantur metenti-
bus illas: iis vero, qui herbam testorum metunt,
nemo bene precari solet.

PARAPHRASIS
carmine.

Me barbarorum sape vexauit furor,
Nunc sancta dicat ciuitas,
Me barbarorum sape vexauit furor
Ab ultima, usque origine:
Sed nulla vis, nec ullus hostium dolus
Me quinque unquam extingue.
Arauit heu mea terga longis verberum
Sulcis nefandus barbarus,
Laboribus me, vinculisque asperrimis,
Duraque vexauit fame:
Sed vincla rupti ferrea, et tandem milii
Dulcem quietem praebuit,
Yberrimoque me locauit in solo
Caelestium summus pater.
Qui ciuitatem numinis sanctissimi.
Vult perditam, pereat male,

IN LIB. PSAL.

385

Et herba testis orta summus aedium,
Humore vitali caret,
Nec quit profundiore radices humo
Agere: itaque ante exaruit
percussa sole feruido, quam dextera
Vellatur alicuius: neque
Nanum repleuit ea metens, suum neque
Sinum, manipulos colligens:
Nec qui viator preterit, verbis ei
Bene precatur optimis,
Talus sit impius hostis, et quisquis pios
Odit, deus quos diligit.

ARGUMENTVM PSAL.
CXXX.

Precatio est hominis conscientia pecca-
torum grauissime cruciati, sequente misericor-
dia diuinæ fiducia consolantis.

Canticum graduum, Psalmus.
CXXX.

D E profundis clamaui ad te domine,
domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes, in vocē deprecationis meae.

Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, propterea timeris expectavi dominum,

Exspectauit anima mea, & in verbo eius sperauit, anima mea dominum expectat;

Nagis quām custodes manū, quām custodes manū, speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia, & cōpia apud eum redemptio,

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

De profundis. Profunda, & barathrum vocantgentes illas mortis angustias, atque acerbites, quas animus eius sustinebat ab conscientiam peccatorum, & metum ire diuinae.

Si iniquitates obseruaueris. Affirmari, eas etiam, qui sanctissimi iudicantur, graves penas daturas, si deus in quemque animaduertire velit pro eo de cuiusque peccata promitteret, itaque diuus Augustinus boni locum explanans, ita scribit: Non dicit, ego non suscipio, sed quis sustinet in via cum prope iterem

vitam humanam circulatram peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis, nō inueniri cor castum präsumens de sua iniustitia. ergo cor castum non potest inueniri, quod presumat de sua iniustitia, presumat omnium corde misericordia Dei, & dicat deo. Si iniquitates obseruaueris dominum, domine quis sustinebit? quae autem spes est: quoniam apud te propitiatio est, que est ista propitiatio, nisi sacrificium? ergo quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est: sanguis innocens fūsus delenit omnia peccata noctentium: precium tantum datum, redemit omnes captiuos de manu captiuantis inimici. ergo est apud te propitiatio: nam si non esset apud te propitiatio, si iudex solus esse velles, & misericors esse nolles, & obseruares omnem iniuitates nostras, & quereres ea, quis sustineret? quis ante te staret & diceret innocens sum & quis staret in iudicio tuo? Spes ergo una est, quoniam apud te est propitiatio. Hac diuus Augustinus.

Quia apud te propitiatio. Id est, propter ea quod homines non sunt clementiam, & infinitam misericordiam tuam. idcirco reuertentur, & colunt sanctissimum numen tuum. quod si in peccatis condonādis inexorabilis es, nemo profecto te ex animo veneraretur, sed omnes feret tamquam tyrrannum aliquem horrentur. Tis-

EXPLANATIO

morem autem appellari in literis sancti pron-

uerentia, & pietate aduersus Deum, speriam
diximus.

Et in verbo eius sperauit. Id est, in promis-
tionibus eius omnem meam spem locatam habet
promisit autem dominus, se veniam daturam
resipiscientibus, & ad misericordiam suam cu-
fugientibus opem allaturum.

Aima mea dominum magis quam Am-
mum, inquit, meus ardentiore desiderio expetit
auxilium dei, quam vigiles nocturni, qui sum
graui lucem auditisime expectant, quo possum
corpora defatigata tradere quieti. sic Abra-
mus Esdra vir doctissimus inter Hebreos inter-
pretatur hunc locum, & eleganter quidem mfo-
lor. Ista autem geminatio verborum & m-
habet & leporum, eamque exornatio usurpauit
etiam aliis in locis huius libri.

Speret Israel in domino. In certamine ca-
scientiae, cum lex, diabolus, & sensus peccati
nos accusant ad tribunal Dei, quod maximus
quidem euenit imminente morte, difficillimus
est desperationi resistere: sed optimè sperandum
est, neque verendum, si nos peniteat, quin sum-
mus ille rex omnium delictorum gratiam fa-
ciat, infinitis enim partibus maior est misericor-
dia illius, quam totius humani generi improbi-
tas, & copiosa apud eum est redemptio: qua-

IN LIB. PSAL. 387

ebrem si captiuus es implora confidenter beni-
gnitatem deitatis sui sanguinis precio redimet te,
ague ab omni vitio, & impuritate liberatum
traducet in regnum suum.

P A R A P H R A S I S
carmine.

Malis profundis obrutus
Tuam pater fidem inuoco,
Ne questo supplicis tui
Audire vocem respue.
Si vindicaris omnia
Peccata, cunctaque exigas
Quae iure debentur tibi,
Quis sustinebit o pater?
Quis tam pie, tam puriter
Vitam colit, quin sit tibi
Penas daturus maximas?
Incomparabilis tua
Certe benignitas facit,
Ut numen a mortalibus
Tuum colatur: hac ego
Confusus auxilium tuum

Bbb

EXPLANATIO

Expecto certum. animus meus
 Et lenitate tua, & tua
 Promissione nititur.
 Non sic morantem languidus
 Expectat auroram vigil,
 Qui nocte tota sedulus
 Ambuit urbis mœnia,
 Votis ut omnibus expeto
 Ego te morantem o refugium
 Mae salutis unicum.
 Iudaæ gens deo tuo
 Confidemus nam deus tuus
 Benignus & placabilis,
 Et promptus est ignorare:
 Tua ipse peccata omnia
 Delebit, & maculas sua
 Abstergit omnes dexteræ.

ARGYMENT. PSAL. CXXXI.

Monet nos exēplio suo, fugiēdam esse hi-
 perbiā, & importunitatē, atque in solida
 misericordia spem ponendam esse.

Canticum graduum, Psal. CXXXI.

IN LIB. PSAZM.

388

Domine non est exaltatum cor meū,
 Neque elati sunt oculi mei.
 Neque ambulaui in magnis, neque in mi-
 rabilibus super me.

Si non depresso, & humiliaui animam
 meam.

Qualis ablaſtatus erga matrem suā, qua-
 lis ablaſtatus, talis in me anima-meā.

Speret Israel in domino ex hoc nunc, &
 vixque in seculum.

EXPLANATIO.

Neque ambulaui. Nihil vnguam conatus sum,
 quod vires, & vitæ meæ statum superaret, id
 quod arrogo antea facere solent.

Si non depresso. Oratio est imperfecta, cuius-
 modi oratione vti solent scriptores Hebreæ, cum
 adhibita execratione aliquid affuerare volunt:
 eam sic explere, atque interpretari possumus, nisi
 modestiam, atq; animi summisionem semper co-
 lin, fac domine grauifimis arrogantia pœnas
 luam.

Qualis ablaſtatus. Cum vellet ostendere,
 quam demissè, ac humiliter de seipso sentiret,
 elegantissime animum suum comparauit infan-
 ti, quem modo mater lacte alare desit. vt enim
 ille totus in materna charitate conquiescit, pro-

B b q

pterea quod neque per etatem corpus curari,
neque sine alterius adminiculo pedibus infistere
valerit vir sanctus tota cogitatione pendebat
ex deo, sine cuius auxilio se neque rectum attingit
vel conari, vel cogitare, neque ipsum quidem phe-
ritum ducere posse intelligebat. Hac est illa san-
cta animi summissio, qua hominem deo: deumq;
charissimum facit, utrumque inter se aequaliter
amoris vinculo coniungens.

Speret israel in domino. Hortatur populum
ut exemplo suo omnem spem salutis ponat in mi-
sericordia dei.

PARAPHRASIS

Carmine.

Supreme rector calitum
Non ipse regium ob decus
Inflatus efforor, neque
Perambulans sublimia
Mentis superba somnus,
Maiora viribus meis
Tribuo, tribuere quam debet.
Hominem caducum, manis &

Imaginis simillimum.
Si non modestiam colo,
Si sumo magnos spiritus:
Turpisimae arrogantiae
Penas grauissimas luam:
Qualis pusillus est puer,
Quem lacte dulci blandula
Vix alere desit parens,
Talis animus, & mens mea est
Ut ille torus optima
Matre acquiescit in sua,
Sic ipse roto pectore
Et charitate pendeo
Celestis optimi patris.
O te beatum, quisquis es,
Qui spem tuam in deo locasti

ARGUMENT. PSAL. CXXXII.

* Describit studium Dauidis in parando
loco, ubi templum adificaret. Inducitur e-
tiam deus loquens ac promittens, familiam
Dauidis sempiterno regno potitur: quod
quidem perfectum est Christo rege cœli-
um, atque hominum constituto.

Canticum graduum, Psal. CXXXII.

Bbb iij

Memento domine David, & omni-
mansuetudinis eius,
Qui iurauit Domino, votum vovit Da-
vid,

*Si introiero in tabernaculum domus meæ,
si ascendero in lectum strati mei,*

*Si dederò somnum oculis meis, & palpe-
bris meis dormitionem,
Danece iaueniam locum domino, taberna-
culum Deo Iacob.*

*Ecce audiuius cum in Ephrata, iaueni-
mus cum in campis sylvaæ.*

*Introibimus in tabernaculum eius, ad-
rabimus ante scabellum pedum eius.*

*Surge domine in requiem tuam tu, & ar-
guitudinis tuæ,*

*Sacerdotes tui induantur iustitia, & fa-
cti tui exultent.*

*Propter David seruum tuum ne auera-
faciem Christi tui.*

*Iurauit dominus David veritatem, & nō
frustrabitur cum de fructu ventris tui pa-
nam super sedem tuum.*

*Si custodierint filij tui testamentum meum
& testimonia mea, quæ docebo eos,*

*Etiam filij eorum usque in seculum sed-
bunt super sedem tuam,*

Quoniam elegit dominus Sion, deside-

rauit eam in habitationem sibi

*Hæc requies mea in seculum seculi, hic
bitabo, quoniam concupiui eam.*

*Vixum eius benedicens benedicā, pau-
peres eius saturabo panibus,
Sacerdotes eius induam salutari, & san-
cti eius exultatione exultabunt.*

*Ilic germinare faciam cornu David, pa-
rai lucernam Christo meo.*

*Inimicos eius induam confusione, super
ipsum autem effloreat diadema eius.*

*Nemento domine. Populum inducit loquen-
tem.*

*Votum vovit deo. Exsimiant explanato-
res H. b. et hoc votum à Davide fuisse nuncu-
patum, quo tempore pestilentia gravabatur in
populum. Chius rei mentio fit in libro primo Pa-
ralips. Eodem loco scriptum est, vatem, cui no-
men erat Gad, iussu Dei mandasse David, ut in
area Orna Iebuæ aram edificaret ad sacri-
ficia facienda. id fortasse accidit, cum David es-
set B. thlehem: quam urbem etiam Ephratam
appellabant, & propterea subiungitur. Ecce au-
diuimus deo eo loco in Ephrata. verisimile est e-
ius, Davidem cogitauisse locum illum fore ap-
p. Bbb iiiij*

et ipsum edificando templo, quem locum ipse deus indicasset ad extruendam aram, quod eum consilium comprobans ostentum illud insigne, cum deus de celo demisit ignem, qui hostium conserueret legiinus enim, hac rei nouitate commotum Davidem eum locum templo destinauisse, atque ob eam causam ex tota Iudea operarios coegerit, quorum partim lapides caderent, partim cassos ed comportarentur. hoc significare videtur vir sanctius, cum dicit, inuenimus eum in campo sylvae. sic enim nominatam existimat area Orne Iebusei.

Si introiero. De hac iurandi formula dicta est in explanatione superioris psalmi: dicit autem, Davidem iureiurando confirmasse, se negleli men domus sue intraturum, neque corpus quieti traditurum, antequam aream edificando templo reperisset.

Introibimus in tabernaculum. Populus pollicetur, se celebraturum, et pie, sancte que veneraturum templum Dei, cui edificando iam inuentus erat locus. Appellat autem arcam fæderis scabellum pedum Dei, ut etiam in psalmo 99.

Surge domine in requiem tuam. Id est, relinque domine Gabonem, teque recipie in locum perpetuae quieti tue destinatum. nam antequam edificaretur templum, nullum certum domiciliū

habebat area fæderis.

Propter David. Precatur populus pro Salomonе filio Davidis: ne auertas, inquit, famam Christi tui, id est, ne regis nostri, qui seruus tuus est, preces repudia, né ve illum tutela, et præsidio tuo fidelitatem à te reuice, hac enim dicen figura utitur Hebreæ lingua in hanc sententiam.

Hæc requies mea. Significat, se non amplius mutaturum locum, sed vates sanctus cum hæc scriberet, oculis mentis coelestem Sionem intuebatur, id est, ecclesiam Christi, in qua deus perpetuum domicilium sibi collocavit.

Sacerdotes eius induam salutari. Id est, virtute, ac pietate: omnis enim salus nostra posita est in his rebus.

Illic germinare faciam. Significat, nunc quam extinctum iri splendorcm, et gloriam familiæ Davidis, et regnum eius in posteros propagandum esse.

P A R A P H R A S I S.
Carmine.

Sis memor usque pū rex maximè Davidis,
et quād.
Quis in omnes mitis extiterit suos.

EXPLANATIO

Ille tui sancto incensus urauit amore,
 Votumque lingua nuncupauit hoc modo,
 Ne tibi sim charus vita mihi charior ipsa;
 Neu verba post hac supplicantis audias,
 Ante mea si chara domus ad limina adibo,
 Oculosque somnus ante clauserit meos,
 Quam præclara tuo fuerit pater optime
 templo,
 Tuisque dedicata sacris area.
 Sic ait, et paruo post tempore dedica
 illam,
 Quia se beatis sylua campis porrigit,
 Cum tu clara prius Bethlehem signa de-
 disses.
 Tuam introibimus pater domum tua
 Perpetuo castis venerantes numina sacra:
 Tu mansionem dexter ad certam veni,
 Mysticaque arca vacans stabili iam se-
 quiescat:
 Fac ut sacerdos mente pura te colat,
 Et sua cuique pio da gaudia: neque tueri
 Omittre prolem Davidis tui inclytam,

IN LIE. PSALM.

392

Quam patris aurato in folio tu sancte
 locasti.
 Iurauit ille, peierare qui nequit,
 Omnipotens dulci affatus sic Davidem
 amore,
 Tua sede bunt sede liberi tui,
 Qui si constantes in religione manebunt,
 Quam Mosis ore sanximus, neque inclita
 Federis antiqui violarint iura, nepotum
 Serie propago nobilis longissima
 Dulci pace fruens folio regnabit aucto.
 Sionis arcem prefero cunctis locis,
 Hic ego longa libenti animo per secula
 degam,
 Hic supplicantium preces ego ciuium
 Audiam, et optanti mea sancta oracula
 pandam:
 Florebit agris fructuum letissima
 Omnigenum libertas, atque hinc procul
 omne fugata
 Per eum egestas exultabit horrida:
 Casta sacerdotes ornabit vita, colentque

E X P L A N A T I O

Domos piorum pura semper gaudia.
Ac veluti lauro pulchrae densissima sylva
Radice ab ima pullulat, sic Danidi
Candida succrescit proles, que splendida
facta
Parentis augeat optimi, neque hostium
Villa domum poterit vis hanc euertere,
non si
Coniuret omnis impiarum gentium
Barbaries latas per terras didita . cum
Eis
Optatus ille pijs fluet ob origine
Ista, qui populos omnes, & maxima
ponit
AEquora , globosque syderum mican-
tium,
Et diuos suprà cœli conuexa morantes
Mecum gubernet sempiterna secula.

Canticum graduum, Psalm.
CXXXIII.

I N L I E P S A L.

393

Ecce quam bonum, & quam iucundum
habitare fratres in unum.

Sicut vnguentum optimum super caput
effusum, quod descendit in barbam, barba
Aaron.

Quod descendit in oram vestimentorum
eius, sicut ros Hermon, qui descendit in mo-
tes Sion.

Quoniam illuc mandauit dominus bene-
dictionem, & vitam usque in seculum.

E X P L A N A T I O.

Sicut vnguentum. Comparat suavitatem
concordie vnguenti suauissimo, quo sacerdotes,
& vsa templi illuebantur, de quo in Exodo.
Sicut ros Hermon. Comparat concordiam re-
ti, qui montem Hermonem, & loca montana
Sionis fecunda, & feracia reddit: verbum au-
tem ros in hoc versu repetendum est hoc modo,
sicut ros Hermon, sicut ros, qui descendit in mo-
tes Sion.

Quoniam illuc. Ostendit, se inire concordia
laudibus efferre, ac rori comparare, quo terra
sit secundior: ubi enim homines se concordi ami-
cunt, & sancta charitate complectuntur, ibi deu-
suppediat omnium bonorum copiam, & vitam
sempiternam.

EXPLANATIO

P A R A P H R A S I S
Carmine.

O quam beatum est pacis insolubili
Eratres ligari vinculol
O qualia bona, & quanta secum gaudia
Apporrat alma charitas!
Quales odores spirat vnguenti liquor
Stillans Aaronis sacro
Eueritice aureas ad oras vestium,
Tales odores candida
Pax, atque amoris mutui concordia
Afflant piorum mentibus.
Ut ros Sionis decidens, iugum, & auia
Hermonis alti pascua
Fœcundat; ita quas incolit domos pia
Pax, ditat omnibus bonis.
Nam degit ubi pax & beata charitas,
Ibi calitum degit pater.

ARGYMENTVM. PSAL.
C X X I I I ,

IN LIB. PSALM.

394

Oritatur Leuitas, & alios viros reli-
H giofus, qui noctu vigilias agebant in
templo, vt precibus, atque hymnis
deum venerentur.

Canticum graduum. Psalmus
CXXXIII.

Ecce benedicite dominum omnes ser-
vai domini
Quis statis in domo domini.
In noctibus extollite manus vestras ad
sancta, & benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit
celum & terram.

EXPLANATIO.

Ad sancta. Id est, versus eas templi partes,
qua vocantur sancta / sanctorum.

P A R A P H R A S I S
Carmine.

Dum nox fauet, suoque nos silentio
Invitat, agite, laudibus
Deum efferamus adis ô sanctissime
Casti, beatique incole.

E X P L A N A T I O

Tollamus agite supplices simul manus
Adytisque in intymis deum
Aures amicas applicantem, plurima
Prece inuocemus: ut sua
Ope fôspitet ciues, bonaque det omnia
Larga benignus dextera.

A R G Y M E N T U M

P S A L . C X X X V .

Hoc hymno pædicat potentiam dei,
iusque præcipuam benignitatem erga
tem Hebræam.

Alleluia. Psalmus CXXXV.

LAUDATE nomen domini, laudate se-
dominum.

Qui statim in domo domini in atrii de-
mus dei nostri.

Laudate dominum, quia bonus domi-
nus, & misericordia eius quoniam suave.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus, &
raec in possessionem sibi.

Quia ega cognoui, quod magnus est de-
minus, & Deus noster per omnibus di-

I N L I B . P S A L M O R V M . 395

Omnia, quæcumque voluit, dominus fecit
in celo, & in terra, in mari, & in omnibus
abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ, fulgu-
ri in pluvia fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis, qui
percutit primogenita Aegypti ab homine
visque ad pecus.

Et misit signa & prodigia in medio tui:
Aegypte, in Pharaonem, & omnes seruos
eius.

Qui percutit gentes multas, & occidit
reges fortes.

Secon regem Amorrhæorum, & Og regem
Bafan, & omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem, hæ-
reditatem Israel populo suo.

Domine nomen tuum in æternum, do-
mine memoria tui in generationem, & ge-
nerationem.

Qui iudicabit dominus populum suum,
& in seruos suos erit placabilis.

Simulachra gentium argentum, & aurum,
opera manuum hominum.

O habent, & non loquentur: oculos ha-
bent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: neque enim
est spiritus in ore ipsorum.

Ccc

EXPLANATIO

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes
qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite domino, domus
Aaron benedicite domino.

Domus Leui benedicite domino, quia
metis dominum, benedicite domino.

Benedictus dominus ex Sion, qui habitat
in Hierusalem. Alleluya.

EXPLANATIO.

Educes nubes ab extremo terra. Extremus
terra appellat terrā ipsam, quae est ultima pars
mundi: sic interpretatur Abrahamus Eſdras, ut
extremus terra vocat ipsa viscera terra. cōſta
autem, nubes cogi ex terra exhalationibus.

Fulgura in pluia fecit. Hoc tanquam ad
miratōne dignum commemorat, quod deus con-
iungat ignem cum aqua, neque tamen altera
alteram perdat.

Producit ventos de theſauris suis. Th-
ſauros appellat loca occulta, atque abdita, unde
exire videntur venti.

Iudicabit dominus populum suum. Ide-
ſum ſuo patrociuo tuebitur, ac reget.

ARGUMENTVM PSAL.
CXXXVI.

IN LIB. PSALMORVM. 396

Argumentum huīus hymni ē idem
ferē atque superioris.

Alleluya, Psalmus CXXXVI.

Confitemini domino, quoniam bonus,
quoniam in ſeculū misericordia eius.

Confitemini deo deorum, quoniam in
eternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum, quoniam
in eternum misericordia eius.

Qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam
in eternum misericordia eius.

Qui fecit celos in intellectu, quoniam in
eternum misericordia eius.

Qui extendit terrā ſuper aquas, quoniam in
eternum misericordia eius.

Qui fecit luminaria magna, quoniam in
eternum misericordia eius.

Solem in potestatem diei, quoniam in eternum
misericordia eius.

Lunam, & ſtellas in potestatem noctis,
quoniam in eternum misericordia eius.

Qui percuſſit Aegyptum in primogenitis
eorum, quoniam in eternum misericordia
eius.

Qui eduxit Israel de medio eorum, quo-
niam in eternum misericordia eius.

In manu poteti, & brachio extento, quo-
CCC ij

E X P L A N A T I O.

niam in æternum misericordia eius.

Qui diuist mare rubrum in diuisiones,
quoniam in æternum misericordia eius.

Et eduxit Israel per medium eius, quo-
niam in æternum misericordia eius.

Et excussum Pharaonem, & exercitum eius
in mari rubro, quoniam in æternum miseri-
cordia eius.

Qui traduxit populum suū per desertum,
quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit reges magnos, quoniam in
æternum misericordia eius.

Et occidit reges fortes, quoniam in æter-
num misericordia eius.

Seon regem Amoritaeorum, quoniam in
æternum misericordia eius.

Et Og regem Basan, quoniam in æternū
misericordia eius.

Et dedit terram eorum hereditatem, quo-
niam in æternum misericordia eius.

Hereditatem Israel seruo suo, quoniam in
æternum misericordia eius.

Quia in humilitate nostra memor fuit
nostrī, quoniam in æternū misericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis nostris, quo-
niam in æternum misericordia eius.

Qui dat escam omni carni, quoniam in
æternum misericordia eius.

I N L I B . P S A L M O R V M . 397

Confitemini deo cœli, quoniam in æter-
num misericordia eius.

Confitemini domino dominorum, quo-
niam in æternum misericordia eius.

E X P L A N A T I O.

Fecit cœlos in intellectu. Id est, summo ar-
tificio, & sapientia.

Solem in potestatem diei. Id est, ut præcesset
diē.

In humilitate nostra. Hoc est, cum magnis
calamitatibus oppressi iaceremus.

A R G U M E N T . P S A L . C X X X V I I .

Gens Hebreæ in Babyloniam adducta
commemorat hoc dulcissimo carmine
luctum, & moerorem suum, & prædicti exi-
sitionem imperij Chaldaeorum.

P s a l m u s C X X X V I I .

Vxta flumina Babylonis sedimus, & fle-
uiimus cùm recordaremur tui sion.

In salicibus in medio eius suspendimus
citharas nostras.

Quia illic petierunt à nobis, cui capti-
vati

Ccc iii

EXPLANATIO

nos duxerunt nos, verba canticorum.

Et pro vñlatu nostro lætitiam, cantate nobis de canticis Iion.

Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuiscatur artis suæ dextera mea.

Adhæreat lingua mea fauibus meis, si non meminero tui:

Si non posuero Hierusalem in principio lætitiae meæ.

Memor esto domine filiorum Edon, in die Hierusalem.

Dicentium, exinanite, exananite usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera, beatus qui retrahet tibi retributionem tuam, quam retrahisti nobis.

Beatus qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad pe:ram.

EXPLANATIO.

Et pro vñlatu nostro lætitiam. Cùm nos in perpetuo luctu, & lamentis versaremur, ȳ petabant à nobis carmina lata, & succunditatis plena. Sed haec verba alto quoque modo verti possunt ex Hebreo, propter anticipem, significationem.

Cantate nobis. Cantate nobis (siebant Ba-

IN LIB. PSALMORVM. 398

bylonij) de ijs hymnis, quos olim in templo dei vñfri canere solebat. Nos contrà, quomodo possimus animum inducere, ut cantemus hymnos sanctissimatu plexos apud exterar nationes? Notebant homines religiosi res sanctas dare canibus, & projicerem gemmas ante porcos.

Si oblitus fuero tui Hierusalem. Si ullo tempore oblitus fuero tui ciuitas sancta, obliuiscatur, & dedicasit psallere dextera mea, adhæreat lingua mea fauibus meis, ne possum canere, si non meminero semper tui, si uita relabitur animus meus, antequam Hierosolyma instaurentur, & in antiquum dignitatis locum restituantur.

Memor esto domine. Precatur mala Idumæi, qui incitauerant Babylonios contra Hebrewos, diem vero Hierosolymorum appellat tempus illud, quo tempore capta, & vastata fuit yrbs ab hostibus.

Filia Babylonis misera. Prædicta calamitas imminentem Babylonum, quos Cyrus bello superauit, & maximis incommodis affectit.

PARAPHRASIS

CARMINE.

Dum nos ferarum gentium crudelitas

Ccc iiiij

Desideratae patriæ dulci solo
 Exterminatos detinet, iuvat procul
 A ciuitatis barbara frequentia
 Sed cresolos sola propter littora
 Euphratis hic comantium nostras lyras
 Suspendimus ramis salicu[m], & vberriu[m]
 Vim lachrymarum fundimus, tui Sion
 Dulcis recordantes, tu amque maxime
 Rex calitum orantes opem ore supplici.
 At interim adiens pastore errantis gregu[s],
 Cantate nobis, ait, aliqua de canticis
 Vestrīs, quid iste pendulae tacent lyra?
 Qui nos queamus obsecro animum inducere
 Ut canticum sanctissimum nostri dei
 Cantemus istis exultantes in locis;
 Si oblitus unquam fuero sancta ciuitas
 Tui, mea quoque oblita dextra psallere,
 Amabiles nunquam lyra eliciat sonos:
 Adhaereat lingua mea faucibus meis
 Ne canere posim, nisi ego meminero tui
 Nisi cuncta acerba erunt mihi, & amarissimo

Amariora felle, donec moenia
 Tu[m]que templum restituta vidcro
 At tu, nefanda facta qui mortalium
 Ultrice punis dextera, teterrimi
 Idumæorum scelcris vsque sis memor,
 Qui dum periret ciuitas tua, impios
 Hostes furentes vocibus nefarijs
 Sic incitabant, Pergite agendum: & omnia
 Vastate ferro & igne cuncta cuertite.
 Babylon superba, & omnium miserrima:
 Beatus is qui talibus pro iniurijs
 Te digna soluerit premia, atque idem tibi
 Large reponet, parvulos à pectore
 Natos reuelens matrum, & illos aspera
 Ad saxa frangens, t[em]que funditus eruens.

G Ratias agit deo pro beneficiis acce-
 p[er]tis, eiūsq[ue] in se benignitatē predicit.
 Psalmus David, CXXXVIII.
 Conseruor tibi domine in toto corde
 meo, quoniam audisti verba oris mei.
 In conspectu eorum psallam tibi, ad-

EXPLANATIO

rabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Propter misericordiam tuam, & veritatem tuam, quoniam magnificasti super omnia nomen tuum, & verbum tuum.

In die, quo inuocauit te, exaudisti me: multiplicasti in anima mea fortitudinem.

Confitebuntur tibi domine omnes reges terrae, audierunt verba oris tui.

Et cantabunt in vijs dominis, quod magna est gloria domini.

Quod excelsus est dominus, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit.

Si ambulero in medio tribulationis, viuiscabis me, & contra iram inimicorum meorum extedes manum tuam, & saluam me faciet dextera tua.

Dominus perficiet pro me, domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne derelinquas.

EXPLANATIO.

In conspectu deorum. Deos appellat homines claros, & insigni aliquae preditos protestate.

Quoniam magnificasti super omnia. Celeberrimum (inquit) reddidisti et nomen, &

IN LIB. P S A L M O R V M. 400

firmem tuum: alterum propter admirabilem misericordiam, qua communiter vteris aduersus omnes mortales, & separatum aduersus homines pio, & iustitiae amantes: et alterum propter veritatem, & summam fidem, qua promissa persoluis.

Confitebuntur tibi. Omnes finitimi reges existabunt ad celebrandum augustinum nocturnum, cum audierint, quam benignè, quamque prolixè mibi persolverea, que pro tua misericordia promiseras, promiseras auctem fore, ut ego humili, & obscuro loco natus, & a potentissimo rege capitali odio multos annos oppugnatus, ad regiam dignitatem peruenirem, & imperium Hebreorum longè latèque propugnarem. Cantabunt itaque reges vias domini, id est facta, & consilia eius admirabilia, immensam scilicet esse gloriam, & maiestatem summi rectori, & illum quidem excelsissimum esse, humili tamen amare: & eos, qui se summis gerunt, in sublime extollere elatos contradicere, & de semper sentientes eminus cognoscere, quippe qui indigne sint, qui à deo amentur, & familiariter ab eis cognoscantur.

ARGUMENTVM. P S A L.

c XXXIX.

Prädicat admirabili orationis magnificencia prouidentiam, & cognitio lucis dei, cui singula quæque hominum dicta, & facta, & cogitata sunt notissima.

*Victori, Psalmus David
CXXXIX.*

Domine explorasti me, & cognovisti me, tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & accusationem meam cuncte disti.

Et omnes vias meas aduertisti, quia non est sermo in lingua mea.

Et ecce tu domine cognovisti totum illum, retro & ante tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilior est scientia quam ut ego consequar: exaltata est & non potero ad ea pertingere.

Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tu fugiam?

Si ascendero in celum, tu illic es: sed etum mihi strauero in inferno. ecce ades.

Si sum plesso alas auroræ, & habitauerom extremitatem maris,

Etiam illuc manus tua deducet me, & teabit me dextera tua.

Si dixeris, forsitan tenebrae occultabunt me, nox quoque lux erit circa me.

Nec tenetrae habent tenebras apud te, & nox sicut dies illuminat: similes sunt tenebrae, & lux.

Quia tu possedisti renes meos, operuisti me in vtero matris meæ.

Confitebor tibi, quia stupendis, & mirandis modis formatus sum, mirabilia opera tua, & anima mea id cognoscit nimis.

Non fuit occultum vllum os meum tibi, quando formabar in occulto, & miro artifice texabar in inferioribus terræ.

Informem factum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnia membra mea scripta erant, quæ per dies formata sunt, & nullum in eis.

Quam preciosæ sunt mihi cogitationes tuæ deus, quam multiplicatæ sunt summæ illarum.

Dinumerabo eas, & super arenam multiplicabuntur: vigilaui, & adhuc sum tecum.

Si occideres deus peccatores, viri sanguinum declinare à me.

Qui loquuntur contra te sceleratè afflig-

munt nomen tuum fructu stra hostes tui.

Nonne qui oderunt te domine, odio habui: & contra inimicos tuos iadignovi:

Perfecto odio odi illos, inimici facti sum mihi.

Scrutare me deus, & cognosce cor meum
explora me, & cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniuritatis in me est, & de-
duc me per viam aeternam.

Tu cognovisti sessionem meam. Omnia
inquit, tibi nota sunt, quae sedens, stans, ambulan-
cubans cogito, et que ago.

Quia non est sermo. Antequam lingue mu-
enuntiet sensa animi, tu nosti quid sim locutus:
neque id mirandum accidere debet, si quidem tu
michi animum ipsum largitus es, & omnes parti-
corporis mei fixisti, & tua ipse manu me totum
perficiisti. Sed superat captum ingenii mei, incer-
dibilis magnitudo scientiae tue, neque ad eius in-
finitam altitudinem possum aspirare.

Quo ibo a spiritu tuo. Canit deum ubique
presentem esse.

Si sum pfero alas auroræ. Si mihi contingat
velocitas solis, & auroræ, ut possum volare ad
victimas oras maris non tamen occultare me pos-
so, quin immò tua vis ed me perferet, atque a
tua potestate semper ero.

Quia tu possedisti. Tu domine omnes inti-
mis tensus, & cogitationes meas in tua potestate
habes, neque id mirum, cum tu formaueris me in
yterno matris meæ, neque operimento carnis, &
utris obduxeris.

In inferioribus terræ. Ita vocat veterum ma-
tri, quod sit tanquam antrum abditum terre.

Informem fœtum meum. Cum adhuc essem
fetus in utero, tu me intuebaris, & omnia mem-
bra mea, quæ suo quaque tempore formanda, &
fingenda erant, tanquam in libro descripta habe-
bas, nullum ex his, aut quam existeret, tibi notum
non erat.

Dinumerabo eas. Si velim numerare cogi-
tationes, & præclarissima consilia, atque in-
uenta tua, fructu suscipiatur omnis labor: su-
perant enim multitudine arenam maris. Ego cer-
te istis considerandis semper inuigito, neque à
contemplatione sapientiae tue vnuquam animum
auerto.

Si occideres deus impios. Cum vir sanctus
ob præclaram istam contemplationem prouiden-
tie dei anima daurteret, quam pè quam sancte
ille ab omnibus colendus esset, merito excande-
scit in impios qui illum contemnunt, & pro nibi-
lo habent. O si perdas impios, & sanguinarios
deus, facebit in qua impij, & sanguinary à me:
non enim ferre possum quide te domine impij lo-

EXPLANATIO

quuntur, qui que nomen tuum cum contemptione
vsiurant. Verbum illud, si habet vim optandi, ut
etiam apud Latinos,

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto, inquit Virgilius

& Horatius,

O si angulus ille Proximus accedat.

Perfecto odio. Id est, maximo, & cui nihil
accedere possit.

Scrutare me deus. Quanquam affirmaverat, se pietatis studiosissimum esse, tamen considerans, quanta latebrae sint in animis hominum, veretur, ne quid faci, & deli insit in spiritu suo: itaque ait, domine fac quæso periculum innocentiae mea, atque vi aurum, & argentum igne perspicuum, sic tu intimos sensus, & cogitationes animi mei diligenter exploras, & vide, num ego imprudens de recto viæ curriculo deflectam: tunc pro tua infinita bonitate duc me per eam viuendi rationem, quaeritur ad vitam beatam, & immortalem. Hic videtis, quantum interfit inter pium, atque impium: alter, si possit, nihil de rebus suis deum non colat, velit: alter non solum non moleste fert singula queque deo nota esse, sed etiam in maximis beneficiis loco numerat, quod ille omnes latebras, atque intimos recessus animi sui diligenter explorat.

IN LIB. PSALMORVM. 403

ARGUMENTVM

PSAL. CXL.

O Rat auxiliū aduersus vim, & infidias
inimicorum.

Victori, Psalmus David CXL.

E Ripe me domine ab homine malo à ve
tero iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde, to
tadic congregantur ad prælia.

Acerunt linguas suas sicut serpentes, ve
nenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me domine de manu peccatoris,
& ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerunt supplâtere gressus meos,
absonderunt superbi laqueum mihi.

Et funibus extenderunt rete, iuxta semi
tam offendicula posuerunt mihi.

Dixi domino, deus meus es tu, exaudi vo
cem deprecationis meæ.

Domine deus fortitudo salutis meæ, ob
rasti super caput meum in die belli.

Ne permittas domine, ut desideria im
pij siant, cogitationem eius ne perficiat: ne
exalteatur.

Caput circundantium me: afflictio labio
rum eius operiat eum.

D dd

EXPLANATIO

Cadet super eos carbones igniti, deliciis
eos in foucas, ne resurgent.

Vir linguosus non dirigetur in terra, vi-
rum iniustum malum venabitur ad interi-
tum.

Cognoscui quia faciet dominus iudicium
inopis, & vindictam pauperum.

Vtique iusti confitebuntur nominis tuoi,
habitabunt recti cum vultu tuo.

EXPLANATIO

Caput circumdantium me. Id est, maledi-
cta mendacia, & fraudulenta consilia eis,
qui duxi, & impulsi est illorum, qui mihi in-
fidantur, in ipsum caput recendant.

ARGUMENTVM PSAL.

CXL I.

Præcatur à deo, etiati sibi mentem da-
ri, vt impiorum quamvis potentiam ga-
tiam, & amicitiam semper repudiet, & fam-
haritatem bonorum amplectatur. Inuechi-
tur etiam in aduersarios suos.

Psalmus David CLXI.

Dominus clamauit ad te, festina ad me,
intende voce meæ, cùm clamauerero ad me.

IN LIB. PSALMORVM. 404

Dirigatur oratio mea sicut incensum in
conspicüo tuo, eleuatio manuum mearum
sacrificium vespertinum.

Pone domine custodiam ori meo, custodi
ostium labiorum meorum.

Ne inclines cor meum in rem malam, ne
tentem operationes impias.

Cum hominibus operantibus iniquita-
tem, neque comedam de iis, quæ eis sunt iu-
cunda.

Percutiat me iustus in misericordia, &
increpet me, oleum autem preciosum ne fran-
gat caput meum.

Quoniam adhuc oratio mea contra ma-
litiam eorum, præcipitentur in locis petro-
sis iudices eorum.

Vt audiant verba mea, quoniam suavia
sunt, sicut cum agricola terram proscindit,
& frangit.

Ita dissipata sunt ossa nostra, secus infer-
num, quia

Ad te domine deus oculi mei, in tespera-
ti, ne effundas animam meam.

Custodi me à laqueo, quem extenderunt
mihi, & à scandalis operantium iniquita-
tem.

Calent in rete eius peccatores simul, do-
nec ego transcam.

Ddd ȝ

Dirigatur oratio mea. Quoniam vir san-
ctus in exilium pulsus non poterat intercessere sa-
crificis, quae fiebant in templo, loco thuris & ba-
stiarum dedicat deo sanctas preces.

Pone domine custodiam ori meo. Hoc ad
vir sanctus intelligens, quidam difficile sit, linguis
coercere, ne de fama detrahant innocentem, ne per
tram contumelias dicant, ne multa loquaris ad re-
luntatem alterius, contra quidam sententiam, ne plurimi
ma instilia, leuias inaniam temere effutias, quorum
onsniū reddituri sunt homines rationem, n
Christus minatur apud Matthaeum. Quocirca
semper orandus est deus, ut linguam nostrā ma-
deretur, nequid vnguam loquamur, quod adgl
riam ipsius atque aliquem fructum aliorum ne
redunderet.

Neque comedam. Neque tam malamente
vnguam sim, ut delecteris voluntatibus, que
impī studiosè perseguuntur.

Percutiat me iustus. Malo (inquit) caſti-
gari, atque etiam vapulare ab hominibus pī,
quidam ab impī vnguento quamvis precioso deli-
niri: caſtigationes enim, & verbera pīorū morbi
animorum sandit, at impiorum vnguenta, id est
blanditiae, delicie, que caput frangunt, id est men-
tem, & rationem disipant. Ita explanat huc
B R A H A M V S Ejdra vir doctissimus

primis.

Iudices eorum. Sic appellat Saulem, & ce-
teros viros primarios, quos optat interire, ut ce-
teri eorum exemplo territi respificant, & liben-
ter audiunt admonitiones, & exortationes suae
ad pietatem ceteraque virtutes.

Sicut cum agriculta. Ut solet agriculta subi-
gendo, & glebas frangendo terram dispare, ita
viri impī offa & vires meas, & meorum infe-
gerunt, nosque in eas angustias coegerunt, ut mor-
bi iam propinquū simus.

Quia ad te domine. Cum, inquit, in tua mi-
sericordia omnis spes mea posita sit, ne quoſo
permittit, me ab impiis vita spoliari.

Cadent in rete eius. Incident hostes mei in
camis, qua mihi machinatur eorum dux, &
caput: at ego incolumis euadam.

ARGUMENTVM PSAL.

CXLII.

Xponit, qua precatio Deum venera-
tus sit, cum desperata penitente salute se in
specum abdidisset, fugiens Saulem: qua hi-
storia scripta est lib. I. Regum.

Eruditio David, cum esset in spelun-
ca, oratio, Psalm. CXLII.

Ddd iii

EXPLANATIO

VOCE mea ad dominum clamaui, voce
mea ad dominum deprecatus sum.

Effundam in conspectu eius orationem
meam, tribulationem meam coram ipso pro-
nuntiabo.

Cum deficit in me spiritus meus, & tu co-
gnouisti semitas meas.

In via, qua ambulabam, absconderuntla-
queum mihi.

Considerabam ad dexteram & videbam,
& non erat qui cognosceret me.

Perit fuga à me, & non est, qui requirat
animam meam.

Clamaui ad te domine, dixi, tu es spes
mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad depreciationem meam, quia
afflictus sum nimis.

Libera me à persequentibus me, quia ro-
borati sunt super me.

Educ de carcere animam meam, ut con-
fear nomini tuo, me circundabunt iusti, qui
retribueris mihi.

EXPLANATIO.

Et tu cognouisti semitas meas. Tu certe
dominenostri me iniuria ab inimicis tanta ma-
la pati ; tibi enim nota est vita, & innocentia

IN LIB. PSALMORVM. 406

mta.

Et non erat qui quereret. Nemo erat, cui
cure esset salutem meam.

Portio mea in terra viuentium. Alio loco
ostendimus, viuentium appellari in literis san-
cti terram hanc, in qua degitur vita: significat
igitur, reliqua omnia sibi erecta esse in hac vita
prater misericordiam Dei.

Educ de carcere. Carcerem vocat speluncam
illam, in qua conclusus latitabat.

Me circundabunt. Si mihi dederis hoc ben-
neficium, homines pueri, ac religiosi ad me leti ac-
current, sequentes mihi studio gratulandis circumfun-
dent.

ARGUMENT. P.S.A.L.M.

CXLIII.

Hic psalmus est eiusdem argumenti at-
que superior.

PSALMUS CXLIII.

DOMINE exaudi orationem meam, au-
ribus percipe obsecrationem meam
in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo.

Ddd iiiij

E X P L A N A T I O

quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est in me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memo fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, & infatis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sitiens ad te:

Velociter exaudi me domine, defecit spiritus meus.

Ne auertas faciem tuam a me, ne similis siam descendantibus in foueam.

Fac me audire mane misericordiam tuam, quia in te sperauit.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuavi animam meam.

Eripe me de inimicis mei domine, ad te confugi, doce me facere veritatem tuam, quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine vivificabis me in iustitia tua.

Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes inimicos

I N L I B . P S A L M O R V M . A C T

mcxv.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

E X P L A N A T I O .

Auribus percipe. Open tuam domine super pectori impiorum, tu queso succurre laborati pro singulari bonitate, & fide tua: pollicitus enim es, te praesidio futurum omnibus, qui sanctissimum nomen tuum inuocassent.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo. Nam si me voces in iudicium, de qua vita et moribus meis questionem exercetas, nulla misericordia severitatem iuris mitigante, nihil offenditur mihi ad spem salutis: quis enim tam pie, tam sancte uiuit in terra, verationem reddere iussus ad tribunal tuum, causam suam defendere, ad tueri posset, si velis exigere omnia, que tibi et meritis simo, et optimo iure debentur?

Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quo sustinebit? Has sententias significant verba viri sancti, cum ait, non iustificabitur in conspectu omnis viuens. Itaque dinus Augustinus in explanatione huius versiculi, cum dixisset neminem in terra, atque in humano corpore viuentem excipi, ne Apostolos quidem, multaque in hac sententiam differuisse, concludit his ver-

E X P L A N A T I O

bis. Dicant ergo A P O S T O L I , dicant, Dimitte nobis debita nostra , sicut et nos dimittimus debitoribus nostris : ex cùm eis dictū fuerit, quare hoc dicitis i que debita vestra ? respondeant, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viens. Idem in sermone 49. de tempore, explanans hunc eundem versiculum scribit hec. Non intres iudicium cum seruo tuo , quid est , non intres in iudicium cum seruo tuo? non stes tecum in iudicio, exigendo a me omnia, que precepisti, & omnia que iustificanam me inuenies reum, si in iudicium intraderis tecum: opus est ergo , inquit, misericordia tua potius, quam liquidissimo iudicio tuo. Sed verbis Augustini liber adiungere sententiam quoque Bernardi viri sanctissimi : is in primo sermone quem scribit in diem festum omnium sanctorum, loquitur ad hunc modum, Sed quid potest se omnis iustitia nostra coram Deo nonne iuxta prophetam velut pannus mētruat̄ reputabitur ? & si disfritte iudicetur, iniusta inuenietur omnis iustitia nostra , & minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipse quidem per se poterit respondere iustitia ? propriea obnoxie cum propheta clamantes. Non intres in iudicium cum seruo tuo ! Domine , tota militate ad misericordiam recurramus, quae sola potest salvare animas nostras.

Collocauit me in obscuris. Ita veget spelun-

I N L T B . P S A L M O R U M . 40⁸

cas, ex latelbras, in quas se abdebat metu Saulis: mortuos vero seculi appellat eos, qui iampridem mortem obicerunt.

Memor fui dierum antiquorum. Dum in tantis angustiis, ex periculis verborum, memoria repetito monumenta misericordiae tuæ, quot videlicet ex quantis calamitatibus liberaueris matrem nostram, quanta benignitate tutatus sis Abraham, Iosephum, Moysen, universam dominique nationem nostram. Hæc absidua cogitatio recreat animum meum, meque ad implorandum misericordiam tuam adhortatur, itaque supplices manus tendo, ut terra sitiens audiſſime pluiam expectat, sic ego auxilium tuum continenter imploro.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem. Et scilicet euadam ex infidis inimicorum, & rego itinere ad te perueniam.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Id est, per eam riuendi viam, quæ ducat ad te.

A R G U M E N T U M P S A L .

C X L I I I .

Cratias agit deo, cuius benignitate hostias bello superare soleat: & ipsius auxilium implorat aduersus impias nationes.

EXPLANATIO

Psalmus David CXLII.

Benedictus dominus fortitudo mea, qui docet manus meas ad prælum, & dgitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meū, adiutor meus & liberator meus.

Clypeus me⁹, & in ipso speravi, qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo, quod agnoscis eum? filius hominis, quod reputas eum?

Homo vanitati similis est, dies eius sicut umbra præteriens.

Domine inclina cœlos tuos, & descendenter montes, & fumigabunt.

Fulgura fulgur, & dissipat eos, mitte sagittas tuas, & distraha eos.

Demitte manum tuam ex alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manufliorū alienigenarum.

Quorum os locutū est vanitatem, & dextera eorum dextera iniuritatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio, & decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus, qui redemisti David seruum tuum de gladio maligno, eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienigenarum.

EN. LIB. PSALMORVM. 409

yum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniuritatis.

Vt sint filii nostri sicut plantulae crescentes in iuuentute sua.

Filii nostra sicut anguli ornati ad similitudinem templi.

Promptuaria nostra plena sint, cruxstantia ex uno genere annonæ in aliud.

Greges nostri mille pariant, pariant decē millia in compitis nostris, boves nostri sint ferendis oneribus apti.

Nor sit interruptio, non emigratio, non clamor in plateis nostris.

Beatus populus cui haec sunt, beatus populus, cuius deus est dominus.

EXPLANATIO.

Homo vanitati similis est. Vanitatem appellat inanitatem, & ipsum nihilum.

Domine inclina cœlos. Implorat auxilium Dei contra reges falsorum deorum cultores. vtiatur autem ornamentis orationis elegantissimis, de quibus explicamus in explanatione Psam. XVIII.

Vt sint filii. Descriptio est plena leprosis & venustatis, qua complectitur omnes prosperitas & commoda vitae, que optari possunt rei-

EXPLANATIO

publicæ.

Filii nostri sicut anguli. Angulos adim magnificarum significat, qui solebant eleganter exornari.

Non sit interruptio. Ne perrumpantur mea machinis hostium, ne abducantur cives infernitatem, né ve lamente, aut iurgia audiantur compitum nostrum. Sic Abrahamus Esdra interpre tatur hunc locum.

Beatus populus, cui haec sunt. Hoc ait, quoniam deus in suis legibus testatum reliquerat rerum bonorum copiam, et affluentiam sue in populum benivolentia signum certissimum fore, à tráque morbos, famem, et bellum, urbes et aegros vestigia, cum ipse natus fore; ac si sedes violati poena à populo repeteret.

P A R A P H R A S I S
carmine.

Aeternæ mundi domine quas grates tua Clementiae possim agere, vel tuum quibus Efferre nomen laudibus sanctissimum? Tu priuari dexteram meam doce, Et omnium discriminum fidissimus

IN LIB. PSALMORVM. 47^a

comes per hostes obuios, et horrida Per arma tutum ruere, et in columnen facias.

Tu ciuitates subiects meas mihi, Latique donas imperare gentibus.

Domine quid est homo, quod honore maximo

Dignaris illum, et tam benigne amplecteris?

Homo est imago vana, et umbra somnium

Inanis, ipsa inanitate manior.

Descende caelo, et irruentes hostium

Actes coerce fulminante dextera,

illos procellis, igne, grandine dissipa,

illos sagittis perime, neque iam obrutos

His nationum barbararum fluctibus

Tuere summe rex tuas laudes ego

Cantabo semper tibi cithara semper mea

Hymnos sonabit, tu salutem regibus

Donare gaudes, Davidem tu maximis

Periculorum liberasti casibus;

EXPLANATIO

Tu nunc furores impiarum gentium
 Compescere, quas nefanda semper dicere
 Inuitat: nefanda semper agere. fac, pius
 Miles triumphum nobilem referat domum,
 Fac, alma pax, quiisque nostris finibus
 Regnent tumultu barbarorum libera.
 Proles nouella crescat agris omnibus,
 Ut valle myrtus annua nutrientibus
 Seramulus subiicit, amica limpidi
 Rigata fontis lymphula: sint virgines
 Nostræ decoro corpore spectabiles:
 Sint plena semper horrea bonis frugi-
 bus.
 plenis redundet cella semper dolis.
 Redundet oleo, melle, pomis dulcibus:
 Sint prata gregibus tecta fecundissi-
 mis,
 Fortes iuinci plastra onusta ducere,
 Fortes feracem glebam aratro findere.
 Neu seius hostis nostra rumpat mœnia,
 Neu patriæ iuicundæ amabiles agros

IN LIB. PSALMORVM.

411

Abducta gens relinquat, aut ciuibus
 Sonent plateæ iurgij. Ter, & amplius
 Beata gens, que talibus fruitur bonis,
 Beata gens, quam maximus celestium
 Pater suo praesens tuetur nomine.

ARGUMENTVM PSAL.

CXLV.

Hymnus est, in quo celebrat maxima
 Verborum & sententiarum grauitate
 potentiam, bonitatem, prouidentiam, & mi-
 sericordia dei, qua is viitum promiscue ad-
 uerſus omnes animantes. tum præcipue er-
 ga homines pios, & iustitiae cultores.

Hymnus David Psalmus, CXLV.

Exultabo te deus meus. Rex, & benedi-
 cam nomini tuo in seculum, & in secu-
 lum seculi.

Per singulos dies benedicam tibi, & lau-
 dabo nomen tuum in seculum, & in secula
 seculi.

Magnus dominus, & laudabilis nimis, &
 magnitudinis eius non est finis.

Generatio generationi laudabit opera
 Eee

E X P L A N A T I O

tua, & potentiam tuam annunciatibunt.

Decorem gloriae magnificentiae tue loquentur, & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium operum tuorum dicent, & ego magnitudinem tuam memorabo.

Memoriam eximiæ bonitatis tue loquuntur, & iustitiam tuam prædicabunt.

Clemens & misericordia dominus : tardus ad iram, & multum misericors.

Bonus dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Confiteantur tibi domiae omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.

Vt notam faciam filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnitudinem regni tui.

Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generatione.

Fidelis dominus in omniibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Sustentat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes depresso.

Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illis in tempore opportuno.

I N L I B . P S A L M O R V M .

412

Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timientium sc facier, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos facier eos.

Cultodit dominus omnes diligentes sc, & omnes peccatores disperdet.

Laudationem domini loquetur os meum, & benedicet omnis caro nomini sancto eius, in seculum & in seculum seculi.

A R G U M E N T U M P S A L .

C X L V I .

P Rædictat iustitiam, & misericordiæ dei, & monet nemini cōfidendum esse, präterquam eius benignitati.

Psalmus C X L V I . Alleluia.

L Auda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallâ deo meo, quam diu fuerò.

Eee ij

EXPLANATIO

Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eorum, & reuertentur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cuius adiutor est deus Jacob, cuius spes est in domino deo suo, qui fecit celum & terram, mare, & omnia, quae in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum, qui facit iudicium iniuriam patientibus, daret escharam esurientibus.

Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit depresso, dominus dissipabit iustos, dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam subleuabit, & vias peccatorum disperdet.

Regnabit dominus in secula, deus tuus sion in generationem, & generationem.

ARGUMENTVM PSAL.

CXLVII.

Hortatur populū ad laudes dei canēdā; promittēs fore, ut gēs Hebræa de exilio reducta in finib⁹ patriæ secura cōquiescat; ita f. turum esse, certam spem habeant;

IN LIB. PSALMORVM.

413

prædicat potentiam dei, eiusq̄e benignitatem singularem aduersus hanc legem.

Psalmus CXLVII. Alleluia.

Audate dominum, quoniam bonum est psallite deo nostro, quoniam iucunda decorāque laudatio.

Aedicans Hierusalem dominus, dispersiones Iraelis congregabit.

Qui sanat contritos corde, & alligat vulnera eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

Magnus dominus noster, & magna virtus eius, & sapientie non est numerus.

Subleuans mansuetos dominus, humiliās autem peccatores usque ad terram.

Canite domino cum gratiarum actione, psallite deo nostro in cithara,

Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluiam,

Qui producit in montibus herbam,

Qui dat iumentis escam suam, & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluptatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

Eee iiij

E X P L A N A T I O

Beneplacitum est domino in timentibus
ipsum, & in eis, qui sperant in misericordia
eius.

Lauda Hierusalem dominum, lauda deum
tuum Sion.

Quoniam roborauit seras portarum tua-
rum, benedixit filii tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem, & adipe fru-
menti satiat te.

Qui emitit eloquium suum terrae, velo-
citer currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam, nebulam si-
c ut cinerem spargit.

Projicit glaciem suam sicut buccellas, an-
te faciem frigoris eius, qui sustinebit?

Emitrit verbum suum, & liquefacit ea, fiat
spiritus eius, & fluunt aquæ.

Qui annunciat verba sua Iacob, præcepta
sua, & iudicia sua Israeli.

Non fecit taliter vlli nationi, & iudicia
sua non manifestauit eis. Alleluia.

A R G V M E N T U M P S A L.

C X L V I I I .

Hortatur omnes res animatas, & inani-
tas ad prædicandas laudes.

Psalmus C X L V I I I .

I N L I B : P S A L M O R V M . 414

Audite dominu[m] de cœlis, laudate eum
in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius, laudate
eum omnis exercitus eius.

Laudate eum sol, & luna, laudate eum
omnes stellæ fulgentes.

Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ,
qua[rum] super cœlos sunt, laudent nomen do-
mini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipsa manda-
uit, & creata sunt.

Statuit ea in seculum, & in seculum secu-
li: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate dominum de terra dracones, &
omnes abyssi,

Ignis, grando, nix, vapor, spiritus procel-
larum faciens verbum eius,

Montes, & omnes colles, ligna fructife-
ra, & omnes cedri,

Bestie, & vniuersa pecora, serpentes, &
volucres pennatæ,

Reges terræ, & omnes populi, principes,
& omnes iudices terræ,

Iuuenes, & virgines, senes cum iuniori-
bus laudent nomen domini, quia exalta-
tum est nomen eius solius.

Gloria eius super cœlum, & terram, & ex-
altauit cornu populi sui.

Eee iiiij

E X P L A N A T I O.

Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israël,
populo appropinquantī sibi. Alleluia.

E X P L A N A T I O.

Hymnus omnibus sanctis eius. Nulla quidem res est in uniuerso, que non debeat hymnos
deo canere, in primis tamen homines pios, & religiosos, quales sunt Hebrei, decet hymnus.

A R G V M E N T U M P S A L.

C X L I X.

Hortatur Hebreos ad canendas laudes
dei, prædicens fore, vt liberati serui-
ture Chaldeorum non solum in patriam re-
uertantur, sed etiam imperium longè, latè-
que propagant.

Psalmus C L X I X. Alleluia.

Cantate domino canticum nouum, laus
eius in ecclesia sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum, & fi-
lia Sion exultent in rege suo:
Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in popu-

I N L I B. P S A L M O R V M. 415

lo suo, & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur
in cubilibus suis.

Exaltationes dei in gutture eorum, & gla-
dij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus,
increpationes in populis.

Ad alligados reges eorum in compedi-
bus, & nobiles eorum in manicis ferris.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum,
gloria hæc est omnibus sanctis eius. Al-
leluia.

E X P L A N A T I O.

Ad faciendam vindictam. *Hæc quidem*
omnia euenerū imperantibus Machabeis, de quo
rum rebus gestis, & magnitudine imperij multa
scribit Iosephus, verum hæres fuerunt umbræ
atque imagines earum rerum, que à Christo, &
Anghelis gestæ sunt.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum.
Id est, vt exerceant in eos iudicium, de quo scriptum
est in Deuteronomio, ubi pollicetur deus se suppli-
cum sumpturū de iis, qui gētem suam affixerint.

A R G V M E N T U M P S A L.

C L.

E X P L A N A T I O

Hortatur populum ad prædicandum
potentiam dei.

Psalmus C L. Alleluia.

Audate dominum in sanctitate eius, laudate eum in firmamento potentiae eius.
Laudate eum in viribus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benefonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

E X P L A N A T I O.

Laudate dominum. Laudate, inquit, dominum ob præstantissimam sanctitatem eius, & ob mirabile opificium cœli, quæ sedes est potenteria sua.

Orans spiritus. Id est, quicquid vita & spiritu fruitur.

F I N I S.

Animaduerte (lector) paraphrasim illam carmine, quæ sequitur paraphrasim prosa Psal. 12. efo superioris, scilicet 11. quæ transposita est ob exemplar interruptum.

Sequitur autem paraphrasis carmine psal. 12. que in loco alterius erat collocanda.

P A R A P H R A S I S

PSAL. XII.

Benigne celitum Pater serua obsecro,
Opemque fer paucissimi
Nam sunt quibus confidere, ac possum meam
Tuto salutem credere.

Mendacio iam pulsata turpi veritas
Recessit alma ab vrbibus,
Fidesque sanctusque pudor, & foror illius
Cynceritas amabilis.

Quod si quis unquam blandiatur, & omnia
Loquatur ore dulcia,
Tu vero ab illo tibi potissimum caue.

Te lingua blanda ab improbo
Auell. et ore præpotens rerum deus,

E X P L A N A T I O

Tu magna qui semper loqui
Gaudes, cum iratum, tueque vindicem
Lingua proterue sentias:
Tu, qui furore percitus, Linguae
Opes mili e potentiā
Dicas parabo, liberum os gero, et geram
Semper, quis imperat mihi?
At hec nefandus dum nefaria euomit,
Celestum Rex maximus
Orationis impiae iactantia
Commotus, Exurgo iam, ait,
Exurgo, iamque opem salutarem affero
Benignus afflictis, mihi,
Qui vexat illos, impius pœnas dabit.
Syncera verba numinis,
Auroque puriora sunt purissimo,
Quod igne sepe, ac sepius
Purgavit artifex, monile regio
Sponso laborans nobile.
Tu gente nos ab impia rex optime
Seruabis, et clementiae
Scuto tua firmissimo tela hostium

I N L I B . P S A L M O R V M . 417

Longe repelles omnia.
Tuti vagantur improbi, et bonis malam
Pestem, dolosque comparant,
Contaminata mente cum virribus,
Seruire dignus, imperat.

A d lectorē.

Hac nostra lector Christianæ carmina
Sic temperauimus fauente numine
Diuino, ut ipsa cum legas, sit idem ferè,
Ac si poetæ Davidis sanctissimi
Hymnos legas, tametsi enim neque reddita
Fuere verbis verba, neque nobis fuit
Relligio, multa addere: bonam, et certam
tamen
Spem habemus, odditū nihil quod ab ipius
Abhorreat sententia ratis, nihil
Obscura quod non monstrat, instar luminis
Aut pulchritudini poematis aliquid
Decoris addat: virginī pulcherrimæ
Quale decus addunt arte purpurea rosa,
Violetque flavis crinibus circundatæ.

EXPLANATIO

Quod si labores hos meos perfperero
 Fuisse gratos, & legentium fauor
 Scribentis adiuuerit, vt æquum, industriam:
 Ultero recipio, & tibi meam astringo fidem,
 Curam mihi hanc vnam fore antiquissimam,
 Ut quæ reliqua sunt Davidis poemata,
 Oratione pura, & arte musica
 Ornata possint mox Latinis auribus
 Intelligi hoc ego vt queam cito exequi,
 Vtinam optimi faueat benignitas dei.
 Quod oro, votisque omnibus equidē expeto,
 Non in mea, sed in ipsius gloria.

PSALMORVM

*omnium Index secundum scriem
literarum.*

120	Ad dominum, cum tribularer	362
28	Ad te domine clamabo	133
25	Ad te domine leuaui animam	11
123	Ad te leuaui oculos meos	374
29	Afferte domino filij dei	134
78	Attendite popule meus	257
49	Audite hæc omnes gætes, auribus 190	
1	Beatus vir, qui non ambulauit	8
12	Beatus vir, qui timet dominum	341
41	Beatus, qui intelligit super paupe.	169
119	Beati immaculati in via, qui	353
128	Beati omnes qui timent dominum	382
32	Beati quorum remissæ sunt	143
34	Benedic domini in omni	147
344	Benedictus dominus fortitudo	408
103	Benedic anima mea domino, &c	34
104	Benedic anima mea domino, domine	16
85	Benedixisti domine terram tuam	274
92	Bonum est confiteri domino	294
96	Cantate domino canticū nouum	301
98	Cantate domino canticum nouum, quia	305

I N D E X.

149	Cäitate domino canticū nouum	454
19	Cœli enarrant gloriam dei, &	95
9	Confitebor tibi domine in toto	49
111	Confitebor tibi domine in toto	339
138	Confitebor tibi domine in toto	399
75	Confitebimus tibi deus	215
105	Confitemini domino, &	320
106	Confitemini domino quoniam	324
107	Confitemini domino quoniam bo- nus	328
118	Confitemini domino, quoniam	350
136	Confitemini domino, quoniam	396
16	Conserua me domine, quoniam	63
126	Cùm conuerteret dominus	378
14	Cùm exiret Israël de Aegypto	343
44	Deus auribus nostris audiuius pa- tres	178
63	Deus, deus meus ad te.	220
30	Deus deorū dominus loquetur & 193	
70	Deus in adiutoriū meum intēde	219
54	Deus in nomine tuo saluum	203
72	Deus iudicia tua regi da	241
109	Deus laudis meæ ne tacueris	332
22	Deus meus, deus meus quare me 106	
67	Deus misereatur nostri, &	218
83	Deus ne fileas, ne taceas	270
46	Deus noster refugium, & virtus	185
60	Deus repulisti nos, &	214

I N D E X.

82	Deus stat in synagoga deorum	269
79	Deus venerunt gentes in	263
94	Deus ultionum domine	297
130	De profundis clamavi ad te	385
36	Dicit iniqüitas impii in medio	152
116	Dilexi quoniā exaudiet dominus	347
18	Diligam te domine fortitudo mea	77
39	Dixi custodiā vias meā, vt	161
110	Dixit dominus domino m'ō	335
14	Dixit insipiens in corde suo	56
53	Dixit insipiens in corde suo	203
141	Domine clamaui ad te	403
7	Domine deus, meus in te speravi	31
8	Domine dominus noster quidam	36
88	Domine deuī salutis meae, in	282
101	Domine exaudi orationem meam, eō	310
143	Domine exaudi orationem meam	405
139	Domine explorasti me, eō	400
21	Domine in virtute tua latabitur	103
38	Domine ne in furore tuo arguas	27
6	Domine ne in furore tuo	158
131	Domine non est exaltatum cor	388
3	Domine quid multiplicati	18
15	Domine quis peregrinabitur in	60
14	Domini est terra, eō plenitudo eius	118
27	Dominus illuminatio mea eō	129
23	Dominus pascit me, nihil me	13
90	Dominus refugium factus	291

Fff

INDEX.

- 97 Dominus regnauit, exultet
 99 Dominus regnauit, contremiscant
 93 Dominus regnauit, magnificat
 134 Ecce benedicit dominum omnes
 233 Ecce quam bonum, & quidam
 140 Eripe me domine ab homine malo
 59 Eripe nre de inimicis meis
 45 Eructauit cor meum verbum bonum
 145 Exaltabo te deus mens rex
 30 Exaltabo te domine quoniam
 61 Exaudi deus deprecationem meam
 55 Exaudi deus orationem meam
 64 Exaudi deus orationem meam
 17 Exaudi domine iustitiam meam
 20 Exaudiat te dominus in die tribu.
 40 Expectans expectavi dominum
 81 Exultate deo adiutori nostro
 33 Exultate iusti in domino
 68 Exurgat deus, & dissipentur
 87 Fundamenta eius in montibus
 86 Inclina domine aurem tuam
 31 In domino confido, quoniam
 32 In te domine speravi, ne
 71 In te domine speravi, ne
 4 Inuocans me exaudi deus
 66 Iubilate deo omnis terra
 100 Iubilate deo omnis terra
 35 Iudica domine iniuriam facientes

INDEX.

- 303
 306
 297
 394
 383
 403
 212
 181
 451
 136
 216
 204
 222
 67
 101
 164
 260
 145
 229
 272
 178
 48
 148
 240
 21
 225
 387
 143
 26 Iudica me domine, quoniam ego
 43 Iudica me deus, & differne
 137 Luxta flumina babiloni sedamus
 122 Latatus sum, cu n dicere mihi
 146 Lauda anima mea dominum
 117 Laudate dominum omnes gentes
 147 Laudate dominum quoniam
 148 Laudate dominum de celis
 150 Laudate dominum in sanctitate eius
 135 Laudate nomen domini
 113 Laudate serui domini
 121 Leuati oculos meos in montes
 48 Magnus dominus & laudabilis n.
 112 Memento domine David, &
 35 Misericordia mei deus, quoniam
 51 Misericordia mei deus secundum
 37 Misericordia mei deus, misericordia
 101 Misericordiam, & iudicium
 39 Misericordias domini in eternum
 127 Nisi dominus adiutorius
 124 Nisi do, suscit in nobis
 37 Noli irritari propter malignantes
 11 Non nobis domine, non nobis
 76 Notus in Iudea deus, in
 38 Num vere congregatio iustitiam
 47 Omnes gentes plaudite manibus
 180 Paratum cor meum deus
 84 Quidam dilecta tabernacula tua

Eff. ij

IN D E X.

2.	Quare fremuerunt gentes	13
42	Quemadmodum desiderat	173
125	Qui confidunt in domino	377
52	Quid gloriari in malitia potest?	201
91	Qui habitat in latibulo	293
80	Qui pascit Iſrael intende	248
69	Salutem me fac deus quoniam	235
12	Salutem me fac domine quoniam	51
129	Sæpe oppugnauerunt me à	383
65	Te manet hymnus deus in	223
95	Venite exultemus domino	300
5	Verba mea auribus percipe	24
142	Voce mea ad dominum clama.	405
77	Voce mea ad dominum	255
13	Visque domine oblinisci erit	54
62	Vtique ad deum filer anima.	218
71	Vtique bonus est deus Iſraeli	246
74	Vt quid deus repulisti	249
10	Vt quid domine receperisti	44

F I N I S I N D I C I S.

D E D A V I D E

I V D A E O R V M

R E G E.

Eram paterna abiectus in domo puer,
Cunctisque fratribus meis
Minor pusillum in monte pascebam gre-
gem.

Hic ego sub umbbris arborum,
Dum lata tondet gramina pecus , ma-
ximi

Laudes canebam numinis,
Sonora tongens fila citharae : quam meæ
Parue laborant manus.

At ille sanctus cælitum Rex , & pater,
Qui summa tangit fulmine
Coruscō, humoque gaudet ima tollere,
Suum repente nuntium
Ad parva misit tecta , qui meum sacro
Liniret vnguento caput.

Eff iij

*Abiecit ille viribus praestantia
Fratrum meorum corpora,
Nec forma quicquam profuit, nec aspera.
Spectata virtus prælii:
At ego pusilli parvulus custos gregis
Ad regnum decus offeror.*

*A D D O. G E R A L -
D V M R A P I N A T S A C E R -
dotem Ioannis Mensarei, ad
legendum hunc librum,
Exortatio.*

*Viribus hunc totis, quæso, completere li-
brum,
Hunc semper teneas, ne cadat ē mœnib⁹.
Nam pulcherrima sunt diuini cantica vatis,
His nostro laudes dantur: ubique deo.
Est melius Christi quis de deitate locutus?
Vindicat iniustos, præmia dāque bonis.
Hunc quoque venturum cecinit; qui dæmo-
nis astu
Morte sua vincitos solueret, atque iugo,
Quodque foret superas viuis redditurus ad
auras,
Regnaque deberet scandere sancta pa-
tris.
Pradixit pariter, venturi iudicis ora
Formidanda malis, non metuenda piis.
Quintaque sit Domini nostri clementia,
quantis
Afficiat iustos concinit officiis.
Inuenies illic celeberrima cantica, semper*

Quæ in laudē nostris sunt modulanda dei.
Si fueris tristis, poterunt sedare dolorem,
Aut hunc in magnam' vertere lætitiam.
Quod si te quædam vexat tētatio, psalmos
Concine sic vinces, protinus effugiet.
Concine, quod David vexatus ab hoste ca-
nebat,
Si te forte virūm maxima turba premat.
Deniq; vis laudare deū? vis reddere grates?
Hæc (quinā fiant) continet iste liber.
Perpendas igitur, misteria magna latere
Sub psalmis, multis nec manifesta virtus.
Si te forte latent, hūc semper cōsule libri;
Est facilis, breuis est, vīlis, atque bonis,
Te decet & cunctos, qui mīstica sacra mi-
nistrant:
Hunc lege, si rectè psallere percupias.

Expositio in psalmis, libri I. N. I. S. 2. folio 10. v. 1.